Qui vero talia proferunt, non mihi recte id agnoſcere videntur; eadem enim ſententia utuntur omnes; verum non eadem dicunt, ſed ſententiae ſuae epilogum eundem efficiunt. Ajunt enim unum quid eſſe quodcunque eſt, et id ipſum unum eſſe ac univerſum; nominibus autem non conſentiunt. Eorum autem aliquis aërem eſſe hoc unum et univerſum aſſerit; alius ignem, alius aquam, alius terram; tum unusquisque ſuae orationi teſtimonia et conjecturas addit, quae nihili ſunt. Quod etenim in eadem verſentur omnes ſententia, nec eadem dicant, eos ipſa ignorare manifeſtum eſt. Atque id ex eo maxime is cognoverit qui ipſis diſceptantibus interfuerit. Nam nunquam ter continua *ſerie idem homo eodem in ſermone ſuperior evadit, ſed modo hic vincit, modo ille, modo iſte, cui potiſſimum lingua fluens ad populum contigerit. Quanquam par eſt, qui recte ſe*

τὸν φάντα ὀρθῶς γινώσκειν περὶ τῶν πραγμάτων, παρέχειν ἀεὶ ἐπικρατέοντα τὸν λόγον τὸν ἑωϋτοῦ, εἴπερ ἐόντα γινώσκει καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται. ἀλλ' ἐμοί γε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων ὑπὸ ἀσυνεσίης, τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ἐπανορθοῦν. περὶ μὲν οὖν τουτέων ἀρκέει μοι τὰ εἰρημένα.

---

[100] Ὡς πρὸς εἰδότας ἃ λέγουσιν οἱ στοιχεῖον ἓν ὑποτιθέμενοι, ποιεῖται τὸν λόγον. οἵ τε γὰρ τὸ πῦρ εἶναι στοιχεῖον λέγοντες ἐκ τούτου βούλονται τὰ ἄλλα γεννᾶσθαι, πυκνουμένου τε καὶ συναγομένου καὶ πιλουμένου, τῆς μὲν ὀλίγης αὐτοῦ πιλήσεως ἀέρα γεννώσης, τῆς πλείονος δὲ ὕδωρ, τῆς τελεωτάτης τε καὶ πλείστης γῆν. οἵ τε τὸ ὕδωρ, οἵ τε τὸν ἀέρα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐκ τοῦ πιλοῦσθαι καὶ χεῖσθαι τἄλλα γεννᾶσθαι λέγουσι. πιληθὲν μὲν γὰρ τὸ ὕδωρ γῆν γεννᾶσθαί φασι, χυθὲν δὲ ἀέρα. καθάπερ γε καὶ τὸν ἀέρα πιληθέντα μὲν ὕδωρ, χυθέντα δὲ πῦρ, ὥστ' ἐκ

de rebus aliquid cognoſcere profitetur, ſuam enim rationem perpetuo ſuperiorem adferre, ſi quae ſunt vera *agnoſcit recteque pronunciat. Verum mihi videntur ejusmodi homines ſeipſos in ſuarum rationum vocabulis prae inſcitia evertere, Meliſſi vero ſententiam erigere. Sed de his mihi dicta ſufficiunt.*

Qui elementum unum ſtatuunt, iis tanquam quae proferunt ſcientibus orationem ſtruit. Nam qui ignem eſſe elementum affirmant ex hoc quum excraſſeſcit et cogitur et denſatur, alia generari volunt, ita ut ex modica quidem ipſius denſatione aërem generet, ex ampliore vero aquam, ex abſolutiſſima et plurima terram. Qui aquam quique aërem ponunt elementum, pari modo ex denſatione et fuſione illorum alia procreari tuentur. Denſatam ſiquidem aquam, terram gignere dicunt; fuſam aërem, ſicut et aërem denſatum aquam, fuſum ignem. Quare ex

τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς τῶν τεττάρων ὁ λόγος ὁρμᾶται τῶν ἓν ὁτιοῦν ὑποτιθεμένων εἶναι στοιχεῖον. καὶ διὰ τοῦτο γνώμῃ μὲν αὐτῇ φησιν αὐτοὺς χρῆσθαι, λέγειν δ' οὐ τὰ αὐτά. φανερῶς οὖν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ παντὶ τοῖς ἕν τι μόνον τῶν τεττάρων στοιχείων ἡγουμένοις εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἀντιλέγει καί φησιν αὐτοὺς ἁμαρτάνειν. ὅτι γὰρ μηδὲν ἀποδεικνύουσιν, ἐσχάτως ἀπίθανος ἦν ὁ λόγος αὐτῶν. ἓν μὲν γὰρ τῶν τεττάρων εἶναι τὸν ἄνθρωπον οὐ κατασκευάζουσι. τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦσιν, ἡγουμένου μὲν ἓν εἶναι καὶ αὐτοῦ τοῦτο, οὐ μὴν ἐκ τῶν τεττάρων γ' ἕν τι τούτων, ἀέρος καὶ γῆς, ὕδατός τε καὶ πυρός. ἔοικε δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐννοῆσαι μὲν εἶναί τινα οὐσίαν κοινὴν, ὑποβεβλημένην τοῖς τέτταρσι στοιχείοις, ἀγέννητόν τε καὶ ἄφθαρτον, ἣν οἱ μετ' αὐτὸν ὕλην ἐκάλεσαν, οὐ μὴν διηρθρωμένως γε δυνηθῆναι τοῦτο δηλῶσαι. ταύτην δ' οὖν αὐτὴν τὴν οὐσίαν ὀνομάζει τὸ ἓν καὶ τὸ πᾶν. ἀληθὴς δὲ οὐδ' οὗτος ὁ λόγος ἐστίν. οὐ γὰρ ἕν τι μόνον ἐστὶν ἐκεῖνο τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ σωμάτων ἀρχὴ, καθάπερ

mutua in ſe quatuor *elementorum* mutatione ratio orta eſt eorum, qui unum quodlibet elementum eſſe ſtatuunt: atque ideo ſententia ipſos eadem uti, diverſa autem dicere ſcribit. Proinde manifeſto hac oratione tota iis adverſatur, qui hominem unum quid ſolum ex quatuor elementis eſſe autumant, aitque ipſos aberrare. Nam quia nihil demonſtrant, ſumme improbabilis oratio ipſorum extiterat: unum ſiquidem quatuor *elementorum* eſſe hominem non tuentur, aſtruuntque. Meliſſi vero ſententiam erigunt probantque, qui ſane etiam eſſe unum elementum exiſtimet, non tamen ex quatuor illis, aëre, terra, aqua, igne. Videtur autem vir hic conſideraſſe ſubſtantiam quandam communem, quatuor ſubjectam elementis, non generabilem, incorruptibilem, quam poſteri ipſius materiam appellarunt; non tamen perfecte id potuiſſe oſtendere. Hanc igitur ipſam ſubſtantiam nominat unum et omne. Verus autem nequaquam hic ſermo eſt. Non enim illud unum eſt ſolum principium corporum, quae genera-

ὑπέλαβεν ὁ Μέλισσος, ἀλλὰ πρὸς αὐτῷ ποιότητες τέτταρες, ψυχρότης ἄκρα καὶ ξηρότης καὶ θερμότης καὶ ὑγρότης. οὐ μὴν στοιχεῖά γε ταῦτ' ἔστιν οὔτε τῶν ἄλλων οὔτ' ἀνθρώπου φύσεως, ἀλλὰ ἀρχαί. συνεκέχυτο οὖν τοῦτο παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. οὐδ' εἰς ἔννοιαν ἀφιγμένοις τῆς διαφορᾶς ἀρχῆς τε καὶ στοιχείου, διὰ τὸ δύνασθαι χρῆσθαι τῇ τοῦ στοιχείου προσηγορίᾳ, κἀπὶ τῶν ἀρχῶν. ἄλλα δὲ δύο πράγματά ἐστι φανερῶς ἀλλήλων διαφέροντα, τὸ μὲν ἕτερον ἐλάχιστον μόριον τοῦ ὅλου, τὸ δὲ ἕτερον, εἰς ὃ διέλῃ τις, κατ' ἐπίνοιαν αὐτὸ τοῦτο ἐλάχιστον. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ πῦρ οὐχ οἷόν τε διελεῖν εἰς δύο σώματα καὶ δεῖξαι κεκραμένον ἐξ ἐκείνων, ὥσπερ οὐδὲ τὴν γῆν, ἢ τὸ ὕδωρ, ἢ τὸν ἀέρα. νοῆσαι μέντοι δυνατὸν ἑτέραν μὲν εἶναι τοῦ μεταβάλλοντος τὴν οὐσίαν, ἑτέραν δὲ τὴν μεταβολὴν αὐτοῦ. οὐ γὰρ ταὐτό ἐστι τὸ μεταβάλλον σῶμα τῇ κατ' αὐτὸ μεταβολῇ. τὸ μὲν γὰρ μεταβάλλον ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον, ἡ μεταβολὴ δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν ποιοτήτων ἀμοιβὴν γίνεται. θερμότητος μὲν γὰρ ἄκρας ἐγγενομένης αὐτῷ, πρὸς ἀποτελού-

tioni et corruptioni fubjiciuntur, quemadmodum Meliffus opinatus eft; fed praeter id qualitates quatuor, frigus fummum, ficcitas, calor et humor: non tamen haec elementa funt vel aliorum vel hominis naturae, fed principia. Hoc autem apud veteres confufum erat; ut quibus ne in mentem quidem pervenerat principii et elementi differentia, eo quod potuerint uti etiam in principiis elementi appellatione. Verum duae res funt manifefto invicem differentes; altera fane eft minima totius particula, altera vero, in quam quis dividet intellectu, ipfam hanc particulam minimam. Etenim ignem ipfum non licet in duo corpora dividere et temperatum ex illis oftendere; quemadmodum neque terram, aut aquam, aut aërem; confiderare tamen poffit, alteram effe ejus quod mutatur fubftantiam, alteram ipfius mutationem. Non enim idem eft corpus quod mutatur, et mutatio quae ei accidit. Siquidem quod mutatur, fubjectum eft; mutatio vero ipfius ex qualitatum viciffitudine contingit. Nam quum fummus

μένον, καθάπερ γε καὶ ἀέρος, ὅταν ἄκραν ὑγρότητα δέξεται. κατὰ ταὐτὰ δὲ γῆς μὲν γιγνομένης, ἐπειδὰν ἐκεῖνο τὸ ὑποκείμενον, ἅπασαν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἄποιον ὑπάρχον εἰς ἑαυτὸ δέξηται ξηρότητα χωρὶς θερμότητος, ὕδατος δ' ὅταν ὑγρότητα. περὶ μὲν γὰρ τοῦ πρώτου ψυχροῦ ζήτησις οὐ σμικρὰ γέγονεν, ἧς οὐκ ἔστι χρεία εἰς τὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἔργα μηδὲν συντελούσης. τὸ γάρ τι χρήσιμόν ἐστιν ἐν τῷ ζητῆσαι, πότερον ἓν ἁπλοῦν ἐστι τὸ σῶμα τῶν ἀνθρώπων, ἢ σύνθετον ἐξ ἁπλῶν τεττάρων, ὡς ἥ τε τοῦ Πλάτωνος ἐδίδαξε ῥῆσις [101] ἡμεῖς τε κατὰ τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ἐδιδάξαμεν εὐθὺς ἐν τοῖς πρώτοις αὐτῆς. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου καὶ αὖθις εἰρήσεται. νυνὶ δὲ ἀναμνήσομαι ὡς ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει τὴν ἀντιλογίαν ἐποιήσατο πρὸς τοὺς ἕν τι τῶν τεττάρων εἶναι λέγοντας τὸν ἄνθρωπον, οὐ πρὸς τοὺς τέτταρα. βελτίων οὖν ἀνάγνωσις εἰκότως ἐλέγετο κατὰ τὴν πρώτην ῥῆσιν ἡ δασύνουσα κατὰ τὴν ἐκφώνησιν τὴν πρώτην συλλαβὴν τοῦ ἓν ἐόν. ὅτι γὰρ οὐχ ἕν ἐστιν, ἀλλὰ πλείω τὰ συντιθέντα τὴν

in eo fuerit calor, ignis efficitur; ficut et aër, ubi fummum humorem acceperit. Simili modo terra fit, ubi illud fubjectum fecundum fuam ipfius naturam qualitatis expers, omnem in fe receperit ficcitatem fine calore; aqua vero quum humiditatem. Etenim de primo frigido quaeftio non exigua oborta eft, quae quum ad medicae artis opera nihil conferat, non eft ufui. Utilitas enim eft in disquirendo utrum unum corpus hominum fimplex fit, an ex quatuor fimplicibus compofitum, ut et Platonis verba declararunt, et nos in medendi methodo ftatim inter initia docuimus. Verum de hoc etiam poftea dicetur: nunc in memoriam revocabo, quomodo in propofita oratione adverfatus fit iis, qui unum aliquod ex quatuor hominem effe, non iis qui quatuor affeverant. Melior itaque lectio merito diceretur in prima fententia, quae primam fyllabam dictionum ἓν ἐὸν, *unum exiftens*, in pronunciatione afpirat. Quod enim non unum fit, fed plura hominis naturam conftituentia, Hippocrates oftendit; non tamen

τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, ἐπιδείκνυσιν ὁ Ἱπποκράτης. οὐ μὴν ὅτι γε μηδὲν ᾗ τῶν τεττάρων στοιχείων εἰλικρινὲς ἐν τῷ σώματι. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ λέγουσιν οἱ τῆς δόξης ταύτης ἡγεμόνες τοῦτο, ἓν δέ τι παρὰ τὰ τέτταρα, τὸ ἐξ αὐτῶν συγκείμενον ἀποφαίνονται, ὥς γε τὴν τετραφάρμακον δύναμιν οὔτε κηρὸν, οὔτε πίτταν, [6] οὔτε στέαρ, ἀλλά τι παρὰ ταῦτα ἓν ἄλλο, ὃ ἐξ ἁπάντων κραθέντων γέγονεν. οὔσης δὲ πάλιν καὶ αὐτῆς τῆς δόξης διττῆς, ἔνιοι μὲν γὰρ τὰς τέτταρας ποιότητας μόνας κεράννυσθαι δι' ὅλων ἀλλήλαις, ἔνιοι δὲ τὰς οὐσίας ἀπεφήναντο, Περιπατητικοὶ μὲν τῆς προτέρας δόξης προστάντες, Στωϊκοὶ δὲ τῆς δευτέρας, ἔτι τε τούτων ἔμπροσθεν Ἐμπεδοκλῆς ἐξ ἀμεταβλήτων τῶν τεττάρων στοιχείων ἡγεῖτο γίγνεσθαι τὴν τῶν συνθέτων σωμάτων φύσιν, οὕτως ἀναμεμιγμένων ἀλλήλοις τῶν πρώτων, ὡς εἴ τις λειώσας ἀκριβῶς καὶ χνοώδη ποιήσας ἰὸν καὶ χαλκῖτιν καὶ καδμίαν καὶ μίσυ μίξειεν, ὡς μηδὲν ἐξ αὐτῶν δύνασθαι μεταχειρίσασθαι χωρὶς ἑτέρου.

---

quod ullum ſit ex quatuor elementis ſincerum in corpore. Neutiquam enim id dicunt principium opinionis hujus principes, unum vero aliquod praeter quatuor, quod ex ipſis compoſitum enuncient; ſicut tetrapharmacum facultate, neque ceram, neque picem, neque reſinam, neque adipem: ſed unum quoddam aliud praeter haec, quod ex omnibus contemperatis provenerit. Porro quum haec rurſus opinio duplex ſit, (nonnulli enim quatuor qualitates ſolas per totas invicem contemperari, nonnulli vero ſubſtantias pronunciarunt) Peripatetici ſane prioris opinionis autores, ſecundae vero Stoici habentur. Praeterea ante hos Empedocles corporum compoſitorum naturam ex immutabilibus quatuor elementis generari arbitratur, ita primis illis inter ſe commixtis, ut ſi quis laevigata exacte et in pulverem redacta aeruginem, chalcitidem, cadmiam, miſy ita miscuerit, ut nullum ipſorum ſine altero poſſit in manus aſſumi.

γ'.

Τῶν δὲ ἰητρῶν οἱ μέν τινες λέγουσιν ὡς ὁ ἄνθρωπος αἷμα μοῦνόν ἐστιν, οἱ δὲ αὐτέων χολήν φασιν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἔνιοι δέ τινες φλέγμα.

Ἀντειπὼν ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ τοῖς φιλοσόφοις, οἳ ἢ πῦρ μόνον, ἢ ὕδωρ, ἢ γῆν, ἢ ἀέρα τὴν φύσιν εἶναι νομίζουσι τοῦ σώματος ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἰατροὺς μετέβη κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν, ἐπιδεικνὺς καὶ τούτους ὁμοίως ἁμαρτάνειν ἐκείνοις, ὅσοι νομίζουσιν ἢ αἷμα μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ χολὴν, ἢ φλέγμα. προφανῶς οὖν ἤδη διώρισται τὸ κατὰ τὴν πρώτην ἁπασῶν ῥῆσιν ἀμφίβολον εἶναι δόξαν, οὐ τούτοις τὰ τέτταρα στοιχεῖα τιθεμένοις, ἀλλὰ τοῖς ἕν τι μόνον ἐξ αὐτῶν ἀντιλέγων ἀεὶ φαίνεται. παραλείπεται δ' ἐνταῦθα δόξα τις ἰατρῶν, ἀναλόγως ἔχουσα τῇ τοῦ Μελίσσου, τῶν λεγόντων ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὃ μεταβάλλον, ἕκαστον τῶν εἰρημένων γίγνεται.

III.

At e medicis nonnulli hominem ſanguinem ſolum eſſe dicunt; ex ipſis bilem hominem eſſe aſſerunt; quidam denique pituitam.

Quum ſuperiori oratione adverſus philoſophos egiſſet, qui aut ignem ſolum, aut aquam, aut aërem, aut naturam terram corporis noſtri eſſe cenſent, etiam ad medicos digreſſus eſt, ex propoſita verborum ſerie oſtendens ſimiliter illis etiam hos aberrare, qui arbitrantur hominem aut ſolum eſſe ſanguinem, aut bilem, aut pituitam. Manifeſto igitur jam diſtinctum eſt, quod in prima omnium oratione ambiguum eſſe videatur, non iis, qui quatuor elementa ponunt, ſed illis qui unum aliquod ſolum ex ipſis, contradicere ſemper apparet. Caeterum relinquitur hic opinio quaedam medicorum, abſurditate Meliſſi placito reſpondens: eorum ſcilicet, qui dicunt hominem eſſe unum, quod dum mutatur, unumquodque eorum quae dicta ſunt efficitur.

δ'.

Ἐπίλογον δὲ ποιέονται καὶ αὐτοὶ πάντες τὸν αὐτόν· ἕν γάρ τι εἶναί φασιν, ὅ τι ἕκαστος ἠθέλησεν ὀνομάσαι αὐτέων, καὶ τοῦτο ἓν ἐὸν μεταλλάσ- [102] *σειν τὴν ἰδέην καὶ τὴν δύναμιν, ἀναγκαζόμενον ὑπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ καὶ γίνεσθαι καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ λευκὸν καὶ μέλαν καὶ παντοῖόν τι ἄλλο· ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκέει οὕτως ἔχειν. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τοιαῦτά τινα καὶ ἔτι ἐγγύτατα τουτέων ἀποφαίνονται.*

Καὶ τοὺς ἰατροὺς φησιν ὅσοι χυμὸν ἕνα μόνον ἔφασαν εἶναι κατὰ φύσιν, ἐπίλογον ποιεῖσθαι τὸν αὐτὸν ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς φιλοσόφοις, ἐπιδεικνύντας τὸν ἕνα τοῦτον χυμὸν, ὃν ἂν ἕκαστος αὐτῶν ὑποτίθεται, μεταβάλλειν εἰς τοὺς ἄλλους. ἃ δὲ κατασκευάζων ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἔλαβεν, οὐδένα τῶν τεττάρων χυμῶν ἀποδείκνυσιν εἶναι κατὰ φύσιν, ἕτερον δὲ ἀντ' αὐτῶν τινα πρότερον, ἐξ οὗ μεταβάλλοντος οὗτοι γίγνονται. δόγματός τινος τοιοῦδε μὴ δυνά-

IV.

Atque hi omnes epilogum eundem faciunt. Unum enim esse quid affirmant, quodcunque eorum quisque appellare voluerit; atque id unum existens transmutare formam et facultatem, quum a calido et frigido cogitur, fierique et dulce et amarum et album et nigrum et cujuscumque generis quid aliud. Mihi vero neque haec sic se habere videntur. Plurimi igitur talia quaedam et amplius his proxima pronunciant.

Medicos etiam ait, qui humorem unum solum secundum naturam esse affirmarunt, idem inter se quod philosophos concludere, indicantes unum hunc humorem, quemcumque singuli illi statuunt, mutari in alios. Quae vero astruens suam quisque opinionem assumpsit, nullum ex quatuor humoribus secundum naturam esse declarant, sed loco ipsorum alium quendam priorem, ex cujus mutatione hi fiant: dogmatis ejusmodi sunt, quod in medica specu-

μένου συστῆναι κατὰ τὴν ἰατρικὴν θεωρίαν, ἀνάλογον τῇ τοῦ Μελίσσου κατὰ τὴν φυσικήν. ἐν οἷς γοῦν φασι τὸ ἓν τοῦτο μεταβάλλειν ἀναγκαζόμενον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ καὶ γίγνεσθαι γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ λευκὸν καὶ μέλαν, οὐδὲν ἐκ τούτων τῶν τεσσάρων εἰπεῖν ἐοίκασιν ἐκεῖνοι, πρὸς οὓς ἀντιλέγων, οὐ τὸ κατὰ φύσιν εἶναι φάσκει, ἀλλ' ἕτερόν τι μεταβάλλον εἰς ταῦτα. γλυκὺ μὲν γὰρ τὸ αἷμα, πικρὰν δὲ τὴν ξανθὴν χολὴν καὶ λευκὸν μὲν τὸ φλέγμα. μέλαν δὲ τὴν μέλαιναν εὐλόγως εἰρῆσθαι νῦν, εἰς ἃ τὸ ἓν ἐκεῖνο μεταβάλλειν φησὶν, ἀναγκαζόμενον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. τὸ δὲ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου προσκείμενον τὸ καὶ παντοῖον τοὺς ἐν ταῖς χαλεπαῖς οὔσαις νόσοις γιγνομένους ἰχῶρας ἐνδείκνυται. φαίνεται οὖν καὶ ἰώδης καὶ φαιὰ χολὴ, καλοῦσι δ' αὐτὴν ἰσατώδη καί τις ἐρυθρὰ καὶ πρασοειδής. ἄλλαι τέ τινες ἀνώνυμοι καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ σηπεδονῶδες τὸ νόσημα.

ε'.

Ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν.

latione nequit consistere, quemadmodum neque Melissi sententia in physica. In quibus igitur dicunt unum hoc mutari, si a calido et frigido cogatur, fierique dulce, amarum, nigrum et album, nullum ex his quatuor dicere illi videntur: quibus contradicens profert id non secundum naturam esse, sed aliud quippiam quod in haec mutatur. Dulcem enim sanguinem; amaram vero flavam bilem; albam pituitam: nigram vero atram bilem, merito dicta esse, in quae unum illud transmutari inquit, si a calido et frigido cogatur. Quod autem ad finem orationis adjectum est *καὶ παντοῖον*, cujuscumque generis sanies in difficilibus morbis oborientes indicat. Apparet enim et aeruginosa et fusca bilis, hanc et glasteam vocant et quaedam rubra et prasma; aliaeque nonnullae nominis indigae, praesertim ubi morbus fuerit putridus.

V.

Ego autem dico, si unum esset homo, neutiquam doleret.

οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑφ' ὅτου ἀλγήσειεν ἓν ἐόν. εἰ δ' οὖν καὶ ἀλγήσειεν, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι.

Ἔμπροσθεν μὲν αὐτοὺς τοὺς λόγους διέβαλλεν, οὓς ἔλεγον οἱ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ὑπολαβόντες, ἀποδείξας οὐ μόνον ἀναποδείκτους, ἀλλὰ καὶ ἀπιθάνους. τὰ νῦν δὲ τὴν δόξαν αὐτῶν ἀνατρέπει τῶν ἓν οἰομένων εἶναι τὸν ἄνθρωπον. ἔστι δὲ οὐ ταὐτὸ, ἢ λόγον προτεινόμενον ἐλέγχειν, ἢ δόξαν ὡς οὐκ ἀληθῆ διαβάλλειν. ἐνδέχεται γὰρ ἀληθῆ μὲν εἶναι τὴν δόξαν, οὐκ ὀρθῶς δὲ ὑπό τινων συνηγορεῖσθαι καὶ διὰ τοῦτο μὴ τῆς δόξης μὲν τὸν ἔλεγχον, ἀλλὰ τῶν συνηγορησάντων αὐτῇ γεγονέναι. νῦν οὖν ἐάσας τοὺς λόγους αὐτῶν, ἐλέγχει τὴν δόξαν αὐτὴν μόνην ἀφ' ἑαυτῆς, οὐ μόνον ἰσχυροτάτῳ χρησάμενος, ἀλλὰ καὶ βραχυτάτῳ λόγῳ. εἴπερ γὰρ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγεεν. ὅντινα λόγον ἔφην ἐξελέγχειν καὶ τοὺς ἄτομα καὶ ἄναρμα καὶ ἐλάχιστα στοιχεῖα τιθεμένους. ἓν γὰρ τῷ εἴδει καὶ κατὰ τούτους

Neque enim esset, quum unum existat, a quo doleret. Quod si etiam doleat, necesse est et remedium quod medetur unum esse.

Superius quidem rationes ipsas reprehendebat, quas qui hominem unum esse arbitrantur, adducunt; indicans non solum demonstrationis expertes, sed etiam improbabiles esse. In praesentia vero opinionem illorum subvertit, qui hominem unum esse autumant. At idem non est, aut rationem productam coarguere, aut opinionem ut non veram criminari. Quippe fieri potest, ut vera sit opinio, non recte autem a quibusdam sit defensa, eoque non opinio, sed hi qui ipsam tuentur coarguendi sunt. Nunc igitur relictis eorum rationibus, opinionem ipsam solam coarguit, oratione per se non solum validissima, sed brevissima quoque usus. Si enim homo unum esset, non doleret: quam sententiam coarguere dixi etiam eos qui elementa individua, incompactilia et minima statuunt. Unum

ἐστὶ τὸ ὄντως ὄν. οὕτω δὲ ὠνόμασται τὸ πρῶτον σῶμα τὸ ἀγέννητόν τε καὶ ἄφθαρτον, [103] ἐπειδὴ τἄλλα πάντα τὴν γένεσιν ἐκ τῆς ἐκείνου συνθέσεως λαμβάνει. γενήσεται γὰρ ἡ ἐκ τούτων δόξα, τὴν γένεσιν ἡμῶν ἐν ποίᾳ συνθέσει τῶν ἀϊδίων ἐκείνων σωμάτων τιθεμένη. καθάπερ ἡ Ἱπποκράτους ἐν τῇ κράσει τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἣν Ἀριστοτέλης τε καὶ οἱ Στωϊκοὶ προσήκαντο. ὅτι δὲ εἴπερ ἓν ἦν ἁπλοῦν στοιχεῖον, οὐκ ἂν ἤλγει τὸ συγκείμενον ἐκ τοῦ τοιούτου στοιχείου σῶμα, τεκμήριον εἶναί φησι τὸ μηδὲν ἕτερον ὑπάρχειν δεύτερον, εἰς αὐτὸ δρᾶσαι δυνάμενον. οὐ γὰρ δὴ αὐτό γε ὑφ᾽ ἑαυτοῦ πάσχειν ἐγχωρεῖ τὸ ἓν ἐκεῖνο σῶμα. πρὸς τῷ καὶ εἰ συγχωρήσειέ τις ἀλγεῖν αὐτὸ, πάσχον ἐξ ἑαυτοῦ, τὴν ἴασιν ἁπλῆν ἔσεσθαι. οὐκ ὄντων γὰρ πολλῶν παρ᾽ αὐτῷ πολλοὺς τρόπους ἰάσεως ἀδύνατον γενέσθαι.

στ΄.

Νυνὶ δὲ πολλὰ, πολλὰ γάρ ἐστιν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντα, ἃ

namque specie etiam his auctoribus est id, quod revera est. Si autem nominatum est primum corpus generationis et corruptionis expers: quandoquidem alia omnia ex illius compositione generationem capiunt. Nascetur enim ex his opinio, generationem nostram in certa aeternorum illorum corporum compositione constituens: quemadmodum Hippocratis placitum in quatuor elementorum temperatura, quod Aristoteles et Stoici admiserunt. Quod autem si unum simplex elementum esset, non doleret corpus ex hujusmodi elemento constructum, indicium esse (ait) nullum aliud existere secundum, quod in ipsum possit agere. Non enim jam fieri potest, ut unum illud corpus a seipso patiatur. At si etiam aliquis dolere ipsum concesserit, ex se patiens, remedium simplex erit. Quum enim multa in eo non sint, multos curandi modos esse non licet.

VI.

Nunc vero multa. Nam multa sunt in corpore existen-

ὁκόταν ὑπ' ἀλλήλων παρὰ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, ξηραίνηταί τε καὶ ὑγραίνηται, νόσους τίκτει, ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ ἴησις αὐτέων ἐστί.

Ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης ῥήσει τοὺς ἕν τι λέγοντας εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅπερ ἐστὶ ταὐτὸ τῷ φάναι τὸ συνθετικὸν αὐτοῦ στοιχεῖον ἓν εἶναι, διήλεγξεν ἐκ τῶν ἀκολουθούντων ἀτόπων τῇ δόξῃ· οὐ γὰρ ἠλγήσαμέν ποτε, μηδενὸς ὄντος δευτέρου τοῦ διαθεῖναι τὸ ἓν ἐκεῖνο δυναμένου. εἶτ' εἰ καὶ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, ἡ ἴασις ἂν γένοιτο μονοειδὴς, οὐ πο- (7) λυειδής. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ νῦν ἡμῖν προκειμένῃ ῥήσει διῆλθεν ὅσα μέλλει δείξειν ὄντα πρώτως, ὑφ' ὧν τἄλλα πάντα γίγνεται. ταῦτα δέ ἐστι θερμὸν καὶ ψυχρὸν ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν, ἃ ὅταν μὲν ἀλλήλοις κραθῇ συμμέτρως, ὑγιαίνει τὸ ζῶον. ὅταν δ' ἄλληλα θερμαίνῃ καὶ ψύχῃ καὶ ξηραίνῃ καὶ ὑγραίνῃ, τὰς ὀδύνας γεννᾷν πέφυκεν, οὐχ ἑνὶ τρόπῳ θεραπείας ἰωμένας. ἔνιαι μὲν γὰρ

tia, quae quum ab invicem praeter naturam et calefiunt et refrigerantur et exiccantur et humectantur, morbos pariunt: quare multae ſunt morborum ſpecies, et multiplex quoque eorum curatio exiſtit.

Superiore oratione eos qui hominem unum eſſe dicunt (quod eſt idem, ac ſi dicas, compoſitorium ipſius elementum unum eſſe) ex abſurditatibus quae opinionem conſequuntur, coarguit. Non enim doleremus unquam, ſi nullum omnino alterum eſſet, quod unum illud poſſet afficere: deinde etiam ſi hoc donaverimus, curatio una eſſet ſpecie, non multiplex; praeſenti vero ſententia nobis expoſuit ea, quae oſtenſurus eſt primario eſſe, a quibus alia omnia procreantur. Haec autem ſunt calidum, frigidum, ſiccum et humidum: quae quum invicem moderate fuerint contemperata, animal ſanum eſt. Quum autem ſe mutuo caleſaciunt, refrigerant, exiccant et humectant, dolores generare ſolent, non uno curationis modo conſa-

αὐτῶν θερμαινομένων τῶν ὀδυνωμένων μορίων, ἔνιαι δὲ ψυχομένων, ἢ ξηραινομένων ἢ ὑγραινομένων παύονται. δέδεικται δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, κἀν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασι. χεῖρον δ' οὐδὲν εἰπεῖν τι καὶ νῦν βραχὺ, πρόδηλον ἔχον τὴν ἔνδειξιν τοῦ διὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν ἀλγεῖν τε ἡμᾶς καὶ θεραπεύεσθαι. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὴν γιγνομένην ὀδύνην, ὅταν ἐν χειμῶνι τίς ἰσχυρῷ προελθεῖν ἔξω τῆς οἰκίας ἐπιχειρήσῃ; τί δ' ὅταν ἐν καύματι σφοδρῷ; τίς οὐκ ὀδυνᾶται διψῶν; ἢ τίς πληρωθεὶς ποτοῦ; τοῦ μὲν διψεῖν ξηραινομένων ἡμῶν γιγνομένου, τοῦ δ' ὑπερεμπεπλῆσθαι τὴν ἐναντίαν διάθεσιν ἐργαζομένου. καὶ αἱ φλεγμοναὶ δὲ καὶ πάντες οἱ ὀδυνηροὶ καὶ παρὰ φύσιν ὄγκοι ποτὲ μὲν ὑπὸ περιττῆς ὑγρότητος εἰς τὸ μόριον ἐπιῤῥυείσης γίγνονται, ποτὲ δὲ τῷ τοὺς χυμοὺς ἤτοι θερμοὺς παρὰ φύσιν, ἢ ψυχροὺς εἶναι. καὶ μέντοι καὶ αἱ ἰάσεις τῶν μὲν ὑγρότητος υπερπληρωθέντων σωμάτων διὰ κενώσεως γίγνονται, τῶν δὲ παρὰ φύσιν

nefcentes. Nonnulli fiquidem ipforum, fi quae partes dolent, incalefcant, nonnulli fi refrigerentur aut ficcentur aut humectentur, definunt. Traditum de his fufiffime eft in libris de fimplicium medicamentorum facultatibus et methodi medendi: quanquam nihil mali fit, etiam nunc paululum aliquid dicere, quum manifeftam habeam indicationem, nos a calido, humido, frigido et ficco dolere et curari. Quis enim non novit dolorem oboriri, quum in hieme vehementi quis foras progredi tentaverit? quis quum in aeftu vehementi? quis non dolet fitiens? aut quis potu repletus? quum fitis quidem fiat nobis ficcefcentibus: repletio autem nimia contrarium affectum efficiat. Et inflammationes omnesque tumores praeter naturam dolorifici fiunt, interdum a fuperfluo humore in partem confluente, interdum quod humores aut calidi praeter naturam aut frigidi exiftant. Quin etiam curationes corporum quidem nimio humore repletorum evacuatione peraguntur; eorum vero quae praeter naturam exiccantur,

ξηραινομένων δι' ὑγρῶν προσφορᾶς, ὥσπερ καὶ τῷ μὲν διὰ κρύους ὀδυνωμένῳ [104] θερμανθέντι, τῷ δὲ διὰ θάλπους ἀμέτρου ψυχθέντι. δέδεικται δὲ καὶ τὰ φάρμακα πάντα διὰ τοῦ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ξηραίνειν, ἢ ὑγραίνειν ἐνεργοῦντα. πρῶται γὰρ αὗται αἱ ποιότητές εἰσι δραστικαί τε καὶ ἀλλοιωτικαὶ τῶν σωμάτων, ὡς ἐπεδείξαμεν ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων. ἕπονται δὲ αὐταῖς αἵ τε κατὰ γεῦσιν ποιότητες, ὧν ὀνόματα στύψις καὶ αὐστηρότης καὶ στρυφνότης καὶ πικρότης, ἁλυκότης τε καὶ δριμύτης, ὀξύτης τε καὶ γλυκύτης καὶ λιπαρότης· αἵ τε κατὰ χροιὰν, ἐν λευκότητι καὶ μελανότητι καὶ ἐρυθρότητι καὶ ταῖς ὁμογενέσιν· αἵ τε κατὰ τὴν ἁφὴν, ἐν σκληρότητι καὶ μαλακότητι καὶ κραυρότητι καὶ γλισχρότητι. ταῖς γευσταῖς δ' ἰσάριθμοί πώς εἰσι καὶ αἱ κατὰ τὴν ὄσφρησιν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὐτῶν τὰ ὀνόματα κατ' εἶδος. ἡ γὰρ κατ' εὐωδίαν τε καὶ δυσωδίαν διαφορὰ τῶν ὀσμῶν, αὐτὸ δὴ τοῦτο διαφορὰ προσηκόντως ἂν νομίζοιτο καὶ λέγοιτο πολλοῖς εἴδεσιν ἑπομένη. τὰ μὲν δὴ κεφάλαια τοῦ λόγου ταῦτα. δέδεικται

humidorum adhibitione; ut etiam qui ex perfrictione dolet, ſi calefiat; qui ex immoderato calore, ſi refrigeretur. Oſtenſum vero a me eſt, etiam medicamenta omnia calefaciendo aut refrigerando aut ſiccando aut humectando agere. Nam primariae hae qualitates ſunt et effectrices et alteratrices corporum, ut in primo de Elementis ſecundum Hippocratem explicavimus. Has autem ſequuntur qualitates quae ad guſtum ſpectant, quarum nomina ſunt, aſtrictio, auſteritas, acerbitas, amaror, ſalſedo, acrimonia, acor, dulcedo et pinguedo. Item coloris qualitates verſantur in albedine, nigredine, rubore et conſimilibus. Quae ſunt tactus, in duritie, mollitie, friabilitate et lentore. Guſtatoriis autem pares numero ſunt et olfactoriae, quae tactum afficiunt, ſed non habent ſpeciei nomina. Nam odorum in fragrantia et foetore differentia: hoc ipſum differentia convenienter putari queat, dicique multas ſpecies conſequi. Haec ſane orationis capita ſunt; quaedam

δέ τινὰ μὲν αὐτῶν ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, τινὰ δὲ ἐν τῇ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείᾳ. οἱ πολλοὶ δὲ τὰς μὲν ἀποδείξεις ὀκνοῦσι μανθάνειν, ἀντιλέγουσι δὲ οἷς οὐκ ἴσασιν ἑτοίμως, οὗ τοὐναντίον οἱ φιλομαθεῖς τε καὶ ἀληθείας ἐρασταὶ πράττουσι, φιλοπόνως ἐκμανθάνοντες τὰς ἀποδείξεις, ὀκνηρῶς δὲ ἀντιλέγοντες.

ζ'.

Ἀξιῶ δ' ἔγωγε τὸν φάσκοντα αἷμα μοῦνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μηδὲ γίγνεσθαι παντοῖον. ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τῆς τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἐνεὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γάρ ἐστιν εἶναι μίαν γέ τινα ὥρην, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐφ' ἑωυτῷ ἓν ἐόν. καὶ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος φλέγμα εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ περὶ τοῦ χολὴν φάσκοντος.

ipſorum in libro de Elementis ex Hippocratis ſententia comprehenſa ſunt; quaedam in opere de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Multi autem demonſtrationes addiſcere negligunt. Iis autem quae ignorant prompte adverſantur; e contrario ſtudioſi et veritatis amatores faciunt, qui demonſtrationes diligenter ediſcunt, tarde autem ac inviti contradicunt.

VII.

Ego vero cenſeo, qui hominem ſanguinem ſolum nihilque aliud eſſe aſſerit, ei monſtrandum eſſe, ipſum neque ideam transmutare, neque univerſae mutationi fieri obnoxium, vel ſaltem tempeſtatem anni aliquam, vel hominis aetatem, in qua ſanguis ſolus in homine ineſſe appareat. Conſentaneum namque eſt unam quandam eſſe tempeſtatem, in qua ipſum per ſe unum exiſtere appareat, eademque aſſero tum de eo qui pituitam eſſe hominem loquitur, tum de eo qui bilem aſſeverat.

Ἔτι καὶ νῦν ἀντιλέγει πρὸς τοὺς ἓν εἶναι φάσκοντας τὸν ἄνθρωπον, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔφην αὐτῷ προκεῖσθαι. καὶ πρώτους δὲ ἐλέγχει τοὺς αἷμα φάσκοντας αὐτὸν εἶναι. μάλιστα μὲν γὰρ ἐχρῆν, φησὶ, τοὺς ὑγιαίνοντας ἀνθρώπους αἷμα μόνον ἔχειν ἐν τῷ σώματι, χωρὶς χολῶν τε καὶ φλέγματος, εἴπερ ἡ φύσις αἷμα μόνον ἐστὶν ἐν τῷ σώματι. ἔπειτα δὲ εἰ καὶ συγχωρηθείη πότ' ἐπικτᾶσθαι χολὴν καὶ φλέγμα καὶ ἡλικίαν μίαν τινὰ, ἢ ὥραν τοῦ ἔτους εὑρίσκεσθαι, καθ' ἣν αἷμα μόνον ἐστὶν ἐν τῷ σώματι χωρὶς τῶν ἄλλων χυμῶν. ὡσαύτως δὲ ἐλέγχων καὶ τοὺς ἤτοι χολὴν ἢ φλέγμα φάσκοντας εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν εἶναι αὐτὸ μόνον, ἡγουμένους δὲ ἐν τούτῳ καὶ τὴν πρώτην γένεσιν ἐκ τούτου τοῦ χυμοῦ γεγονέναι.

η'.

[105] *Ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω, ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι καὶ κατὰ τὸν νόμον καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀεὶ ταῦτα ἐόντα ὁμοίως καὶ νέου ἐόντος καὶ γέροντος καὶ τῆς ὥρης ψυ-*

Nunc quoque adhuc contra illos agit, qui hominem unum esse tuentur, quod per initia ipsum proposuisse dixi: ac primum reprehendit eos, qui sanguinem ipsum esse ferunt. Maxime enim conveniebat, inquit, sanos homines sanguinem citra utramque bilem et pituitam in corpore obtinere, si natura est sanguis solus in corpore. Deinde vero etiam si admittatur, bilem aliquando et pituitam colligi, aetatem sane unam aliquam aut anni tempus inveniri, quo sanguis solus sine aliis humoribus in corpore esset. Pari modo coarguit eos quoque, qui hominem esse pronuntiant aut bilem aut pituitam, hoc est ex natura id solum esse: putant in hoc et ex hoc humore primam generationem provenisse.

VIII.

Enimvero quaecumque ego hominem esse dixero, ea et lege et natura, tum in juvene, tum in sene, ac tempore tam frigido quam calido semper similia inesse de-

χρῆς ἐούσης καὶ θερμῆς καὶ τεκμήρια παρέξω καὶ ἀνάγκας ἀποφανῶ, δι' ἃς ἂν ἕκαστον αὔξηταί τε καὶ φθίνῃ ἐν τῷ σώματι.

Δείξειν ἐπαγγέλλεται διὰ παντὸς μὲν ἐν τῷ σώματι περιεχόμενα τὰ πρὸς αὐτοῦ τιθέμενα στοιχεῖα, κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ τὰς ὥρας αὔξησίν τε καὶ φθίσιν, ὅπερ ἐστὶ μείωσιν ἴσχοντα. κατὰ τὸν νόμον μὲν οὖν ἐστι τὸ πρὸς τῶν ἀνθρώπων νομιζόμενόν τε καὶ δοξαζόμενον, οὕτως εἰωθότων ὀνομάζειν τῶν παλαιῶν. κατὰ φύσιν δὲ τὸ κατ' αὐτὴν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν.

θ'.

Πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγκη τὴν γένεσιν αἰτίου γίνεσθαι μὴ ἀφ' ἑνός. πῶς γὰρ ἕν γε ἐόν τι γεννήσειεν ἄλλο, εἰ μή τινι μιχθείη;

Ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης ἀεὶ τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις

monſtrabo, indicia etiam proferens et cauſas neceſſarias oſtendam, per quas unumquodque in corpore augeatur minuaturque.

Oſtenſurum ſe pollicetur elementa quae ab ipſo ſtatuuntur, perpetuo in corpore contineri et ſecundum aetates annique tempeſtates habere tum incrementum, tum contabeſcentiam, quod eſt imminutionem. Secundum legem quidem eſt, quod homines exiſtimant et opinantur, quum veteres ita nominare conſueverint: ſecundum naturam autem, id quod ſecundum rerum veritatem eſt.

IX.

Primum itaque generationem non uno fieri neceſſe eſt. Quomodo enim unum exiſtens aliquid aliud generarit, niſi alicui miſceatur.

Hippocrates igitur ſemper ea quae manifeſto apparent

ἀκολουθεῖ· διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἔφη μηδὲν ἀφ' ἑνὸς γεννᾶσθαι χωρὶς τοῦ δεηθῆναί τινος ἔξωθεν ἑτέρου καὶ τούτου συμμέτρως ἔχοντος τῆς πρὸς αὐτὸ κράσεως. ἔνιοι δὲ τῶν φυσικῶν ὀνομασθέντων φιλοσόφων οὐκ οἶδ' ὅπως ἐτόλμησαν ἀποφήνασθαι δόξαν ἀλλόκοτον, ἅπασαν ἀνατρέπουσαν τὴν φυσικὴν θεωρίαν. ὁ ἓν γὰρ εἶναι τὸ πᾶν εἰπὼν ἀναιρεῖ τῷ λόγῳ γένεσιν ἅπασαν. εἴπερ γὰρ ἓν τὸ γενόμενον οὐκ ἦν ἔμπροσθεν, ὥσπερ οὐδὲ ἔσεται μικρὸν ὕστερον. οὔτε γὰρ ὁ Θαλῆς οὔθ' ὁ Μέλισσος οὔθ' ὁ Ἡράκλειτος ἔμπροσθεν ἦσαν, ἢ νῦν εἰσιν. ἆρ' οὖν ἀληθῶς ἄν τις εἴποι μὴ γεγονέναι τούτους τοὺς ἄνδρας, ἢ ἐγένοντο μὲν καὶ ἔζησαν ἔτεσιν οὐκ ὀλί- (8) γοις ἕκαστος, οὐκ ἦσαν δὲ καθ' ὃν ἔζων χρόνον, ἢ τὸ μὲν εἶναι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον αὐτοὺς συγχωρήσομεν, ὄντας δὲ οὐκ εἶναι φήσομεν ἡνίκ' ἦσαν; καὶ μὴν εἴπερ ὄντας τις αὐτοὺς ὁμολογήσει, ὁμολογήσει καὶ γεγονέναι. πῶς δὲ πλάτανος καὶ λίθος καὶ λέων οὐκ ἦσαν πάλαι γένεσιν ἔχοντα καὶ φθοράν; εἴπερ δέ ἐστι γένεσις τοῦ πρότερον οὐκ ὄντος, ἀναγκαῖον αὐτὴν ἔκ τινος

ſequitur: eoque nunc dicit, nihil ab uno generari, niſi aliud quidpiam extrinſecus admiſceatur, idque commoderatum ipſi temperamentum ſortiatur. Nonnulli autem philoſophi, naturales appellati, haud ſcio quomodo opinionem abſurdam pronuntiare ſunt auſi, quae omnem naturalem ſpeculationem evertat. Nam qui univerſum dicit eſſe unum, tollit oratione univerſam generationem. Si enim unum exiſtit id quod natum eſt, non erat prius, ſicut neque erit paulo poſt. Neque enim Thales, neque Meliſſus, neque Heraclitus prius erant aut nunc ſunt. Aut igitur vere aliquis dixerit hos viros non fuiſſe? an fuerunt quidem et annis non paucis ſinguli vixerunt, non erant autem quo tempore vivebant? An quod eſſent ipſi illo tempore concedemus? eos autem qui erant non eſſe dicemus, quum eſſent? Atqui ſi eſſe quis ipſos fateatur, fuiſſe quoque fatebitur. Quomodo autem platanus, lapis et leo non erant olim, generationem habentia et interitum? Si autem eſt generatio ejus quod prius non erat,

ὑποκειμένης οὐσίας γενέσθαι. ταύτην δ' ὁρῶμεν οὐ δυναμένην αὐτὴν καθ' αὐτὴν μόνην ὁτιοῦν γεννῆσαι. τὰ γοῦν τῶν φυτῶν σπέρματα καὶ ὑγρότητος καὶ θερμασίας συμμέτρου τῆς ἔξωθεν δεῖται πρὸς τὸ γεννῆσαί τι. μόνον γὰρ εἴπερ ἐπεφύκει γεννᾷν τὸ σπέρμα, μηδενὸς ἄλλου προσδεόμενον ἔξωθεν, οὐκ ἂν διέμεινεν οὐδὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ χωρὶς τοῦ γεννᾷν, ἀλλ' εὐθὺς ἂν ἐφύετο. φαίνεται δὲ διαμένοντα πολλάκις οὐ μῆνας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνιαυτοὺς οὐκ ὀλίγα τῶν σπερμάτων· οὐ γὰρ ἐξ ἑαυτῶν μόνον ἔχει τὸ γεννᾷν, ἀλλὰ δεῖταί τινος ἔξωθεν ἐπικουρίας καὶ ταύτης [106] οὐ κατὰ θίξιν ἁπλῆν γιγνομένης, ἀλλὰ κατά τινα τοῦ ψαύοντος δύναμιν, εἴσω διαδιδομένην εἰς ὅλον τὸ ψαυόμενον. εἴ γε δι' ὅλου φαίνεται τὴν ἀλλοίωσιν ἴσχον ἐν ταῖς γενέσεσι τὸ σπέρμα, κατά τε τὰ δένδρα καὶ τὰς πόας καὶ τὰ ὅλα φυτὰ, πολὺ δὴ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ζώων ἐναργῶς φαίνεται, μήτ' ἐξ ἄῤῥενος μόνου μήτ' ἐκ θήλεως ἄνευ τοῦ μιχθῆναι δυνάμενόν τι γενέσθαι.

---

neceſſarium eſt ipſam ex ſubſtantia quadam ſubjecta provenisſe. Hanc autem videmus non poſſe ipſam per ſe ſolam quicquam generare. Nam ſtirpium ſemina humore et calore commoderato externo ad aliquid generandum indigent. Quod ſi ſemen ſolum ſuapte natura generare poſſet, nullius alterius externi auxilium requirens haud differret vel breviſſimo tempore generationem, ſed ſtatim germinaret. Verum ſaepe non menſem ſolum, ſed etiam annos haud pauca ſemina perdurare videas. Non enim ex ſe tantum generandi facultatem habent, ſed externum quoddam praeſidium poſtulant, idque non ex ſimplici contactu emanans, ſed ex aliqua rei contingentis facultate, quae intro in totum quod tangitur diſtribuatur. Si jam ſemen inter generandum alterationem per totum ſubire videtur, in arboribus, herbis et cunctis ſtirpibus, multo magis in animalibus evidenter apparet, neque ex maſculo ſolo, neque ex femina ſine mixtione aliquid poſſe procreari.

ί.

Ἔπειτα οἰδ' ἂν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν, γεννᾷ, οὐδ' ἂν τὰ αὐτὰ ἡμῖν ξυντελέοιτο.

Οὐ μόνον ἐξ ἑνὸς ἀδύνατον εἶναι γεννηθῆναί τί φασιν, ἀλλ' οὐδ' ἐκ δυοῖν, εἰ μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίγνοιτο, τουτέστιν οἰκειότητα τῆς οὐσίας ἔχοντα. φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα σαφῶς ἐπὶ τῇ τῶν ἑτερογενῶν ζώων γενέσει γιγνόμενα καθάπερ ἐπὶ ἵππων ἔχει καὶ ὄνων ἀλωπέκων τε καὶ κυνῶν. ἐκ γὰρ τῆς τούτων ἐπιμιξίας γεννᾶται τὸ ζῶον, οἷον μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. ὅσα δ' ἐπὶ πολὺ διεστῶσαν ἀλλήλων ἔχει τὴν φύσιν, οὐδ' ἂν μιχθῇ, ποτὲ δύναται γεννῆσαί τι. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως προσκείμενον, οὐδ' ἂν τὰ αὐτὰ ἡμῖν ξυντελέοιντο, παρέρχονται μὲν ὡς σαφὲς οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ βιβλίον, ἀσαφὲς δέ ἐστιν, ἢ μὴ καλῶς ἡρμηνευμένον ὑπὸ τοῦ γράψαντος, ἢ διὰ τοὺς μεταγραψαμένους ἡμαρτημένον. ὃ δ' οὖν μοι δοκεῖ βούλεσθαι δηλοῦν,

X.

Deinde quae miſcentur niſi ejusdem ſint generis, eandemque facultatem habeant, neque generant, neque unquam ad generationem *conferunt.*

Non ſolum ex uno generari aliquid non poſſe dicit, ſed ne ex duobus quidem, niſi ejusdem generis ſint quae miſcentur, hoc eſt familiaritatem ſubſtantiae habentia: at ea manifeſto apparent fieri in diverſi generis animalium generatione, quemadmodum in equis habet et aſinis, vulpibus et canibus: nam ex horum mixtione generatur animal veluti ex duobus mixtum. Quae autem naturam habent multum inter ſe differentem, neque ſi miſceantur, unquam generare aliquid poſſunt. Porro quod ad orationis finem adjectum eſt [neque ſimilia nobis efficiantur] libri interpretes ceu manifeſtum praetereunt. Obſcurum autem eſt, aut non probe a ſcriptore interpretatum aut a tranſcriptoribus vitiatum. Quod autem mihi

ἐστι τοιόνδε. κἂν μὴ ὁμοειδὲς ᾖ τὸ μιγνύμενον ζῶον ἕτερον ἑτέρῳ, κοινωνίαν δή τινα τῆς φύσεώς φησιν εἶναι. οὐ γὰρ ἂν τὰ αὐτὰ ἡμῖν συντελέοιντο, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἂν γένεσις ἐκ τῆς συνόδου γένοιτο, ζώου τοῖς γεννήσασιν ὁμοίου. τάχα δὲ καὶ ἡ ῥῆσις οὐχ οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν τὰ αὐτὰ ἡμῖν συντελέοιτο.

ια'.

Καὶ πάλιν εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ θάτερον θατέρου πολὺ προέξει καὶ τῷ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο.

Ἔμπροσθεν μὲν ἔφη μὴ δύνασθαι γόνιμον γένεσιν ἀποτελεσθῆναι μηδὲν, εἰ μὴ ὁμόφυλα εἴη τὰ συνιόντα. καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ὁμοφύλων ἡ σύνοδος οὐκ ἐξ ἀνάγκης γεννᾷ. λέλεκται δὲ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ὁ λόγος οὗτος αὐτῷ τέλειος ἔνθα φησίν· Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχου-

videtur velle innuere, id eft, etfi non fimile fpecie fit animal alterum, quod alteri mifcetur, communionem certe quandam naturae elfe dicit. Non enim fimilia nobis effici poterunt, hoc eft non generatio ex congreffu fieri poteft animalis, iis quae procrearunt ipfum fimilis. Forfan etiam oratio non fic habebat, neque fimilia nobis efficientur.

XI.

Praeterea nifi calidum cum frigido et ficcum cum humidom oderate et aequabiliter inter fe habeant, fed alterum alteri et robuftius imbeciliiori multum praepolleat, nulla generatio futura eft.

Antea quidem dixit non poffe prolificam abfolvi generationem ullius, nifi quae coëunt ejusdem fint generis; non tamen eorum quae generis funt ejusdem coitus neceffario generat. Porro hanc orationem in aphorismis integre protulit, ubi inquit, *quaecunque frigidos denfos-*

σιν, οὐ κυΐσκονται. καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκονται. ἀποσβέννυται γὰρ ὁ γόνος. καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαέας, ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα. ὁκόσαι δ' ἐξ ἀμφοτέρων τῇ κράσει ἔχουσι συμμέτρως, αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίγνονται. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ διδάσκει μὲν καὶ διά τινας αἰτίας ἄγονοι γίγνονται γυναῖκες. ἐνδείκνυ- [107] ται δὲ καὶ τὸ τούτῳ συνεπόμενον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἡμεῖς ἑτέρωθι καὶ ἄλλοι πολλοὶ πρὸ ἡμῶν ἔγραψαν. ἐδήλωσε δὲ καὶ Πλάτων, οὐ σμικρὰν τέχνην εἰπὼν εἶναι, καθ' ἣν ἐπίσταταί τις ζευγνύναι τοὺς ὁμόλογον κρᾶσιν ἔχοντας εἰς γένεσιν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας. ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν κράσεων τῆς μήτρας εἶπε, ταῦτα καὶ περὶ τῆς τοῦ σπέρματος κράσεως ἐννοῆσαι χρή. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ποτὲ μὲν ὑγρότερόν ἐστι τοῦ δέοντος, ἢ ψυχρότερον. ἔστι δ' ὅτε ξηρότερον, ἢ διακαέστερον. οἰκεῖον δέ ἐστι τῇ μὲν ξηροτέρᾳ μήτρᾳ τὸ ὑγρότερον σπέρμα, τῇ δὲ ὑγροτέρᾳ τὸ ξηρότερον, ὥσπερ γε καὶ τῇ μὲν θερμοτέρᾳ τὸ ψυχρότερον, τῇ δὲ ψυχροτέρᾳ τὸ θερμότερον. ὑπὲρ ὧν

que habent uteros, non concipiunt, et quaecunque praehumidos uteros obtinent, non concipiunt, nam in his genitura extinguitur. Ad haec quae ſiccos magis et ardentes; nam alimenti inopia ſemen corrumpitur. Quae vero moderatum ex utrisque temperamentum habent, foecundae fiunt. His verbis docet quas ob cauſas mulieres infoecundae fiant. Indicat autem id etiam, quod hoc conſequitur, de quo et nos alibi et alii plerique ante nos ſcripſerunt. Innuit et Plato, quum diceret *non exiguam eſſe artem, qua quis novit et viros et mulieres conſentaneum habentes generationi temperamentum conjungere.* Quae enim de uteri temperamentis dixit, eadem etiam de ſeminis temperamento intelligere oportet: ſiquidem et id interdum humidius eſt quam conveniat, aut frigidius; aliquando ſiccius aut ardentius. Familiare autem eſt ſicciori utero humidius ſemen; humidiori ſiccius, quemadmodum et calidiori frigidius; frigidiori autem calidius.

ἐπὶ πλέον ἔν γε τῷ περὶ τεκνολογίας λόγῳ διερχόμεθα· νυνὶ δ᾽ ἀρκεῖ γιγνώσκειν ὅτι μήτε δυνατόν ἐστιν ἐξ ἑνός τι γίγνεσθαι, μήθ᾽ ὅταν ἐκ δυοῖν, ἢ καὶ πλειόνων συνιόντων γίνηται, χωρὶς οἰκειότητος τῆς πρὸς ἄλληλα καὶ συμμετρίας τινὸς κράσεως, τῆς ἐκ τῶν συνιόντων ἀποτελουμένης, οἷόν τέ ἐστι γεννηθῆναι τοῦτο.

ιβ΄.

Ὥστε πῶς εἰκὸς ἀφ᾽ ἑνός τι γεννηθῆναι, ὅπου γε οὐδὲ ἀπὸ τῶν πλειόνων γεννᾶται, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τῆς κρήσιος τῆς πρὸς ἄλληλα.

Τὰ μὲν ἄλλα τῆς ῥήσεως ἐκ τῶν προειρημένων ἐστὶ δῆλα. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ τοῦ κατ᾽ αὐτὴν ὀνόματος εἰρημένου τοῦ τῆς κράσεως, ὅπερ διὰ τοῦ κρήσιος εἶπεν. ὅτι πρῶτος ὧν ἴσμεν Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο κεράννυσθαι τὰ στοιχεῖα, καθάπερ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδείχθη. καὶ ταύτῃ διήνεγκεν Ἐμπεδοκλέους. κἀκεῖνος γὰρ ἐκ μὲν τῶν αὐτῶν

De quibus uberius in libro de ratione procreandi liberos pertractamus. Nunc satis eſt ſcire, quod neque aliquid poteſt ex uno gigni, neque ex duobus aut etiam pluribus coëuntibus, niſi familiaritas mutua ſit et commoderatio quaedam temperamenti, quae ex coëuntibus perficitur, id generari poteſt.

XII.

Quocirca quomodo rationi conſentaneum fuerit, ab uno aliquid generari, quum ne a pluribus quidem generetur, niſi probam inter ſe temperiem habere contigerit.

Reliqua hujus ſententiae ex praedictis ſunt conſpicua. Meminiſſe autem oportet nominis in ea dicti κράσεως, temperamenti, quod Ionice κρήσιος protulit. quoniam primus quorum memoria ad nos pervenit Hippocrates elementa κεράννυσθαι id eſt contemperari docuit, quemadmodum et paulo ante oſtenſum eſt. Atque hac ratione

στοιχείων, ὧν καὶ Ἱπποκράτης γεγονέναι φησὶν ἡμᾶς γε καὶ τὰ ἄλλα σώματα πάντα τὰ περὶ τὴν γῆν, οὐ μὴν κεκραμένων γε δι᾽ ἀλλήλων, ἀλλὰ κατὰ μικρὰ μόρια παρακειμένων τε καὶ ψαυόντων. ὅτι δὲ καὶ ἥδε ἡ δόξα τοὺς αὐτοὺς ἐλέγχους ἔχει ταῖς ἐξ ἀναισθήτων καὶ ἀπαθῶν τῶν πρώτων σωμάτων τὸ αἰσθητικὸν σῶμα γεννώσαις δόξαις, ἐπιδέδεικται διὰ τοῦ περὶ τῶν καθ᾽ Ἱπποκράτην στοιχείων ὑπομνήματος, ἔνθα καὶ πασῶν σχεδὸν τῶν φυσικῶν δοξῶν ἐμνημονευσάμην, ὅσαι περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν, ἢ στοιχείων γεγόνασιν.

ιγ'.

Ἀνάγκη τοίνυν τῆς φύσιος τοιαύτης ὑπαρχούσης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ἕκαστον τῶν ξυμβαλλομένων εἰς τὴν γένεσιν, ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι, οἵηνπερ ξυνεβάλετο.

---

differt ab Empedocle; is etenim ex eisdem elementis, quibus et Hippocrates nos aliaque omnia corpora, quae circa terram ſunt, conſtare dicit, non tamen invicem contemperatis, ſed per exiguas partes commiſſis et ſe contingentibus. Quod vero et haec opinio ſimili modo coarguitur, quo illae opiniones quae ſenſile corpus ex inſenſilibus impatibilibusque primis corporibus generant, in commentario de elementis ex Hippocratis ſententia oſtenſum eſt, ubi etiam omnium fere phyſicarum opinionum mentionem fecimus, quae de primis principiis aut elementis extiterunt.

XIII.

Quum itaque ejusmodi ſit natura cum reliquorum omnium, tum hominis, non unum eſſe hominem neceſſe eſt; ſed unumquodque eorum quae ad generationem conferunt, talem in corpore facultatem qualem contulit obtinere.

---

(9) *Προειρηκὼς ὁ Ἱπποκράτης, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως κραθείη, τὰς γενέσεις τῶν γεν-* [108] *νητῶν δηλονότι σωμάτων ἀδύνατον εἶναι γενέσθαι· νῦν δὴ σαφῶς οὐκ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ὅσα γένεσιν ἔχει καὶ φθορὰν σωμάτων ἐκ τῶν αὐτῶν εἶναι τὴν γένεσίν φησιν. ἐκ θερμοῦ γὰρ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ πάντα γέγονε καὶ διὰ τοῦτο κοινὰ πάντων εἶναι ταῦτα στοιχεῖα. τὰ δὲ ἴδια τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως, αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴ ξανθή τε καὶ μέλαινα. καίτοι γ' οὐδὲ ταῦτα ἴδια καλῶς ἂν λέγοιτο, κοινὰ γάρ ἐστιν ἁπάντων τῶν ἐναίμων ζώων. εὔδηλον δ' ὅτι καὶ τούτων ἕκαστα ἐκ τῶν πρώτων τεττάρων γέγονεν, ἅπερ ἀπὸ τῶν ποιοτήτων ὀνομάζοντες, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν λέγομεν. ἴδια δὲ τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐστιν ὀνόματα πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ ἀὴρ, ἢ γῆ. πρόδηλον γὰρ ὅτι τὰ στοιχεῖα κατὰ τὰς ἁπλᾶς καὶ ἀμίκτους ποιότητας καλεῖται, θερμότητος μὲν ἄκρας ὑπαρχούσης ἐν πυρὶ, καθάπερ γε καὶ ὑγρότητος ἐν ἀέρι, ψυχρότητος δὲ ἐν ὕδατι, ξηρό-*

Praefatus Hippocrates nisi calidum frigido et sic cum humido moderate contemperatum sit, corporum videlicet generabilium generationis haud posse fieri: nunc sane manifesto non hominis tantum, sed omnium etiam quae generationem corruptionemque corporis subeunt, ex ipsis generationem esse pronuntiat. Nam ex calido, frigido, sicco et humido omnia creata sunt, eoque communia omnium esse haec elementa. Propria autem hominis naturae sanguinem, pituitam, bilem flavam et nigram. Quamquam ne haec quidem propria recte dixeris; ut quae omnium sanguine praeditorum animantium sint communia. Constat autem et horum singula ex primis creata esse quatuor *elementis*, quae a qualitatibus nominantes humidum, siccum, frigidum et calidum dicimus. Propria vero substantiae ipsorum nomina sunt, ignis, aqua, aër, terra. Apertum siquidem est elementa secundum simplices, nec mixtas qualitates nuncupari: quum calor summus igni insit, quemadmodum et humor aëri, frigus aquae, siccitas

τητος δὲ ἄκρας, ἅμα πιλήσει τε καὶ ψύξει κατὰ τὴν γῆν. πῶς οὖν οἴονταί τινες ὑγρὸν μὲν καὶ ξηρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν Ἱπποκράτει τίθεσθαι τὰ στοιχεῖα; φαίνεσθαι γὰρ ἐν ἀνθρώπῳ ταῦτα, πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ, ἀέρα τε καὶ γῆν μὴ προσίεσθαι, διότι μηδὲ φαίνεταί τι τούτων ἐν ἀνθρώπου σώματι. μὴ παρακολουθοῦντες μὴν, ὅτι τὰ φαινόμενα περὶ τὸ σῶμα μέν ἐστι τὰ φαινόμενα, καθάπερ τὸ σῶμα, θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρά. τίς αὖ ταῦτα τολμήσειε φάναι κοινὰ στοιχεῖα πάντων εἶναι σωμάτων; οὐδεὶς δήπου τῶν καὶ βραδυτάτων, εἰρηκότος τοῦ Ἱπποκράτους, ἀνάγκη τοίνυν τῆς φύσιος τοιαύτης ἐούσης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ τὰ βλεπόμενα κατὰ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ, λέγειν αὐτὸν οἴεσθαι νῦν, ἀλλὰ τὰ τέτταρα στοιχεῖα ταῦτα γὰρ ἄκρας ἔχει καὶ ἀμίκτους ποιότητας, ἐξ ὧν ἀλλήλαις κεραννυμένων τὰ μεταξὺ σώματα πάντα γίγνεται, κατ᾽ ἐπικράτειαν οὐ κυρίως ὀνομαζόμενα θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρά. ὡς εἴ γε ταῦτα τὰ ἤδη κε-

ſumma una cum denſitate et frigore terrae. Quomodo igitur nonnulli arbitrantur, Hippocratem humidum quidem, ſiccum, frigidum et calidum elementa ſtatuere (haec enim in homine apparere) ignem vero, aquam, aërem et terram non admittere? eo quod neque horum aliquod in humano corpore conſpiciatur? haud tamen aſſequentes intellectu, ea quae in corpore apparent, ut calida, frigida, ſicca, humida, eſſe apparentia et viſibilia corporis elementa. Quae quis audebit elementa omnium corporum eſſe communia pronunciare? Nemo profecto, etiam ſtupidiſſimus, quum Hippocrates dixit: *Neceſſe igitur eſt, quum talis et aliorum omnium et hominis natura ſit*, non arbitrandum eſt nunc ipſum dicere ea quae in corpore humano videntur, calida, frigida, ſicca et humida; ſed quatuor elementa, quae ſummas et expertes mixtionis qualitates obtinent, ex quibus invicem contemperatis omnia quae in medio ſunt corpora gignuntur, per exuperantiam non proprie appellata calida, frigida, ſicca et humida.

κραμένα στοιχεῖα θησόμεθα, τὰ τὰς ἄκρας ἔχοντα ποιότητας, οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι φήσομεν εἶναι. καὶ κατὰ τὴν ἐχομένην δὲ ῥῆσιν ἐναργέστερον ἔτι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐνδείκνυται. πρὸς ἣν ἤδη μεταβῶμεν.

ιδ'.

Καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀποχωρέειν εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου, τό τε ὑγρὸν πρὸς τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρὸν καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν.

Ἀποχωρεῖν φησὶ διακρινόμενον ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ ἀνθρώπου, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἕκαστον τῶν προειρημένων στοιχείων, ἃ θερμὸν ἐκάλει καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, οὐδέπω λέγων τὸ αἷμα, πρὸς τὸ κατὰ τὸν κόσμον αἷμα· καὶ τὸ φλέγμα πρὸς τὸ φλέγμα. καὶ τὴν χολὴν πρὸς τὴν χολήν. καὶ τὴν ἀρτηρίαν πρὸς τὴν ἀρτηρίαν· καὶ τὴν σάρκα πρὸς τὴν σάρκα· καὶ τὴν φλέβα πρὸς

Nam ſi haec jam contemperata elementa ſtatuamus, ea quae ſummas habent qualitates haud novi quid eſſe dicemus. Jam proxima oratione clarius adhuc ſuam ipſius ſententiam explicat, ad quam modo digrediamur.

XIV.

Rurſus etiam neceſſe eſt, intereunte hominis corpore unumquodque ad ſuam ſecedere naturam, humidum ad humidum, ſiccum ad ſiccum, calidum ad calidum et frigidum ad frigidum.

Quum in hominis obitu unumquodque praedictorum elementorum dirimitur, ad ſuam naturam ſecedere commemorat, quae calidum, frigidum, ſiccum et humidum vocabat: non ſanguinem dicens ad mundi ſanguinem, pituitam ad pituitam, bilem ad bilem, arteriam ad arteriam, carnem ad carnem, venam ad venam, nervum ad ner-

τὴν φλέβα· καὶ τὸ νεῦρον ἀπιέναι πρὸς τὸ νεῦρον· ἀλλὰ τὸ καθ' ἕκαστον τούτων θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, [109] ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν εἰς τὰ κοινὰ πάντων ἀπέρχεσθαι στοιχεῖα. σύγκειται γὰρ δή που καὶ τὸ νεῦρον ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ τῶν στοιχείων δηλονότι. οὐ γὰρ δὴ ἐξ ἄλλου γε νεύρου, καθάπερ οὐδ' ἡ φλὲψ ἐξ ἄλλης φλεβός. ὅτι μηδ' ἐπινοηθῆναι δύναται κεραννύμενα δι' ὅλων ἀλλήλων ταῦτα, σὰρξ καὶ φλὲψ καὶ ὀστοῦν καὶ ἀρτηρία καὶ τὰ ἄλλα μόρια. βούλεται δ' αὐτὸς κεκρᾶσθαι δι' ὅλων ἀλλήλοις τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, εἴ τι μεμνήμεθα τῶν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένων. ὥστε οὐ τὰ σαφῶς βλεπόμενα κατὰ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ μόρια στοιχεῖα τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεώς ἐστιν, ἀλλὰ τὰ τούτων αὐτῶν συνθετικά τε καὶ γεννητικά. ταῦτα δέ ἐστιν ὕδωρ τε καὶ πῦρ, ἀὴρ τε καὶ γῆ. ἀποδέδεικται γὰρ περὶ τούτων ἱκανῶς ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων.

---

vum abire: ſed ſingulorum horum calidum et frigidum, humidum et ſiccum ad communia omnium elementa diſcedere. Nervus enim nimirum ex calido, frigido, ſicco et humido elementis ſcilicet compoſitus eſt: quippe non ex alio nervo, ſicut nec vena ex alia vena, quoniam ne cogitari quidem poſſunt per tota invicem contemperata eſſe haec: caro, vena, os, arteria et aliae partes. Vult autem ipſe, ſi paulo ante dictorum meminimus, per tota invicem calidum, frigidum, ſiccum et humidum eſſe contemperata. Quare non hae quae palam in corpore humano videntur calidae, frigidae, ſiccae et humidae particulae, hominis naturae elementa ſunt; ſed illa quae has ipſas compoſuerunt generaruntque. Haec autem ſunt aqua, ignis, aër et terra; de quibus abunde in opere de elementis ſecundum Hippocratis ſententiam diſſeruimus.

ιε'.

Τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζώων ἐστιν ἡ φύσις καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.

Τοιαύτη, φησὶν, οὐ μόνον ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐκ θερμοῦ δηλονότι καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ κεκραμένη τῶν ἁπλῶν καὶ ἄκρων. τὰ γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ πάντα τὴν κρᾶσιν ἐκ τούτων ἔσχηκεν. ἀδιανόητον οὖν γίγνεται τὸ λέγειν ἐν τῷ μεταξὺ τὴν κρᾶσιν γίγνεσθαι τῶν ἐν τῷ μεταξύ. τοῦτο δ' οὐκ αἰσθάνονται λέγοντες οἱ ἐκ τῶν κατὰ τὸ σῶμα βλεπομένων ὑγρῶν καὶ ξηρῶν, θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν, τὴν φύσιν ἡμῶν συγκεῖσθαι φάσκοντες. ἔτι δὲ ἀδιανοητότερον, εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ζώων τε καὶ φυτῶν ἐκ τούτων λέγομεν εἶναι τὴν φύσιν. Ἱπποκράτης μὲν γὰρ εἴρηκε φανερῶς ἐν τῇ ῥήσει καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν τοιαύτην εἶναι φύσιν. οἱ δ' οὐκ οἶδ' ὅ τι φήσουσιν. ὅταν γοῦν εἰς τὴν γῆν ἐκβληθέντος σπέρματος συκῆς, εἰ τύχῃ, γένηται μέγιστον δένδρον,

XV.

Talis autem tum animantium, tum caeterorum omnium eſt natura.

Hujusmodi, inquit, non modo hominis, ſed etiam aliorum omnium natura eſt, ex calido nimirum, frigido, ſicco et humido, ſimplicibus et ſummis contemperata. Nam quae in medio conſiſtunt, omnia temperamentum ex his obtinuerunt. Igitur ab intellectu alienum eſt dicere, eorum quae in medio habentur temperamentum ex iis quae in medio ſunt fieri. Hoc autem non percipiunt ſe dicere, qui ex iis quae in corpore conſpiciuntur, humidis, ſiccis, calidis et frigidis naturam noſtram conſtare tuentur. Adhuc abſurdius eſt, ſi et aliorum omnium animantium ſtirpiumque naturam ex his conflari dicamus. Hippocrates enim clare dixit in oratione propoſita et aliorum omnium talem eſſe naturam. Illi vero haud ſcio quid dicent, quum fici ſemine in terram dejecto, verbi gratia, maxima

ἀδιανόητόν ἐστι λέγειν, οὐκ ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἀλλ᾽ ἑτέρωθεν αὐτῇ τὴν τοσαύτην οὐσίαν ὑπάρξαι. καὶ μὴν ἡ γῆ κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἄκρως ἐστὶ ψυχρὰ, θερμότητα δ᾽ ἔχει πολλὴν ἡ συκῆ δι᾽ ἣν ζῇ, καὶ διὰ τοῦτο κἂν τοῖς ἰσχυροῖς χειμῶσι καταψυχομένη οὐ νεκροῦται. δῆλον οὖν ὅτι μὴ μόνον ἐξ ὕδατος καὶ γῆς συνέστηκε τὸ σῶμα τῆς συκῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς πυρώδους φύσεως μετείληφεν. εὔδηλον δ᾽ ὅτι καὶ τῆς ἀερώδους, εἴ γε σαφῶς ἐστι τὸ ξύλον αὐτῆς οὐ μόνον τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὕδατος κουφότερον. ἐκ τῶν τεσσάρων οὖν ἐστι καὶ ἡ συκῆ. καὶ εἴπερ αὐτὴ καὶ τὸ σῦκον, οὕτω δὲ καὶ οἱ καρποὶ πάντες. εἰσὶ δὲ οἱ πυροὶ καὶ αἱ κριθαὶ καὶ οἱ κύαμοι καὶ τὰ ἄλλα δημήτρια σπέρματα τῶν καρπῶν μόρια. καὶ αὐτὰ τοίνυν ἐκ τῶν τεσσάρων συνεστήκασι, γῆς, πυρὸς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς τῶν καρπῶν τε καὶ φυτῶν ἐδωδῆς οἱ μὲν ἡμῖν γίγνονται χυμοὶ, καὶ οὗτοι δηλονότι τὴν πρώτην ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἕξουσιν, ὕδωρ καὶ γῆν, ἀέρα τε καὶ πῦρ. ἀλλ᾽ ὅπερ ἔφην, ἀποδέδεικται καὶ ταῦτα ἐν τῷ περὶ τῶν καθ᾽

arbor enafcatur. Abfurdum eft dictu, non ex terra et aqua, fed aliunde talem ipfi ineffe naturam. Atqui terra fui ratione fumme eft frigida, calorem vero ficus quo vivit multum obtinet, eoque etiam fi in valida hieme perfrigeretur, non emoritur. Liquet igitur corpus fici non folum ex aqua et terra conftitutum effe, fed etiam igneae naturae particeps evafiffe. Perfpicuum autem eft et aëris partem recepiffe, fiquidem lignum ipfius palam eft non terra folum, fed et aqua levius. Ex quatuor itaque et ficus conftat et fi haec inde conftat, fructus etiam tum ipfius, tum alii omnes. Sunt autem triticum, hordeum, fabae aliaque cerealia femina fructuum particulae: atque ipfae idcirco ex quatuor confiftunt, terra, igne et aqua et aëre. Quoniam vero ex fructuum ftirpiumque efu humores qui in nobis funt generantur, et hi nimirum primam generationis originem habebunt aquam, terram, aërem et ignem. Sed ut dixi, haec etiam in commentario de ele-

Ἱπποκράτην στοιχείων, ὥστ' ἤδη μεταβαίνειν καιρὸς ἐφ' ἑτέραν ῥῆσιν.

ιστ'.

[110] Γίνεταί τε ὁμοίως πάντα καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα.

Οὐδὲ μαντευσάμενός τις ἔσεσθαί τινας ἀνθρώπους οἳ παρακούσουσιν αὐτοῦ, τοσαυτάκις ἂν εἶπε ταὐτὸ δόγμα, καθάπερ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἐποίησε, πάντα φάσκων οὐ μόνον ἄνθρωπον ὁμοίως γίγνεσθαι καὶ τελευτᾷν, ὥσπερ (10) εἴρηται, ἐκ τῶν τεττάρων δηλονότι στοιχείων, οὐ τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων θερμῶν, ἢ ψυχρῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ὑγρῶν. ἀλλ' εἰσί γε οὕτω τινὲς ἀναίσθητοι λέξεως Ἑλληνικῆς, ὡς οἴεσθαι τὸ κατὰ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν αἰσθητῶς διαγιγνωσκόμενα, πάντων εἶναι τῆς γενέσεως κοινὰ στοιχεῖα.

mentis fecundum Hippocratem demonftrata funt. Quare jam ad alteram fententiam digredi tempeftivum eft.

XVI.

Oriunturque fimiliter omnia et fimiliter omnia occidunt.

Nullus vaticinatus fuerit, quosdam fore homines, qui ipfum toties oscitanter audituri fint, quoties idem dogma pronunciaverit, ut nunc Hippocrates fecit, [omnia] dicens non tantum hominem fimiliter nafci et interire, quemadmodum dictum eft, ex quatuor fcilicet elementis, non corporis partibus, calidis aut frigidis aut ficcis aut humidis. Verum funt nonnulli adeo imperiti graecanicae dictionis, ut putent id quod in corpore humano eft calidum, frigidum, ficcum et humidum, fenfu dignota communia omnium generationis effe elementa.

ιζ.

Ξυνίσταται γὰρ αἰτέων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν προειρημένων πάντων καὶ τελευτᾷ κατὰ τὰ εἰρημένα, ἐς τὸ ἑωϋτὸ ὅθενπερ ξυνέστη ἕκαστον. ἐνταῦθα οὖν καὶ ἀπεχώρησεν.

Ἐπιμένει τῷ δόγματι τὴν φύσιν ἁπάντων ἐκ τῶν εἰρημένων τεττάρων συνίστασθαι καὶ τελευτᾷν εἰς αὐτὰ βουλόμενος. ὅθεν γὰρ ἕκαστον τῶν ὄντων συνέστη, φησὶν, ἐνταῦθα καὶ ἀπεχώρησεν, εἰς τὰ κοινὰ δηλονότι στοιχεῖα τοῦ κόσμου, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα τε καὶ πῦρ. ἐσχάτως οὖν ἀγνοοῦσι τὴν Ἱπποκράτους γνώμην καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν εἰρημένον. οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον οὔτε ὕδωρ οὔτε πῦρ οὔτε γῆν, ἀντὶ τοῦ μηδ' ὅλως ἀκούοντες. ἐφάνη γὰρ οὐ τὸ μηδ' ὅλως εἶναι τὰ κοινὰ πάντων στοιχεῖα κατὰ τὸ σῶμα βουλόμενος τοῦ ἀνθρώπου ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλὰ τοὺς ἓν μόνον ἐξ αὐτῶν λέγοντας μεμφόμενος.

XVII.

Eorum enim natura ex praedictis omnibus conſtat; et ut praedicta ſunt a nobis, in id ipſum ex quo conſtat unumquodque deſinit, proindeque eo ſecedit.

Immoratur ſuo dogmati naturam omnium cenſens ex commemoratis quatuor conſtitui et in eadem finire. *Unde enim ſingula conſtituta ſunt, inquit, illuc etiam recedunt,* ad communia ſcilicet mundi elementa, terram, aquam, aërem et ignem. Prorſus igitur Hippocratis ſententiam ignorant et id quod initio dictum eſt. Neque enim *τὸ πάμπαν, in totum* hominem dixerim aërem, neque aquam, neque ignem, neque terram pro *μηδ' ὅλως, nequaquam et nulla in parte* intelligentes. Liquet enim Hippocratem non velle communia omnium elementa nequaquam in corpore humano eſſe, verum eos qui unum ſolum ex ipſis dicunt inſectari.

ιη'.

Τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωϋτῷ αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν διττὴν, ἤγουν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν, καὶ ταῦτά ἐστιν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει.

Συντελέσας τὸν περὶ τῶν κοινῶν στοιχείων λόγον, ἐπὶ τὰ τῶν ἐναίμων ζώων, ὧν ἐστι καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει μετέβη, βουλόμενος ἐξ αἵματος καὶ φλέγματος καὶ χολῆς διττῆς, τήν τε ἐξ ἀρχῆς γένεσιν ἡμῶν γίνεσθαι καὶ τὴν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ διαμονὴν ἐκ τούτων ὑπάρχειν [111] καὶ ταῦτα τὴν ὅλην φύσιν εἶναι τοῦ ἀνθρώπου, τῶν μὲν χυμῶν ἐν τοῖς στερεοῖς περιεχομένων, αὐτῶν δὲ τῶν στερεῶν ἐν τῇ πρώτῃ διαπλάσει κυουμένου τοῦ ζώου, τὴν γένεσιν ἐκ τούτων ἐχόντων. ἐκ γὰρ τοῦ καταμηνίου πάντα τὰ μόρια γέγονεν, οὐκ εἰλικρινοῦς αἵματος ὄντος, ἀλλ' ἔχοντος ἐν ἑαυτῷ διττὰς χολὰς καὶ φλέγμα. δείξει γὰρ ὀλίγον ὕστερον τοῦτο· καὶ μέντοι καὶ τὸ ὑγιαί-

XVIII.

Corpus autem hominis in ſe ſanguinem et pituitam et bilem duplicem, flavam ac nigram continet. Et haec ſua ipſi natura eſt corporis et per haec dolet et ſanum eſt.

Finita de communibus elementis diſſertatione ad animalium ſanguine praeditorum (in quorum numero eſt et homo) elementa in oratione propoſita digreſſus eſt; decernens tum noſtram ab initio generationem ex ſanguine, pituita et duplici bile, flava et nigra conſtare, tum totius vitae permanſionem, eaque tota eſſe naturam hominis, quum humores quidem in ſolidis partibus contineantur; ipſae vero ſolidae in prima animantis quod geſtatur in utero conformatione generationem ex his ſortiantur. Nam omnes partes ex menſtruo ſanguine factae ſunt, qui non ſincerus eſt ſanguis, ſed duplicem in ſe bilem pituitamque habet; id quod paulo poſt auctor oſtendet. Quin

νειν ἡμῖν ἀλγεῖν τε καὶ νοσεῖν ἐκ τούτων φησὶ γίγνεσθαι, κατὰ τὸν τρόπον καθ᾽ ὃν γίνεται ταῦτα, διὰ τῆς ἐχομένης ῥήσεως.

ιθ'.

Ὑγιαίνειν μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα χρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ.

Κατὰ πάντας ἰατροὺς τε καὶ φιλοσόφους τοὺς τελείους δογματικοὺς ἡ συμμετρία τῶν στοιχείων ὑγίειαν ἐργάζεται. διττῆς δ᾽ οὔσης τῷ γένει τῆς ἐν ταῖς λογικαῖς αἱρέσεσι στοιχειώσεως, ἡ μὲν ἑτέρα κατὰ παράθεσίν τε καὶ περιπλοκὴν τῶν πρώτων σωμάτων τὰς γενέσεις τῶν συνθέτων γενέσθαι φησὶν, ἡ δὲ ἑτέρα κατὰ κρᾶσιν. ἡ μὲν οὖν προτέρα τὴν συμμετρίαν ἐν τῇ ποροποιΐᾳ τίθεται. ἡ δὲ ἑτέρα κατὰ τὴν εὐκρασίαν τῶν στοιχείων ἡμᾶς φησιν, ἧς δηλονότι δόξης ὁ Ἱπποκράτης ἐστὶν ἡγεμών. οὔσης δὲ διττῆς συμμε-

etiam quomodo fiat ut ex his fani fimus, doleamus et aegrotemus, proxima oratione perfequitur.

XIX.

Sanum quidem eft maxime, quum haec moderatum inter fe tum facultate tum copia temperamentum habuerint, idque praefertim fi permixta fuerint.

Omnium et medicorum et philofophorum, qui abfoluti dogmatici funt, confenfu elementorum commoderatio fanitatem efficit. Quum autem rationalis fectae prima elementorum inftitutio duplex genere fit; altera appofitione et complexu primorum corporum generationes compofitorum fieri profitetur, altera temperamento. Prior itaque fymmetriam in meatuum ftructura poropoeia ponit; fecunda ex proba elementorum temperie fanitatem conftare affirmat; cujus nimirum opinionis Hippocrates prin-

τρίας, τῆς μὲν ἐν τῇ δυνάμει τῶν κεραννυμένων, τῆς δὲ ἐν τῷ ποσῷ τῆς οὐσίας, ἑκατέρας ἐμνημόνευσεν Ἱπποκράτης εἰπὼν, τῆς τε δυνάμεως καὶ τοῦ πλήθεος. τὸ δ' ἐπὶ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον τὸ καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ, τὴν ἀκρίβειαν τῆς δι' ὅλων αὐτῶν κράσεως ἐνδείκνυται. κατὰ γὰρ τὴν τελείως ἀμεμπτοτάτην τοῦ σώματος διάθεσιν οὐ μόνον ἡ συμμετρία τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἀλλὰ καὶ ἡ δι' ὅλων κρᾶσις ἀκριβοῦται. κατὰ δὲ τὰς φαυλοτέρας κράσεις τοῦ σώματος ἐνδέχεταί ποτε καθ' ἕν τι μόριον οὐκ ἴσως, οὐδ' ὁμοίως οὐδὲ δι' ὅλων ἀλλήλοις κεκρᾶσθαι τοὺς χυμοὺς, ἀλλ' ὅταν γε μηδέ πω σαφῶς ἐνέργεια βλάπτεται, μεμπτὴ μὲν ἐστιν ἡ ὑγίεια, νόσος δὲ οὐδέ πω.

κ'.

Ἀλγέει δ' ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ᾖ πλεῖον εἴη ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι καὶ μὴ κεκραμένον ᾖ τοῖς ξύμπασι.

ceps exiſtit. Rurſus quum duplex ſit ſymmetria ſeu commoderatio, haec in facultate eorum quae contemperantur, illa in ſubſtantiae quantitate, utriusque meminit Hippocrates inquiens, *facultate et copia.* Quod ad ſententiae finem dictum eſt [*et praeſertim ſi commixta ſint*] accuratam per tota ipſa contemperationem innuit. Nam in dispoſitione corporis maxime inculpata non ſolum quatuor elementorum commoderatio, ſed etiam per tota temperies mixtioque accurate abſolvitur. In deterioribus autem corporis temperamentis fieri aliquando poteſt, in una aliqua parte humores non aequaliter, neque ſimiliter neque per tota invicem eſſe temperatos; verum quum nondum functio manifeſte laeditur, culpata quidem eſt ſanitas, nec dum tamen morbus eſt.

XX.

Dolet autem ubi horum quicquam vel parcius vel copioſius fuerit aut in corpore ſeparatum, nec reliquis omnibus contemperatum.

Ὥσπερ ἐπὶ τῆς ὑγιείας τὴν ἀκριβῆ συμμετρίαν ἐν ποσότητι καὶ δυνάμει καὶ τῇ δι' ὅλων ἔθετο κράσει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῆς νόσου τὰ τούτων ἐναντία τίθεται, τὸ μὲν ἔλασσον, ἢ πλέον εἴς τε τὸ ποσὸν τῆς οὐσίας καὶ τὴν δύναμιν ἀναγαγὼν, τὸ δὲ μὴ κεκρᾶσθαι τοῖς πᾶσιν εἰς δυσκρασίαν ἢ ἀνωμαλίαν κράσεως, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι.

κα'.

[112] *Ἀνάγκη γὰρ ὁκόταν τι τουτέων χωρισθῇ καὶ ἐφ' ἑωϋτοῦ στῇ, ἔνθεν τε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον ἐπίνοσον γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα στῇ καὶ ἐπιχυθῇ, ὑπερεκπιμπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν.*

Ὅταν τῶν τεσσάρων τις χυμῶν αὐτὸς κατ' ἑαυτὸν ἵστηταί που κατά τι μόριον, ἀποχωρισθεὶς τῶν ἄλλων καὶ μὴ κεκραμένος ἢ ὅλος δι' ὅλων αὐτοῖς, ὀδυνᾶται τὸ ζῶον ἐν δυσκρασίᾳ γενομένων ἀμφοτέρων τῶν μορίων, ἔνθεν τε ἐξέ-

Quemadmodum in ſanitate exquiſitam commoderationem in quantitate et facultate et temperamento per tota ſtatuit, eodem modo in morbo horum contraria ponit: minus quidem aut majus ad ſubſtantiae quantitatem et facultatem reducens; non autem contemperatum eſſe omnibus ad intemperiem aut inaequalitatem temperaturae aut quomodocumque aliquis nominare velit.

XXI.

Neceſſe namque eſt quum quid horum ſecretum fuerit et per ſe conſtiterit, non ſolum eum unde ſeceſſit locum morbo affici, ſed et eum ubi conſtiterit et in quem ob exuperantiam diffuſum fuerit, dolore ac labore vexari.

Quum quatuor humorum aliquis per ſe in aliqua parte conſtiterit ab aliis ſeparatus et non ſit totus per tota ipſis contemperatus, animal dolet, dum utraque pars intemperiem experiatur, tum unde diſceſſit; tum in quam tranſiit,

στη καὶ εἰς ὃ μετέστη. καὶ μάλιστα τοῦτο γίνεται κατὰ τοὺς ἰσχυρὰς ἔχοντας τὰς δυνάμεις χυμούς. οὗτοι γὰρ οὐ μόνον τῷ ποσῷ βαρύνοντες τὸ μόριον, εἰς ὃ κατέσκηψαν, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιῷ τὴν ὀδύνην ἐργάζονται, θερμαίνοντες ἢ ψύχοντες σφοδρῶς.

κβ΄.

Καὶ γὰρ ὁκόταν τι τουτέων ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις.

Ἀντὶ τοῦ πλεονάζοντος ἀκουστέον εἰρῆσθαι νῦν τὸ ἐπιπολάζοντος, ἢ εἴπερ μὴ τοῦτό τις ἀκούειν ἐθέλοι, τὸ μὴ κεκραμένον ἅπασι τοῖς ἄλλοις, ἐπιπολάζον οἰητέον εἰρῆσθαι. πιθανὸν γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν.

κγ΄.

Ἢν τ᾽ αὖθις εἴσω ποιήσηται τὴν κένωσιν καὶ τὴν μετάστασιν καὶ τὴν ἀπόκρι-(11)σιν ἀπὸ τῶν ἄλλων, πολλὴ αὐτέῳ

potiſſimumque hoc accidit in humoribus, qui validas facultates obtinent. Hi enim non ſolum quantitate partem in quam decubuerunt aggravantes, ſed etiam qualitate dolorem excitant, dum vehementer calefaciunt aut refrigerant.

XXII.

Etenim quum quid horum plus, quam redundet, extra corpus effluat, evacuatio ipſa dolorem concitat.

Ἐπιπολάζοντος, id eſt *innatante*, dictum nunc eſſe loco πλεονάζοντος, id eſt *abundante*, intelligendum, aut ſi non hoc quis velit intelligere, pro non temperatum omnibus aliis per ſumma innatans, poſitum eſſe putabimus. Utrumque enim eſt probabile.

XXIII.

At ſi contra intro vacuationem et translationem ac ab aliis ſecretionem fecerit, duplicem ſane dolorem (ut ex

ἀνάγκη διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθεν τε ἐξέστη καὶ ἔνθα ὑπερέβαλεν. εἶπον δὴ ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφαίνειν ἀεὶ ταῦτα ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν.

Ὅτι προείρηται τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπὼν κατὰ τὰ εἰρημένα. τῇ λέξει γὰρ, οὐ τῇ δυνάμει τῆς νῦν εἰρημένης ῥήσεως διήνεγκεν ἡ μικρὸν ἔμπροσθεν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένη, καθ' ἣν οὕτως εἶπεν. ἀνάγκη γὰρ ὅταν τι τουτέων χωρισθῇ καὶ ὑφ' ἑωϋτοῦ στῇ, ἔνθεν τε ἐξίστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερὸν γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἂν στῇ καὶ ἐπιχυθῇ ὑπερεμπιπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. εἰπὼν δὲ ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφαίνειν ἀεὶ ταῦτα ἐόντα κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν. κατὰ νόμον μὲν εἶπε δηλῶσαι βουλόμενος τὴν τῶν [113] ἀνθρώπων δόξαν, ἣν ἔχουσι περὶ αὐτῶν, κατὰ φύσιν δὲ τὴν τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. προσέχωμεν οὖν ἤδη ταῖς ἑξῆς

dictis patet) concitare necesse est, et unde secessit et ubi exuperat. Dixi sane quaecunque hominem esse affirmavero, ea me demonstraturum eadem semper esse et lege et natura.

Hoc superius esse comprehensum etiam ipse innuit, quum dicit, ut ex dictis patet, nam dictione, non potestate a nunc dicta oratione differt, quam paulo ante adduxit, ubi in hunc modum inquit: *Necesse enim est quum aliquod horum secesserit et per se constiterit, non solum locum ex quo secessit morbo affici, sed eum etiam ubi constiterit et in quem ob exuperantiam diffusum fuerit, dolore laboreque vexari.* Quum autem ait: *Quae vero hominem esse dixero, ea semper secundum legem et secundum naturam inesse monstrabo.* Secundum legem quidem dixit, volens innuere hominum opinionem, quam de ipsis habent, secundum naturam vero ipsarum rerum veritatem. Attendamus igitur jam verbis ipsius subsequentibus, ut

ῥήσεσιν, ἵνα γνῶμεν, εἰ ὅπερ ὑπέσχετο κατὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ συγγράμματος νῦν ἀποδίδωσι.

κδ'.

Φημὶ δὴ εἶναι αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν· καὶ τουτέων μὲν πρῶτον κατὰ νόμον τὰ ὀνόματα διωρίσθαι φημὶ καὶ οὐδενὶ αὐτέων τωὐτὸ ὄνομα εἶναι, ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι, καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐδὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτα ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσορώμενα, οὔτε τῇ χειρὶ ψαύοντι ὅμοια δοκέει εἶναι; οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, οὔτε ψυχρὰ, οὔτε ξηρὰ, οὔτε ὑγρά.

Καὶ σαφὴς ὁ λόγος αὐτοῦ πᾶς ἐστι καὶ ἀποδείκνυσιν ὃ προὔθετο. κατὰ μὲν γὰρ τὴν προκειμένην ταύτην ῥῆσιν ἔδειξε τέτταρας εἶναι χυμοὺς ἐν τῷ σώματι διαφέροντας

cognoſcamus, an quod initio operis pollicitus eſt nunc praeſtet.

XXIV.

Dico etiamnum ſanguinem eſſe et pituitam et bilem tum flavam tum nigram. Atque horum quidem nomina ex lege diſtincta eſſe aſſero nullique ipſorum idem eſſe nomen inditum. Deinde ſpecies natura diſtinctus eſſe nullamque pituitam ſimilem eſſe ſanguini, neque bili ſanguinem, neque bilem pituitae. Quo namque modo haec inter ſe ſimilia fuerint, quorum neque colores conſpicientibus ſimiles apparent, neque qualitates manui tangenti ſimiles eſſe videntur? Neque enim calida conſimiliter ſunt, neque frigida, neque ſicca, neque humida.

Tota ipſius oratio manifeſta eſt et quod inſtituerat demonſtrat. Nam propoſita hac ſerie quatuor eſſe humores in corpore invicem differentes docuit. In ſubſe-

ἀλλήλων· ἐν δὲ ταῖς ἐφεξῆς, ὅτι καὶ κατὰ φύσιν εἰσὶν οὗτοι πάντες, οὐχ εἷς ἐξ αὐτῶν. ἀλλ᾽ ἔν γε τῇ προκειμένῃ ταύτῃ ῥήσει καὶ χροιᾷ καὶ συστάσει καὶ θερμότητι καὶ ψυχρότητι διαφέρειν ἀλλήλων φησὶ τοὺς χυμούς· καὶ γὰρ καὶ φαίνεται σαφῶς ταῦτα· προσκρούεται δὲ ἴσως τισὶ τὸ καὶ ξηρότητι χυμὸν χυμοῦ διαφέρειν, ἁπάντων τῶν χυμῶν ὑγρῶν ὄντων. ἀναιρείτωσαν οὖν οὗτοι τὸ μηδ᾽ ὑγρότητι διαφέρειν αὐτοὺς, εἴπερ γ᾽ ὑγρότερον ἕτερον ἑτέρου συγχωροῦσιν εἶναι. καὶ μέντοι καὶ φαίνεται σαφῶς τοῦτο κατὰ πάντας τοὺς χυμούς. ἥ τε γὰρ ξανθὴ χολὴ πολλάκις μὲν ἐξυγραίνεται σφοδρῶς, ἡνίκα μηδὲ ξανθὸν, ἀλλ᾽ ὠχρὸν αὐτῆς γίγνεται τὸ χρῶμα, πολλάκις δ᾽ ὥσπερ λέκιθος γίγνεται παχεῖα, διότι καὶ λεκιθώδης ὀνομάζεται πρός τινων· ἥ τ᾽ αὖ μέλαινα διὰ παντός ἐστι παχυτέρα τῆς ὠχρᾶς τε καὶ ξανθῆς. οὐκ ὀλίγον δὲ οὐδὲ κατ᾽ αὐτήν ἐστι τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ὥσπερ γε καὶ τὸ αἷμα. φαίνεται γὰρ τοῦτο, ποτὲ μὲν οὕτως ὑγρὸν, ὡς ῥεῖν, ποτὲ δ᾽ ἱκανῶς παχύ. τὸ φλέγμα δὲ ἔχον τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἰδεῖν ἐστι τῇ κατὰ τοὺς εἰρη-

quenti vero, quod etiam fecundum naturam hi omnes exiftant, non unicus ex ipfis, fed in hac praefenti oratione humores ait et colore et confiftentia et calore et frigore invicem differre, id quod etiam manifefto apparet. Perturbat autem fortaffe quosdam, quod humor ab humore ficcitate discrepet, quum omnes humores fint liquidi et humidi. Negent igitur hi, quod neque humiditate ipfi differant, fiquidem alterum altero humidiorem effe concedunt, quod in omnibus pariter humoribus apparet. Etenim flava bilis vehementer humefcit faepe, quum color ipfius non flavus, fed pallidus efficitur, faepe vero vitelli modo craffefcit, eoque a nonnullis nominatur vitellina: atra bilis perpetuo craffior eft pallida et flava, non parva minoris majorisque ratione, quemadmodum et fanguis. Nam hic interdum humidus adeo, ut fluat, interdum craffus admodum apparet. Pituitam autem commemoratis humoribus proportione refpondere videas. Va-

μένους χυμούς. ὑπαλλάττεται γὰρ ἐν πάχει καὶ λεπτότητι, ποτὲ μὲν ὑδατῶδες ὄν, ἔστι δ' ὅτε παχυνόμενον, ὡς ἐοικέναι πύῳ. συμβαίνει δὲ τοῦτο τοῖς χυμοῖς, ὡς ἂν οὐκ οὖσιν ὄντως στοιχείοις, ὥσπερ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀὴρ καὶ πῦρ ἐστιν. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ἐκ τῶν τεττάρων τούτων γέγονεν, ἐπικρατοῦντος ἄλλου κατ' ἄλλο αὐτῶν, ὡς δὴ πολλάκις ἐμάθετε.

κε'.

Ἀνάγκη τοίνυν, ὅτε τοσοῦτον διήλλακται τήν ἰδέην τε καὶ τὴν δύναμιν ἀλλήλων, μὴ ἓν αὐτὰ εἶναι, εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ἓν καὶ ταυτόν ἐστιν.

[114] Ἀλλόκοτος μὲν ἡ δόξα τῶν ἡγουμένων ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅμως ὁ Ἱπποκράτης ἀντιλέγων αὐτῇ φαίνεται διὰ σπουδῆς, ἴσως τινῶν κατ' αὐτὸν ὄντων ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, οἳ ταύτην ἐπρέσβευον τὴν δόξαν. ὅπου γὰρ καὶ συγγράμματα πλεῖστα παλαιῶν ἀνδρῶν οὐκέτι σώζεται, πολὺ δὴ μᾶλλον οὐδὲ τὰς ἀγράφους δόξας εἰκός ἐστιν αὐτῶν

riat enim craſſitie et tenuitate, dum nunc eſt aquea, nunc craſſa, ut pus repraeſentet. Accidit hoc humoribus, qui non vere ſunt elementa, quemadmodum aqua, terra, aër et ignis ſunt. Singuli enim ex quatuor his generati ſunt, ita ut in alio aliud ipſorum praepolleat, quemadmodum ſubinde didiciſtis.

XXV.

Quum itaque tantopere inter ſe tum idea tum facultate differant, ea non unum eſſe neceſſe eſt, niſi ignis et aqua unum et idem ſint.

Quamvis abſurda eorum ſit opinio, qui hominem unum eſſe arbitrantur, Hippocrates tamen ſtudioſe ei contradicere videtur, forte quod aliqui illius tempore fuerint inſignes viri, qui hanc opinionem celebrarent. Quum enim plurima veterum virorum opera non amplius ſuperſint, multo veriſimilius eſt opiniones ipſorum nullis mandatas literis

διασώζεσθαι, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι μηδ᾽ ἔγραψαν ἔνιοι σύγγραμμα μηδὲν, ὥσπερ Σωκράτης καὶ ὁ Πυθαγόρας καὶ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐνδόξων ἰατρῶν Κόϊντος. ἔτι δὲ μᾶλλόν ἐστι πιστεῦσαι πολλοὺς ἄνδρας ἐπιφανεῖς γεγονέναι ζῶντας, ἀποθανόντων δ᾽ αὐτῶν ἀπολωλέναι τὰς περὶ τῶν δογμάτων ὑπολήψεις, ὁπότε καὶ Πλάτωνος τοσαῦτα συγγράμματα γράψαντος ὅμως οἱ μαθηταὶ λέγουσιν εἶναί τινα παρὰ τὰ γεγραμμένα τῶν ἀγράφων δογμάτων αὐτοῦ. ὥσπερ δὲ τοῖς μαθηταῖς ἄγραφα δόγματα λέγουσιν εἶναι πιστεύομεν, οὕτω καὶ τῷ Ἱπποκράτει πιστεύομεν εἶναί τινας, οἳ γῆν μόνην ἔλεγον εἶναι κοινὸν ἁπάντων στοιχεῖον, ἐν ἀνθρώπῳ δὲ χολὴν, ἢ φλέγμα. καὶ γὰρ καὶ νῦν οἶδά τινας ἄλλα γράφοντας, ὧν τὰ συγγράμματα τοῖς μὲν ἤδη συναπέθανε, τοῖς δὲ συντεθνήξεται, καθάπερ καὶ τοῦ λέγοντος ἁπάντων εἶναι μητέρα καὶ τιθήνην καὶ ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον τὴν γῆν· αὐτὴν γὰρ καὶ τὸν οὐρανὸν γεννῆσαι, καθάπερ Ἡσίοδός φησι, καὶ τὰ ζῶα τὰ κατ᾽ αὐτήν. καὶ τῶν Ἀρχιγενείων δέ τις, ἀνὴρ οὐ φαυλότατος, ἐπέπειστο μήτ᾽ ἐν

intercidiſſe, praeſertim quoniam nonnulli ne ullum quidem opus conſcripſerunt, quemadmodum Socrates, Pythagoras et ex claris noſtra tempeſtate medicis Quintus. Praeterea magis licet credere multos viros illuſtres, dum viverent, extitiſſe, ipſis autem fato defunctis de dogmatibus opiniones interjiſſe, quum et Plato tot conſcripſit opera: discipuli tamen quaedam ipſius placita non memoriae prodita eſſe dicant praeter ea quae ſcripta videmus. Quemadmodum vero discipulis dogmata non prodita eſſe dicentibus fidem accommodamus, ita etiam Hippocrati extitiſſe nonnullos credimus, qui terram ſolam commune omnium elementum eſſe dicerent, in homine autem bilem aut pituitam. Etenim nunc etiam quosdam novi, qui alia ſcripſerunt, quorum opera partim cum ipſis perierunt, partim peribunt, ſicut ejus, qui terram omnium eſſe matrem, nutricem, principium et elementum affirmat; ipſam namque etiam coelum generaſſe et animantia quae in ea habentur, uti Heſiodus tuetur. Jam vero ex Archigenis ſectatoribus

ταῖς εἰσπνοαῖς εἴσω τοῦ σώματος ἰέναι τὸν ἀέρα μήτ' ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς ἔξω. καὶ ἄλλος τις ἐβούλετο τὸν πρῶτον καὶ στοιχειώδη χυμὸν εἶναι φλέγμα. μὴ τοίνυν ζητήσωμεν ὀνόματα τῶν τὰς ἀλλοκότους δόξας ταύτας πρῶτον ἀποφηναμένων. εἰ γὰρ ὅτι Θαλῆς ἀπεφήνατο στοιχεῖον μόνον εἶναι τὸ ὕδωρ ἐκ συγγράμματος αὐτοῦ δεικνύναι οὐκ ἔχομεν, ἀλλ' ὅμως ἅπασι καὶ τοῦτο πεπίστευται.

κστ'.

Γνοίης δ' ἂν τοῖσδε ὅτι οὐχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτέων ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν ἑωυτέου. ἢν γάρ τινι διδῷς ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὅ τι φλέγμα ἄγει, ἀπεμέεταί σοι φλέγμα· καὶ ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ τι χολὴν ἄγει, ἐμέεταί σοι χολή. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. καὶ ἢν τρώσῃς αὐτέῳ τοῦ σώματος μέρος τι, ὥστε τραῦμα γενέσθαι, ῥυήσεται αὐτέῳ αἷμα. καὶ

aliquis, vir non omnino pessimus, crediderat neque inspiratione aërem in corpus ingredi, neque in exspiratione foras egredi. Item alius quidam primum et elementarem humorem pituitam esse volebat. Ne igitur inquiramus nomina illorum, qui absurdas has opiniones primum ediderint. Etsi enim quod Thales aquam solam esse elementum pronunciavit ex ipsius libris ostendere nequeamus, attamen hoc quoque omnibus persuasum est.

XXVI.

At vero ex his noveris quod non unum haec omnia sint, sed suam quodque ipsorum et facultatem et naturam obtineat. Si enim cuidam homini medicamentum dederis, quod pituitam educat, pituitam tibi evomet; si medicamentum quoque dederis, quod bilem ducat, tibi bilis evometur. Eadem quoque ratione atram bilem purgat medicamentum quod dederis atram bilem ducens. Quod si ipsi aliquam corporis partem sauciaris ita, ut vulnus

ταῦτα ποιήσει πάντα σοι πᾶσαν ἡμέρην τε καὶ νύκτα [καὶ χειμῶνός τε καὶ θέρεος, μέ- (12) χρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν ἐς ἑωυτὸν καὶ πάλιν μεθιέναι, δυνατὸς δὲ ἔσται, ἔστ᾽ ἄν τινος τουτέων στερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων· ξυγγέγονε δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. πῶς γὰρ οὐ ξυγγέγονε; πρῶτον μὲν γὰρ φανερῶς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα αἰεὶ, ἕως ἂν ζῇ, ἔπειτα δὲ γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου ταῦτα πάντα ἔχοντος, ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ ταῦτα πάντα ἔχοντι, ὁκόσα ἔγωγε νῦν φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι.

---

[115] *Ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ ῥήσει δέδεικται πρὸς αὐτοῦ σαφῶς τε ἅμα καὶ ἀληθῶς, ὡς ἔχει ἄνθρωπος ἐν ἑαυτῷ πάντα, χολὰς καὶ φλέγμα καὶ αἷμα· κατὰ δὲ τὴν προκειμένην οὐ τοῦτο μόνον ἐπιδεικνύει, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὐ, καθάπερ ἔνιοί φασιν, ἓν ἐξ αὐτῶν. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι δόξαι τῶν ἕνα λεγόντων εἶναι κατὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι χυμὸν εὐέλεγκτοι· ἡ δὲ τῶν τὸ αἷμα φασκόντων*

fiat, effluet ipfi fanguis. Atque haec tibi totam diem noctemque tum hieme tum aeftate obfervabuntur, quamdiu fpiritum homo ad fe trahere viciffimque reddere valebit. Valebit autem, quoad aliquo eorum quae cognata funt privatus fuerit. Cognata vero funt ea praedicta. Quomodo enim non effent cognata? Primum quidem haec omnia homo, quoad vita fruitur, femper in fe manifefte continet; deinde ex homine natus eft haec omnia habente; poftremo in homine nutritus eft haec continente omnia, quae nunc ego affevero ac demonftro.

Superiore oratione ipfe demonftravit manifefte fimul et vere hominem omnia in fe habere, bilem utramque, pituitam et fanguinem. In praefenti vero non hoc folum oftendit, fed etiam quod fecundum naturam fint, non (ut quidam aiunt) unum ex ipfis. Aliae igitur opiniones eorum, qui unicum humorem in corpore fecundum naturam effe referunt, facile poffunt convinci. At illorum, qui

οὐκ εὐκαταφρόνητος, ἀλλὰ μεγάλου τινὸς ἀγῶνος δεῖται πρὸς τὸ καταβάλλειν αὐτήν. ἐνστήσασθαι δὲ καιρὸς ἤδη τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ πρόσθεν εἰρημένου τῷ ἀνδρὶ ποιησαμένους. λέγει δὲ ὧδέ πως. Ἀξιῶ δ' ἔγωγε τὸν λέγοντα αἷμα μοῦνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην μηδὲ γίγνεσθαι παντοῖον, ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἓν ἐὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γάρ ἐστιν εἶναι μίαν γέ τινα ὥρην, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐφ' ἑωυτῷ ἓν ἐόν. Ἐὰν οὖν τούτῳ τῷ λόγῳ προσθήσῃς τὸ κατὰ τὴν νῦν ἡμῖν προκειμένην ῥῆσιν ἀποδεικνύμενον, ὁλόκληρον ἐργάσῃ τὸ δόγμα τοῦ Ἱπποκράτους· ἀποδείκνυται γὰρ ἐνταῦθα μήτε ὥραν μίαν ἐνὸν εἶναί τινα τοιαύτην μήθ' ἡλικίαν, ἐν ᾗ τὸν ἄνθρωπον ἐπιδείξει τις οὐ μετέχοντα τῶν ἄλλων χυμῶν. ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν καθάρσεων. καὶ γὰρ ἂν δῷς τινι φάρμακον ἤτοι χολὴν ἄγον ἢ φλέγμα, κενούμενον ὄψει τὸ πρὸς αὐτοῦ πεφυκὸς ἕλκεσθαι, ὡς ἐν παντὶ

ſanguinem affirmant, non contemnenda eſt, ſed magnum aliquod certamen, quo ſubvertatur, requirit. Hoc autem aggredi jam tempus eſt, exordio ab eo, quod prius vir dixit, deſumpto. Dicit autem hunc in modum. *Ego vero cenſeo, qui hominem ſanguinem duntaxat et nihil aliud eſſe aſſerit, ut is nec ideam ipſum transmutare nec univerſae mutationi fieri demonſtret obnoxium, aut ſaltem tempeſtatem anni aliquam aut ullam hominis aetatem oſtendat, qua ſanguis unum exiſtens elementum ſolus ineſſe homini appareat. Veriſimile namque eſt tempeſtatem unam quandam eſſe, qua is unum per ſe exiſtens appareat.* Si igitur huic ſermoni adjeceris id, quod in ſententia modo nobis propoſita demonſtratur, integrum Hippocratis dogma efficies, Nam oſtenditur inibi, neque anni tempeſtatem aliquam hujusmodi eſſe neque aetatem, in qua hominem commonſtret aliquis aliorum humorum non eſſe participem: imo etiam per purgationes *liquet.* Si namque dederis alicui medicamentum vel bilem ducens vel pituitam, id vacuari videbis, quod ab eo trahi natum

καιρῷ πάντων περιεχομένων ἐν τῷ σώματι. τούτῳ δὲ ἐνίστανται τῷ λόγῳ τινὲς οὐ συγχωροῦντες ἕλκειν τὸ καθαρτικὸν ἐκ τοῦ σώματος τὸν οἰκεῖον χυμὸν, ἀλλὰ μεταβάλλειν εἰς ἣν αὐτὸ πέφυκεν ἰδέαν. ἀλλ᾽ ὅτι γε ψευδὴς ὁ λόγος αὐτῶν ἐπιδέδεικται μὲν ἡμῖν καθ᾽ ἓν ὑπόμνημα περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως ἐπιγεγραμμένον, εἰρήσθω δὲ καὶ νῦν ἕν τι τῶν ἐν ἐκείνῳ λελεγμένων ἕνεκα παραδείγματος. ἐθεάσασθε γὰρ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων τῆς τέχνης οὐκ ὀλιγάκις ἐλεγχομένους τοὺς μὴ συγχωροῦντας ἕλκεσθαι τὸ κενούμενον ὑπὸ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων, οἷον οἱ ὑδεριῶντες τῷ ἀσκίτῃ καλουμένῳ λαβόντες μὲν ὑδραγωγὸν φάρμακον ἐκκενοῦνται πλῆθος οὐκ ὀλίγον ὑδατώδους ὑγρότητος καὶ προστέλλονται τὸν ὄγκον τῆς γαστρός. εἰ δὲ χολῆς ξανθῆς ἢ μελαίνης ἀγωγὸν αὐτοῖς τις δοίη φάρμακον, ὀλιγοστόν τ᾽ ἐκκενοῖ τὸν χυμὸν, ὅ τ᾽ ὄγκος αὐτοῖς τῆς γαστρὸς οὐ μόνον οὐδὲν ἐλάττων, ἀλλὰ καὶ μείζων γίνεται. τοὐναντίον δὲ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν δι᾽ ἔμφραξιν ἥπατος ἰκτεριώντων ἐθεάσασθε. προεκφραχθέντος γὰρ αὐ-

eſt, ut quum omni tempore omnes in corpore contineantur humores. Huic autem rationi quidam renituntur, qui non concedunt purgans medicamentum familiarem ex corpore humorem attrahere, ſed in formam in quam natum eſt transmutare. Verum quod falſa ſit ipſorum ſententia, commentario uno de facultatibus medicamentorum purgantium inſcripto a nobis demonſtratum eſt. Dicetur autem etiam nunc unum quippiam eorum, quae illic enarrata ſunt, cauſa exempli. Vidiſtis enim in ipſis artis operibus non raro convinci eos, qui id, quod evacuatur, a medicamentis purgantibus trahi non admittunt: utpote hydero aſcite dicto laborantes, medicamento aquam ducente ſumpto, non exiguam aquoſi humoris copiam evacuant tumoremque ventris demittunt. Quod ſi flavae bilis aut nigrae eliciens medicamentum ipſis aliquis propinet, pauciſſimum evacuabit humorem et tumor ventris non modo nihilo minor, ſed etiam major evadet. Contrarium accidere ictero ex jecoris obſtructione laborantibus con-

τοῖς τοῦ σπλάγχνου διὰ τῶν τοῦτο δρᾷν δυναμένων φαρμάκων, ὅταν ἐπιδοθῇ τὸ χολαγωγὸν, ἥ τε κένωσις παμπόλλη γίνεται τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ, παύεταί τε παραχρῆμα τὸ πάθημα. τὸ δὲ τούτοις ἀνάλογον ἴστε κἀπὶ τῶν ὑπὸ φλέγματος ἢ χολῆς μελαίνης ἐνοχλουμένων γινόμενον· καὶ γὰρ κενοῦται πάμπολυς ὁ λυπῶν χυμὸς, οἵ τε κάμνοντες ὀνίνανται μεγάλως. εἰ τοίνυν ἕλκονται μὲν ἐκ τῶν καθαρτικῶν τοιαῦτα, τὰ δὲ φάρμακα κατὰ πᾶσαν ἡλικίαν τε καὶ ὥραν καθαίρει, διὰ παντός εἰσιν οἱ τέτταρες χυμοὶ κατὰ σῶμα τἀνθρώπου. ἐχρῆν γὰρ, καθάπερ ἔμπροσθεν ἐλέχθη, κἂν μίαν γοῦν τινα ὥραν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἢ τῆς ἡλικίας τοῦ ἀνθρώπου φαίνεσθαι μόνον ἔχουσαν τὸ αἷμα, τῆς δόξης ἀληθοῦς ὑποτεθείσης εἶναι τῶν ἀποφηναμένων αἷμα μόνον εἶναι τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, [116] ὅπερ ἐστὶ ταὐτὸν τῷ ἐξ αἵματος μόνου διαπεπλάσθαι πάντ᾽ αὐτοῦ τὰ μόρια τρέφεσθαί τε διὰ παντὸς αἵματι μόνῳ. διττῶς δὲ τοῦ αἵματος λεγομένου, τοῦ μὲν, ὅπερ ἐν ταῖς φλεβοτομίαις καὶ τοῖς τρώμασι κενούμενον φαίνεται, μετέχοντος, ὡς ἐδείκνυμεν,

ſpexiſtis; nam deobſtructo prius ipſis viſcere medicamentis id efficiendi facultate donatis quum bilem ducens exhibitum fuerit, et copioſa redundantis humoris vacuatio fit et affectus ſtatim ceſſat. His ſimile noviſtis etiam in his fieri, qui pituita aut atra bile infeſtantur. Etenim multus qui vexat humor evacuatur et aegroti magnopere juvantur. Si igitur hisce purgantibus talia trahuntur et medicamenta omni aetate et anni tempore purgant, perpetuo quatuor in corpore humano exiſtunt. Oportebat enim, ſicut prius dictum eſt, ſaltem unum aliquod anni tempus aut hominis aetatem, quae ſolum ſanguinem haberet, apparere, ſi opinio eorum, qui ſolum ſanguinem naturam hominis eſſe prodiderunt, vera ſtatuatur: quod idem eſt, ac ſi omnes ipſius partes ex ſolo ſanguine conformentur nutrianturque ſemper ſolo ſanguine. Porro quum biſariam ſanguis dicatur, alter, qui in venae ſectionibus et vulneribus vacuari cernitur, utriusque bilis et pituitae, ut oſtendi, particeps, alter autem purus, ſince-

ἀμφοτέρων τε τῶν χολῶν καὶ τοῦ φλέγματος, ἑτέρου δὲ τοῦ καθαροῦ τε καὶ εἰλικρινοῦς ἀμίκτου τε τῶν ἄλλων χυμῶν, ἐκ μὲν τοῦ κατὰ τὸ πρότερον σημαινόμενον αἵματος ἀληθὲς ἴσως ἐστὶ διαπλάττεσθαι τὸ κυούμενον, ἐκ δὲ τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον οὐκ ἀληθές· οὐδέποτε γὰρ ἐν ταῖς κυούσαις μόνον γίγνεται τοῦτο. διὰ τί δὲ προσέθηκα τῷ λόγῳ τὸ ἴσως, οἶμαι γινώσκειν ὑμᾶς. ἐν γὰρ τοῖς περὶ σπέρματος ὑπομνήμασιν ἐδείχθη τὰ πλεῖστα μόρια τοῦ σώματος ἐκ τοῦ σπέρματος γιγνόμενα, μόνων τῶν σαρκωδῶν ἐξ αἵματος διαπλασσομένων. ἀλλ' ἐπεὶ μὲν τοῦ σπέρματος ὀλίγος ἐστὶν ὁ καταβαλλόμενος εἰς τὰς μήτρας ὄγκος, ἡ τροφὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἡ αὔξησις ἐκ τοῦ αἵματος γίγνεται, διὰ ταῦτ' ἄν τις ὀλίγου δεῖν ἐξ αἵματος φαίη διαπλάττεσθαι τὰ μόρια; καθ' ὅσον δὲ τὸ σπέρμα τὴν γένεσιν ἐξ αἵματος ἔσχε, κατὰ τοῦτο ἄν τις ἐξ αἵματος εἶναι λέγων τὴν γένεσιν τοῦ κυουμένου δόξειεν ἀληθεύειν, ἀλλ' οὐκ ἐξ εἰλικρινοῦς αἵματος ἀμίκτου τῶν ἄλλων χυμῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κατ' ἐπικράτειαν ὠνομασμένου. τοιαύτη μέν τίς ἐστιν ἡ ὅλη διάνοια τῆς

rus neque cum aliis humoribus mixtus, ex eo sanguine secundum prius significatum conceptum efformari verum fortassis est, ex eo autem, qui secundo, falsum. Nunquam enim solus hic in iis, quae uterum gerunt, gignitur. Cur autem adjecerim sermoni *fortassis*, vos non latere arbitror. Nam in commentariis de semine plurimas corporis partes ex semine generari docuimus; solas autem carnosas ex sanguine conformari. Sed quia exigua seminis moles est, quae in uteros conjicitur, nutrimentum vero ipsi et incrementum ex sanguine obvenit, ideo quis partes propemodum universas ex sanguine conformari dixerit? Quatenus autem semen generationem ex sanguine obtinet, eatenus concepti generationem ex sanguine esse si quis dicat, vera fateri videbitur, sed non ex sincero sanguine aliis humoribus non commixto, sed ex eo, qui per excellentiam nominatus est. Hujusmodi sane totus praepositae orationis sensus est. Particularium vero in ea hic erit:

προκειμένης ῥήσεως. τῶν δὲ κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ πρῶτον μὲν ἐπισημήνασθαι προσήκει τὸ κοινὸν οὐ μόνον ἰατρῶν ἔθος, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων ὀνομαζόντων χολὴν ἄνευ προσθήκης, ὅταν τὴν ὠχρὰν ἢ τὴν ξανθὴν δηλῶσαι βουληθῶσιν. ὅτι δὲ ταῦτα ἄμφω ὀνόματα καθ' ἓν εἶδος χυμοῦ λέγεται διαφέροντος ὑγρότητι καὶ ξηρότητι, μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι. τὰς δὲ ἄλλας ἁπάσας χολὰς μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσιν ἰώδη καλοῦντες, ἢ μέλαιναν, ἢ ἐρυθρὰν, ἢ πρασοειδῆ. δεύτερον δ' ἐπὶ τῷδε κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἐπισημήνασθαι προσῆκον· ἔνθα φησί· μέχρις ἂν ἕλκειν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα εἰς ἑωυτὸν καὶ πάλιν μεθιέναι. δῆλον γάρ ἐστι τὴν μὲν εἰσπνοὴν ἑλκόντων τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων τὸν ἔξωθεν ἀέρα βούλεσθαι γιγνομένην, τὴν δ' ἐκπνοὴν μεθιέντων. εἶτα τρίτον, ἔνθα φησίν· ἔστ' ἂν τινος στερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων. βούλεται γὰρ οὐ μόνον ὅταν αἵματος στερηθῇ τὸ ζῶον ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ καὶ φλέγματος, ἢ ξανθῆς, ἢ μελαίνης χολῆς.

---

primum ſignificare convenit communem non ſolum medicorum conſuetudinem, ſed omnium quoque Graecorum, qui bilem ſine adjectione nominant, quum pallidam aut flavam indicare voluerint. Caeterum quod haec utraque nomina de una humoris ſpecie dicantur differentis humiditate et ſiccitate, paulo ante a me expoſitum eſt. Reliquas omnes biles cum appendice nominant aeruginoſam dicentes aut nigram aut rubram aut porraceam. Secundum ad hoc in ſerie propoſita indicare oportet, ubi inquit: *quousque ſpiritum in ſe poſſit attrahere et rurſus emittere.* Conſtat enim inſpirationem velle ipſum fieri inſtrumentis reſpiratoriis externum aërem attrahentibus, expirationem vero emittentibus. Deinde tertium, ubi ait: *quoad aliquo cognatorum privatus fuerit.* Vult enim non ſolum quum ſanguine animal privatum fuerit interire, ſed etiam quum aut pituita aut flava aut nigra bile.

κζ'.

Οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι. ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὰ φάρμακα καὶ ἀπολλυμένους ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι τοὺς μὲν χολὴν ἐμέ- (13) οντας, τοὺς δέ τινας φλέγμα, τοῦτο ἕκαστον αὐτέων ἐνόμισαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅ τι καθαιρόμενον αὐτὸν ἴδον ἀποθανόντα. καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι τὸν ἄνθρωπον τῇ αὐτέῃ γνώμῃ χρέονται· ὁρέοντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τοῦ σώματος τοῦτο νομίζουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ μαρτυρίοισι τουτέοισι πάντες χρέονται ἐν τοῖσι λόγοισιν.

---

[117] Οἱ δὲ λέγοντες, φησὶν, ὡς ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὡς πολλῶν ὄντων τῶν λεγόντων, οὐχ ἑνός. ἐξ ὧν δ' οὖν ἑαυτοὺς ἐπεπείκεισαν οἱ τῶν τεττάρων χυμῶν ἕνα τινὰ νομίσαντες ἱκανὸν εἶναι γεννῆσαι τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐδήλωσεν, ἀπιθάνων μὲν ἡμῖν, ὡς ἔφην, ἐκεί-

XXVII.

Qui vero unum esse hominem asserunt, hanc mihi sententiam tulisse videntur, quod, quum intuerentur eos epotis medicamentis in superpurgationibus interiisse, alios quidem bilem, nonnullos vero pituitam evomentes, horum unumquodque hominem esse existimarunt, quo purgante ipsum intereuntem viderunt. Et qui sanguinem esse hominem asserunt, eadem utuntur ratione. Quum enim homines jugulari et e corpore sanguinem fluere conspiciunt, eum in homine animam esse existimant. Hisque argumentis omnes inter disserendum utuntur.

Qui dicunt, inquit, hominem unum esse, tanquam multi sint id dicentes, non unus. Ex quibus igitur persuasionem hanc sibi induerunt, qui ex quatuor humoribus unum aliquem homini generando sufficere arbitrantur, Hippocrates ipse indicavit: quae nobis quidem absurda, ut dixi,

νοις δὲ δηλονότι πιθανῶν φαινομένων. ἐν γὰρ ταῖς ὑπερκαθάρσεσιν ἄλλος ἄλλον ὑπ' ἄλλου καὶ ἄλλου χυμοῦ τελέως ἐκκενωθέντος ὁρῶντες ἀπολλύμενον ἐκεῖνον μόνον ἐνόμισαν εἶναι τὸν χυμὸν τὴν φύσιν ἀνθρώπου.

κη'.

Καίτοι πρῶτον μὲν ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσιν οὐδείς που ἀπέθανε χολὴν μούνην καθαρθείς· ἀλλ' ὁκόταν πίῃ τις φάρμακον, ὅ τι χολὴν ἄγει, πρῶτον τὴν χολὴν ἐμέει, ἔπειτα δὲ καὶ φλέγμα. ἔπειτα δ' ἐπὶ τῇ χολῇ ἐμέουσι καὶ χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενοι, τελευτῶντες δὲ καὶ αἷμα ἐμέουσι καθαρόν.

Κἀνταῦθα πάλιν σαφῶς ἐδήλωσε τὸ ἔθος τῶν Ἑλλήνων χολὴν μὲν ὀνομαζόντων πολλάκις ἄνευ προσθήκης τὴν ξανθὴν, τὴν μέλαιναν δὲ μετὰ προσθήκης ἀεί. τὸ δ' ἐν ὅλῃ τῇ ῥήσει δηλούμενον σαφές· οὐδένα γάρ φησιν ἀποθα-

illis autem probabilia nimirum apparent. Nam in purgationibus immoderatis quum viderent alius alium ab alio atque alio humore extreme evacuato interire, illum solum humorem hominis naturam esse censuerunt.

XXVIII.

Quanquam primum quidem in immoderatis purgationibus sola evacuata bile nullus unquam mortuus est. Verum epoto medicamento, quod bilem ducat, primum sane aliquis bilem vomet, deinde pituitam, postea quoque praeter bilem atram bilem, idque per vim, sub mortem vero sanguinem etiam purum evomit.

Atque hic rursus clare Graecorum consuetudinem innuit, qui bilem frequenter sine adjuncto flavam, atram vero semper cum adjuncto vocant. Porro quod in tota oratione significatur, manifestum est. Nullum enim mori

νεῖν ἕνα μόνον χυμὸν ἐκκαθαρθέντα, συνεκκενοῦσθαι γὰρ ἀεὶ καὶ τοὺς ἄλλους αὐτῷ.

κθ'.

Τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσι καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων. πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν, ἔπειτα ξανθὴν χολὴν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρὸν, καὶ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσιν.

Μετὰ τὸ κενωθῆναι τὸν οἰκεῖον τῷ καθαρτικῷ φαρμάκῳ χυμὸν ἐφεξῆς αὐτῷ πρῶτος ὁ τῶν ἄλλων εὐαγωγότατος ἕπεται, μετ' ἐκεῖνον δὲ ὁ τὴν δευτέραν ἐν τούτῳ τάξιν ἔχων, κἄπειτα τὸ αἷμα πάντων ὕστατον, ὡς ἂν οἰκειότατος ὢν τῇ φύσει χυμός. ἀσφαλὲς γὰρ φάναι περὶ αὐτοῦ τό γε τοσοῦτο, ὡς εἰ καὶ μὴ μόνος ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' οἰκειότατός γε ἁπάντων τῶν ἄλλων.

---

inquit, cui unus ſolum humor purgatus fuerit, quum alii quoque ſemper cum ipſo evacuentur.

XXIX.

Eadem vero patiuntur et a medicamentis pituitam ducentibus. Primum etenim pituitam vomunt, deinde bilem flavam, tertio atram, intereuntes demum ſanguinem purum, in eoque moriuntur.

Quum humor medicamento purganti familiaris fuerit evacuatus, mox illum conſequitur primus qui ad evacuationem inter alios facillimus eſt: poſt illum qui ſecundum in hoc *genere* ordinem ſortitur: deinde ſanguis omnium poſtremus, ut qui humor ſit naturae familiariſſimus. Tutum namque eſt tantillum de eo dicere, quod, ſi non ſolus eſt natura hominis, certe omnium aliorum familiariſſimus eſt.

λ΄.

Τὸ γὰρ φάρμακον, ὁκόταν εἰσέλθῃ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει ὃ ἂν αὐτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, [118] ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει, ὥσπερ τὰ φυόμενά τε καὶ σπειρόμενα, ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτοῦ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ. ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν καὶ παντοῖον. πρῶτον μὲν οὖν πλεῖστον τουτέου εἵλκυσεν ἐς ἑωυτὸ, ὅ τι ἂν ᾖ ἑωυτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα, ἔπειτα δ᾽ ἕλκει καὶ τὰ ἄλλα. τοιοῦτο δέ τι καὶ τὰ φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι. ὁκόσα γὰρ τὴν χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν ἀκρητεστάτην ἐκάθηρε τὴν χολὴν, ἔπειτα δὲ μεμιγμένην. καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει, ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. καὶ πάλιν τοῖσιν ἀποσφαζομένοισι πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥέει θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον, ἔπειτα δὲ ῥέει φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον.

XXX.

Quum enim medicamentum corpus introierit, primum quidem quodcunque ſibi ex omnibus in corpore exiſtentibus ſecundum naturam familiariſſimum fuerit educit, deinde vero reliqua tum trahit, tum purgat, quemadmodum quae e terra naſcuntur et in eam conſeruntur, ubi terram ſubierint, eorum quodque trahit, quod natura ſibi familiare in terra ineſt. Ineſt autem et acidum et amarum et dulce et ſalſum et cujuscunque generis aliud. Primum itaque ejus plurimum, quod natura ſibi ipſi familiare fuerit, ad ſe allicit, atque deinceps reliqua attrahit. Tale quiddam etiam medicamenta in corpore faciunt. Quaecunque enim bilem educunt, primum meraciſſimam bilem purgant, deinde mixtam: et rurſus medicamenta pituitam cientia primum puriſſimam pituitam educunt, poſtea etiam mixtam. Iugulatis quoque primum quidem ſanguis tum calidiſſimus tum maxime ruber effluit, mox vero magis pituitoſus magisqueললbilioſus profluit.

Σαφὴς ἡ ῥῆσίς ἐστι, γράφοντος αὐτοῦ τὰ μαρτύρια τοῦ προκειμένου λόγου, καθ' ὃν ἔφη τὸ φάρμακον, ὅταν εἰς τὸ σῶμα ἔλθῃ, πρῶτον μὲν τὸν οἰκεῖον ἕλκειν αὐτῷ χυμὸν, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ καὶ περὶ τῶν φυτῶν αὐτοῦ λέγοντος, ἕλκειν καὶ ταῦτα εἰς ἑαυτὰ τὸ κατὰ φύσιν ἕκαστον αὐτῷ, περιέχεσθαι γὰρ ἐν τῇ γῇ καὶ ὀξὺ καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν καὶ παντοῖον, ὥσπερ δηλονότι καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ὀξὺ μὲν τὴν μέλαιναν χολὴν, πικρὸν δὲ τὴν ξανθὴν, γλυκὺ δὲ τὸ αἷμα καὶ ἁλμυρὸν τὸ φλέγμα. καὶ γὰρ τοιοῦτό ἐστί τι φλέγμα, καθάπερ ἄλλο γλυκὺ καὶ ἕτερον ὀξὺ καί τι ἕτερον μηδεμίαν ἔχον ἐπίσημον ποιότητα. διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ κατὰ τέλος τῆς ῥήσεως προσθεῖναι τὸ καὶ παντοῖον, οὐ μόνον ἐν τῷ φλέγματι διαφορὰς ὁρῶν παμπόλλας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους χυμούς. ὥσπερ γὰρ ὀξὺ καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν, οὕτω καὶ στρυφνόν τι καὶ αὐστηρὸν καὶ δριμὺ καὶ λιπαρὸν εἶδός ἐστι χυμῶν ἔν τε τοῖς ζώοις καὶ τοῖς φυτοῖς καὶ δηλονότι καὶ κατὰ τὴν γῆν ἀνάλογον αὐτοῖς.

Perſpicua auctoris eſt ſententia, qui rationis propoſitae teſtimonia ſcribit, qua dicit *medicamentum, ubi in corpus venerit, primum ſane humorem ſibi familiarem attrahere, deinde etiam alios.* At meminiſſe oportet etiam de ſtirpibus ipſum verba facere, nempe quod et harum unaquaeque ſibi naturale et connatum ad ſe attrahunt: contineri enim in terra acidum, dulce, amarum, ſalſum et cujuſvis generis, veluti etiam in homine, acidum quidem atram bilem, amarum vero flavam, dulce ſanguinem, ſalſum pituitam. Etenim talis quaedam eſt pituita, quemadmodum alia dulcis, alia acida, et quaedam alia nullam inſignem obtinens qualitatem. Atque ideo mihi videtur ad orationis finem adjeciſſe *cujuscumque generis aliud*, ut qui non tantum in pituita, ſed in aliis etiam humoribus permultas viderit differentias. Sicut enim acida, dulcis, amara et ſalſa, ita etiam acerba, auſtera, acris et pinguis humorum ſpecies eſt tum in animalibus, tum in ſtirpibus, et nimirum quae in terra ipſis reſpondent.

λα'.

Αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ μὲν φλέγμα τοῦ χειμῶνος. τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ψυχρότατον γάρ ἐστι. τεκμήριον δὲ τουτέου, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον. εἰ ἐθέλεις ψαῦσαι φλέγματος καὶ χολῆς καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐόν· καίτοι γλισχρότατόν ἐστι καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν. ὁκόσα δὲ βίῃ ἄγεται, θερμότερα γίνεται ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης. ἀλλὰ ὅμως καὶ πρὸς ταῦτα πάντα ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος (14) τῆς ἑωυτοῦ. ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος, γνοίης ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε καὶ ἐκμύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος, καὶ τὰ οἰδήματα αὐτοῖς λευκότατα γίνεται μάλιστα κατὰ ταύτην τὴν ὥρην καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα.

[119] *Σαφὴς ἡ ῥῆσίς ἐστι καὶ προσέχοντος δεομένη*

XXXI.

Augetur vero in homine pituita quidem hieme; haec enim hiemis naturae eorum, quae corpori insunt, maxime analoga est, frigidissima namque existit. Hujus autem rei certa sunt indicia pituitam esse frigidissimam. Quod si pituitam et bilem et sanguinem tangere volueris, pituitam frigidissimam esse reperies: quae quamvis sit lentissima, ac vi potissimum secundum atram bilem educatur, (quaecumque vero vi educuntur, ea per violentiam coacta calidiora redduntur) nihilominus tamen supra haec omnia pituita suapte natura frigidissima esse conspicitur. Quod autem hieme corpus pituita repleatur, hisce noveris. Per hiemem homines maxime pituitosa tum expuunt, tum emungunt, oedemata ipsis albissima per eam potissimum tempestatem et caeteri morbi pituitosi oboriuntur.

Clara est oratio, quae lectorem diligentem requirat,

τοῦ ἀναγινώσκοντος, οὐκ ἐξηγητοῦ σαφηνίζοντος αὐτήν. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ γεγραμμένον, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα· κατὰ μὲν οὖν τὴν τοῦ αὐτοῦ γραφὴν ὁ νοῦς ἔσται τῆς λέξεως τοιοῦτος. τὰ οἰδήματα λευκὰ γίγνεται κατὰ τὸν χειμῶνα· καὶ τὰ ἄλλα δὲ νοσήματα φλεγματώδη γίγνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. ἀμέλει καὶ οἱ πυρετοὶ, καθάπερ ἐν θέρει χολωδέστεροι τοὐπίπαν, οὕτως ἐν χειμῶνι φλεγματωδέστεροι.

λβ'.

Τοῦ δὲ ἦρος τὸ φλέγμα ἔτι μένει ἰσχυρὸν ἐν τῷ σώματι καὶ τὸ αἷμα αὔξεται. τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίνεται, τὸ δὲ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται ὑπό τε τῶν ὄμβρων καὶ τῶν θερμημεριῶν. κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέῳ ταῦτ' ἔστι μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. γνοίης δὲ ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν τὸ αἷμα ῥεῖ αὐτέοισι καὶ θερμότατοί εἰσι καὶ ἐρυθρότατοι.

non interpretem, qui ipſam explicet. Quod autem in fine ſcriptum eſt, *caeterique morbi pituitoſi*, hoc modo ex ipſius ſcriptura intelligendum eſt. Oedemata alba hieme potiſſimum oriuntur: item alii pituitoſi morbi hoc tempore infeſtant: denique et febres, ſicut in aeſtate omnino bilioſiores, ſic in hieme pituitoſiores.

XXXII.

At vere adhuc quidem pituita in corpore valida manet, ſed ſanguis augeſcit. Nam et frigora remittunt et imbres ſuccedunt: tuncque ſanguis augetur tum ex imbribus tum ex diebus calidis. Nam ſecundum naturam ipſi haec ex anni tempeſtate potiſſimum inſunt; etenim humidum et calidum eſt. Ex his vero noveris, quod homines vere et aeſtate potiſſimum dyſenteriis corripiantur et ex naribus ſanguis ipſis profluat et calidiſſimi et maxime rubicundi ſint.

Ἔστι μὲν καὶ ἥδε τῆς ῥήσεως ἡ λέξις σαφής. εἴρηται δ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κράσεων ὅτι βέλτιον ἦν τὸ ἔαρ εὔκρατον, οὐχ ὑγρὸν καὶ θερμὸν λέγεσθαι. διά τινά τε τὴν αἰτίαν εἰς τὸ θερμὸν καὶ ὑγρὸν λέγειν αὐτὸ τῶν ἰατρῶν ἔνιοι καὶ τῶν φιλοσόφων ὑπήχθησαν. ὡς ἐν ὥραις μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν ὑγρὸν καὶ θερμὸν ὡς ἐν γένει, τῶν δ᾽ ἐν σώμασι τὰ ζῶα, ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὰ φυτὰ παραβάλλοντες, τὸ δὲ ἔαρ τῷ φθινοπώρῳ, τὸ ἄριστον ἐν ταῖς ὥραις καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, μόνον ἀκριβῶς κατὰ φύσιν τῷ παρὰ φύσιν ἔχοντι· τοῦ δὲ πλεονάζειν αἷμα κατὰ τὸ ἔαρ σὺν τοῖς ἄλλοις γνωρίσμασι καὶ τὸ δυσεντερίας ἔσεσθαι τότε, τὰς αἱματηρὰς δηλονότι λεγομένας, οὐχ ὅσαι διὰ χολὴν ἑλκοῦσι τὰ ἔντερα. λέλεκται δέ μοι περὶ τῆς αἱματηρᾶς ταύτης δυσεντερίας ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν εἰς τὸ περὶ ἄρθρων ὑπομνήματι δεικνύντι τὸ πάθημα τοῦτο, πλήθους αἵματος ὄντος ἐν ταῖς φλεψὶν, εἶτα ἐκκρινούσης ἀθρόως τῆς φύσεως διὰ τῶν ἐντέρων, γίγνεσθαι πολλάκις, ὥσπερ καὶ ταῖς γυναιξὶ διὰ μήτρας. ἔνιοι δὲ διὰ ῥινῶν, ἢ δι᾽

Est sane et hujus sententiae contextus perspicuus. Dictum namque a me est in primo de temperamentis libro satius esse ver temperatum vocari, non humidum et calidum. Suberat vero causa aliqua, ob quam medicorum philosophorumque nonnulli ipsum calidum humidumque dicerent. Sic enim in anni temporibus hoc humidum et calidum esse dicunt, ut in genere eorum quae corpora habent animalia, haec sane cum plantis conferentes, ver autem autumno inter anni tempora optimum et ut ita dixerim solum exacte secundum naturam habens cum eo, quod praeter naturam affectum est. At sanguinem vere redundare quum alia, tum illud indicio est, quod tunc dysenteriae infestent, quae cruentae scilicet dicuntur, non quae ex bile intestina exulcerant. Verum de cruenta hac dysenteria in quarto operis de articulis commentario tractavi, affectum hunc ostendens frequenter copia sanguinis oboriri, qui in venis continetur, deinde quem natura per intestina confertim excernit, sicut et mulieribus per ute-

αἱμοῤῥοΐδων, ἢ ἐμέτων. παρενέθηκε δὲ καὶ τὸ θέρος τῷ ἦρι κατά τε τὸν τῶν δυσεντεριῶν λόγον καὶ τὴν ἐρυθρότητα τῆς χρόας. διὰ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ θερμότητα τὸ γεννηθὲν αἷμα κατὰ τὸ ἔαρ ἐρυθράν τε τὴν χρόαν ἐργάζεται τοῦ παντὸς σώματος, ἐκκρίνεταί τε διὰ τῆς ἕδρας ἐνίοις. θερμοὶ δ᾽ ἁπτομένοις οἱ ἄνθρωποι τηνικαῦτα φαίνονται καὶ διὰ τὸ αἷμα μὲν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ περιέχον.

λγ'.

[120] *Τοῦ δὲ θέρους τό τε αἷμα ἰσχύει ἔτι καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται· ἐναντίον γὰρ αὐτέῳ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν· ἡ δὲ χολὴ τὴν θερίην κατέχει τὸ σῶμα καὶ τὸ φθινόπωρον. γνοίης δὲ ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστερα καθαίρονται. δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι καὶ τοῖσι χρώμασι τοῖσι τῶν ἀνθρώπων. τὸ φλέγμα τῆς θε-*

rum, nonnullis per nares aut haemorrhoidas aut vomitum. Porro aeſtatem adjunxit veri tum dyſenteriae ratione tum ob cutis ruborem. Nam beneficio ſui ipſius caloris generatus vere ſanguis et rubicundam totius corporis cutem efficit et per anum quibusdam excernitur. Caeterum calidi ad tactum tunc apparent homines tum ſanguinis tum etiam ambientis aëris beneficio.

XXXIII.

Aeſtate vero ſanguis adhuc viget et bilis in corpore attollitur et in autumnum protenditur. At autumno modicus quidem ſanguis generatur (contrarius enim ipſius naturae autumnus eſt), bilis autem aeſtate et autumno corpus occupat, quod hisce indiciis noveris, quod hac tempeſtate homines ſua ſponte bilem evomant et medicamentorum potionibus bilioſiora purgentur. Id quoque ex febribus et hominum coloribus patet. At pituita aeſtate ſe ipſa longe imbecillior eſt. Contraria namque

ρίης ἀσθενέστερόν ἐστιν αὐτὸ ἑωυτοῦ· ἐναντίη γὰρ αὐτέου τῇ φύσει ἐστὶν ἡ ὥρη, ξηρή τε γάρ ἐστι καὶ θερμή.

Ἐν τῷ θέρει καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ τοῖς πλείστοις αἷμα πλεονάζει τὸ κατὰ τὸ ἔαρ αὐξηθὲν, ὡς ἂν μηδέπω διαπεφορημένον ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος θερμότητος. αὔξεται δὲ καὶ χολὴ διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἐκθερμαίνεσθαι τὸ σῶμα κατὰ τήνδε τὴν ὥραν. ὠνόμασε δὲ πάλιν ἐνταῦθα χολὴν ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὸ τῆς χρόας ὄνομα τὴν ξανθὴν, οὐδέποτε τὴν μέλαιναν ἁπλῶς ὀνομάζων, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ τοῦ προσθεῖναι τὸ τῆς χρόας ὄνομα. τὰ δὲ κατὰ μέρος ἐν τῇ ῥήσει δῆλα τοῖς γε προσέχουσι τὸν νοῦν.

λδ'.

Τὸ δ' αἷμα τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίγνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φθινόπωρον καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστί.

---

ipſius naturae eſt haec tempeſtas, calida ſiquidem et ſicca eſt.

Aeſtate et praeſertim per ipſius initia plerisque ſanguis abundat vere auctus, ut qui ab ambientis aëris calore nondum ſit diſcuſſus. Augeſcit autem bilis, quod hac anni tempeſtate corpus praeter naturam incaleſcat. Caeterum nominavit hic rurſus bilem citra adjectionem coloris vocabuli *flavam*, nunquam atram ſimpliciter nominans, verum ſemper cum adjectione coloris nominis. Particularia in oratione manifeſta iis ſunt, qui animum adhibent.

XXXIV.

At ſanguis per autumnum pauciſſimus in homine gignitur, ſiccus ſiquidem eſt autumnus et hominem jam refrigerare incipit. Atra autem bilis autumno tum plurima tum vehementiſſima eſt.

Κατὰ μὲν τὴν πρὸ ταύτης ῥῆσιν εἴρηται, ἐν τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίγνεται, ἐναντίον γὰρ αὐτοῦ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν. ἡμεῖς δὲ ὅπως ἐναντίον ἐστὶν ἐδιδάξαμεν. εἴπερ γὰρ τὸ μὲν αἷμα θερμὸν καὶ ὑγρόν ἐστιν ὁμοίως τῷ ἦρι, τὸ δὲ φθινόπωρον, ὡς αὐτὸς ἔφη, ξηρόν τέ ἐστι καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον, εἰκότως ἐναντίον τ' ἐστὶ τὸ φθινόπωρον τῷ ἦρι καὶ τὸν χυμὸν ἔχει τὸν ἐναντίον τῷ αἵματι πλεονάζοντα, τὸν ξηρὸν καὶ ψυχρόν. ἐγένετο δ' εἰκότως τοιοῦτος διὰ τὸ προκατωπτῆσθαι τοὺς χυμοὺς ἐν τῷ θέρει· τὸ δ' ὑπόλειμμα τῶν ὀπτηθέντων, ὅταν δηλονότι σβεσθῇ τὸ θερμὸν, αὐτίκα γίγνεται ψυχρόν τε καὶ ξηρόν· ψυχρὸν μὲν διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ σβέσιν, ξηρὸν δὲ, ὅτι κατὰ τὴν ὄπτησιν ἐξεδαπανήθη πᾶν τὸ ὑγρὸν ἐξ αὐτοῦ.

λε'.

[121] Ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥ τε χολὴ ψυχομένη ὀλίγη γίνεται καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πάλιν ἀπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος καὶ ἀπὸ τῶν νυκτῶν τοῦ μήκεος.

Superiore contextu dictum erat, ſanguinem in autumno paucum generari, ut qui naturam autumno contrariam habeat. Nos autem quomodo contrariam habeat edocuimus. Si enim ſanguis calidus et humidus eſt veri ſimiliter, autumnus autem, ut ipſe dixit, ſiccus eſt et refrigerare jam hominem incipit, merito autumnus veri contrarius eſt et humorem redundantem ſanguini contrarium obtinet, ſiccum et frigidum. Generatus autem eſt talis bona ratione, quod in aeſtate humores prius aduruntur: reliquiae vero aduſtorum humorum, reſtincto ſcilicet calore, ſtatim frigidae ſiccaeque redduntur; frigidae quidem propter calorem extinctum, ſiccae, quod totus ipſius humor, quum aſſaretur, ſit conſumptus.

XXXV.

Quum vero hiems ingruit, bilis refrigescens pauca gignitur et pituita rurſus augetur tum ab imbrium copia, tum a noctium longitudine.

(15) *Τὸν ἐπικρατοῦντα χυμὸν ἐν ἑκάστῃ τῶν τεττάρων ὡρῶν ὅμοιον εἶναι βούλεται κατὰ τὴν κρᾶσιν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ· καὶ διὰ τοῦτο ψυχρὸν μὲν καὶ ὑγρὸν ὀνομάζεται τὸ φλέγμα παραπλησίως τῷ χειμῶνι, θερμὸν δὲ καὶ ὑγρὸν τὸ αἷμα, καθάπερ τὸ ἔαρ. τὴν δὲ ξανθὴν χολὴν, ὥσπερ τὸ θέρος, εἶναί φησι θερμὴν καὶ ξηρὰν, καὶ τὴν μέλαιναν ὁμοίως τῷ φθινοπώρῳ ψυχρὰν καὶ ξηράν. ὅτι μὲν οὖν ἐν αἷς εἶπεν ὥραις ἕκαστος τῶν χυμῶν αὔξεται πρόσθεν ἐπιστώσατο· νυνὶ δὲ τὴν αἰτίαν λέγει, δι᾽ ἣν χειμῶνι πλεονάζον ἐστὶ τὸ φλέγμα. ὑπό τε γὰρ τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος, φησὶ, καὶ τῶν νυκτῶν τοῦ μήκεος, ὅπερ ἐστὶ διὰ τὸ τὴν ὥρην ταύτην ὑπάρχειν ὑγρὰν καὶ ψυχράν. ὑγρὰ μὲν οὖν εἶναι δηλοῦται διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑετῶν, ψυχρὰ δὲ διὰ τὸ μῆκος τῶν νυκτῶν. τῆς γὰρ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος θερμασίας, ἣν ἴσχει κατὰ τὸ θέρος, ὁ ἥλιος αἴτιος, ἐγγύς τε τῶν κατὰ κορυφὴν ἡμῖν ἀφικνούμενος καὶ μακροτέραν τὴν ἡμέραν ποιούμενος. οὕτω δὲ καὶ τῆς ἐν χειμῶνι ψυχρότητος ὁ αὐτὸς αἴτιος λοξὸς καὶ ταπεινὸς ἐν ὀλίγῳ τε χρόνῳ τὴν ὑπὲρ γῆς φορὰν ποιούμενος. ὁ δ᾽ Ἱπποκρά-*

Humorem in fingulis quatuor anni tempeftatibus exuperantem vult ipfi tempeftati fimilem effe temperamento; ideoque pituita quidem frigida et humida nominatur hiemi fimilis, fanguis autem calidus et humidus, ut ver; flavam bilem calidam et ficcam effe dicit, uti aeftatem, et nigram, ficut autumnum, frigidam et ficcam. Quod igitur dixit, quibus anni tempeftatibus finguli humores augentur, antea probavit: nunc vero caufam reddit, cur pituita hieme exuperet. *Ex crebris*, inquit, *pluviis et noctium longitudine*, eo quod haec anni tempeftas humida fit et frigida. Humida quidem effe monftratur pluviarum copia, frigida vero noctium longitudine. Nam caloris, quem aeftate ambiens nos aër obtinet, fol auctor eft, dum prope fupra verticem noftrum emergit et diem longiorem efficit. Ita etiam hieme frigoris idem auctor eft, quum obliquus demiffusque et brevi tempore fupra terram feratur. Hippocrates autem vult animantium corpora pro

τῆς βούλεται συνδιατίθεσθαι τὰ τῶν ζώων σώματα τῇ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καταστάσει, ξηραινόμενα μὲν ἐν ταῖς ξηραῖς αὐτοῦ κράσεσιν, ὑγραινόμενα δ' ἐν ταῖς ὑγραῖς, οὕτως δὲ καὶ θερμαινόμενα ἐν ταῖς θερμαῖς, ψυχόμενα δ' ἐν ταῖς ψυχραῖς. εἴπερ οὖν ὁ χειμὼν ὑγρὸς καὶ ψυχρός ἐστιν, εὐλόγως ἐν αὐτῷ τὸ φλέγμα πλεονεκτεῖ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν ὑπάρχον. ἔδειξε γὰρ καὶ τοῦτο πρόσθεν αὐτός. ὁμολογεῖν δὲ ὁ λόγος αὐτῷ φαίνεται καὶ ταῖς ἄλλαις ὥραις, ἐν μέν γε τῷ θέρει τῆς ξανθῆς χολῆς πλεοναζούσης, ἐπειδὴ ξηρὰ καὶ θερμὴ τὴν δύναμίν ἐστιν, ἐν ἦρι δὲ τοῦ αἵματος, ὑγροῦ καὶ θερμοῦ χυμοῦ, καὶ γὰρ καὶ τὸ ἔαρ ἔφη θερμὸν εἶναι καὶ ὑγρὸν, ἐν φθινοπώρῳ δὲ τῆς μελαίνης χολῆς, ξηρᾶς ὑπαρχούσης ὁμοίως τῇ ὥρᾳ. ἔστι μὲν οὖν τις οὐ σμικρὰ ζήτησις καὶ περὶ τῆς τοῦ ἦρος κράσεως, ὅπως λέγεται θερμὸν καὶ ὑγρόν· ἣν διῆλθον ἐπιδεικνὺς ἄμεινον εἶναι λέγειν εὔκρατον αὐτό καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὸ αἷμα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ἀλλ' εὔκρατον. ἔτι δὲ μείζων ἂν ζήτησις γένοιτο παραλελειμμένη τοῖς ἐξηγησα-

ambientis nos aëris constitutione affici ita, ut siccentur quidem in siccis ipsius temperamentis, humectentur autem in humidis: ita vero ut incalescant in calidis, refrigerentur in frigidis. Si igitur hiems humida et frigida est, bona ratione in ipsa pituita superat, quum sit frigida et humida: id quod etiam prius ipse ostendit. Ratio autem ipsi et aliis anni temporibus consentire videtur. Nam aestate flava bilis praecellit, quoniam sicca et calida facultate est, vere sanguis, humidus calidusque humor, siquidem et ver calidum esse et humidum praedicavit: in autumno autem atra bilis, quae frigida et sicca est, tempori respondens. Proinde non exigua quaestio de veris temperamento oritur, quomodo calidum et humidum dicatur: quam cum tractarem, ostendi melius esse temperatum ipsum dicere. Qua ratione constat et sanguinem non calidum et humidum, sed temperatum appellari. Praeterea major adhuc quaestio erit ab interpretibus libri omissa, nempe de pituita, quae humida quidem et frigida

μένοις τὸ βιβλίον περὶ τοῦ φλέγματος, ὑγροῦ μὲν καὶ ψυχροῦ τὴν σύστασιν ὄντος, ἐν χειμῶσι δὲ γεννωμένου. διὰ τί δὲ ἔφην οὐ σμικρὰν ἔσεσθαι ζήτησιν, ἤδη σοι φράσω. κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης εἶπεν· αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσι τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον, καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολύ. τροφῆς οὖν πλείονος δεῖται. σημεῖον δὲ αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί. καὶ πάλιν θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον. εἴπερ οὖν ἀληθῆ ταῦτά ἐστι γινώσκομέν τε τὸ φλέγμα, ψυχρὸν ὄντα χυμὸν, οὐκ εὔκρατον, ὥσπερ τὸ αἷμα, πῶς ἐν χειμῶνι γενήσεται πλεῖον; [122] ἐχρῆν γὰρ ἐκ τῆς καλῶς πεφθείσης τροφῆς αἷμα γεννᾶσθαι μᾶλλον, οὐ φλέγμα. τίς οὖν ἡ λύσις τῆς ἀπορίας; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, θερμόταται μὲν αἱ κοιλίαι χειμῶνός εἰσι τῷ κατὰ φύσιν θερμῷ, τουτέστιν εὐκρατότατοι. τὰ δὲ μόρια τοῦ σώματος ψύχεται μᾶλλον ἐν χειμῶνι· τισὶ δὲ καὶ ἡ γαστὴρ αὐτὴ δι' ὁδοιπορίαν, ἢ ἔνδειαν ἀμφιεσμά-

conſiſtentia eſt, ſed in hieme generatur. Cur autem dixerim non exiguam fore quaeſtionem, jam tibi aperiam. Hippocrates ipſe in Aphoriſmis inquit: *ventres hieme et vere natura calidiſſimi ſunt et ſomni longiſſimi: itaque per ea tempora cibi liberalius dari debent. Caloris enim nativi copia magna ineſt, ut cibus proinde plenior requiratur. Argumento aetates ſunt et athletae. Et iterum aeſtate et autumno cibos difficillime ferunt, hieme facillime, mox vere.* Si igitur haec ſunt vera et pituitam frigidum humorem, non temperatum novimus, quemadmodum ſanguinem, quomodo in hieme copioſior generabitur? Conveniebat enim ex alimento probe concocto ſanguinem potius generari quam pituitam. Quae igitur dubitationis ſolutio? Meo quidem judicio ventres hieme calidiſſimi ſunt naturali calore, hoc eſt temperatiſſimi: partes autem corporis refrigerantur magis in hieme: quibusdam et venter ipſe ex itinere aut veſtium penuria aut ſtudiorum

των, ἢ ἐπιτηδευμάτων ἰδέαν, ἢ τοιοῦτό τι. καταδύεται γοῦν ἅπασα μὲν ἡ τοῦ περιέχοντος ψύξις ἕως πλείστου· τισὶ δὲ καὶ μέχρι τῶν κατὰ τὴν γαστέρα χωρίων, ὡς εἴρηται· ὥστε, κἂν πεφθῇ καλῶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τὰ ληφθέντα σιτία, κατά γε τὴν ἐν ἥπατι μεταβολὴν οὐκ ἀκριβῆ τὸν τῆς αἱματώσεως λαμβάνει κόσμον, ἀλλ' ἀποτυγχάνεταί τι κατ' αὐτήν. ἔτι δὲ μᾶλλον αἱ καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλέβες οὐχ ὁμοίως αὐτὸ μεταβάλλουσιν ἐψυγμέναι. προσέρχεται δὲ τούτῳ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων ὧν προσφέρονται χειμῶνος ἅμα ταῖς ποιότησι φλεγματικωτέραις οὔσαις. χέδροπα γὰρ ἐσθίουσιν ἐν χειμῶνι πολλὰ ἄρτον τε πολὺ πλέον ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ὥρας, σεμίδαλίν τε καὶ ῥυήματα καὶ λάχανα, γογγυλίδας τε καὶ κρέα πολλὰ, τινὰ μὲν ἄντικρυς φλεγματώδη, καθάπερ τὰ προβάτεια, τινὰ δὲ, εἰ μὴ καλῶς κατεργασθείη, καθάπερ τὰ τῶν ὑῶν καὶ μάλιστα τῶν χοίρων, καὶ βολβοὺς δὲ καὶ κοχλίας καὶ τυρὸν ἄλλα τέ τινα τοιαῦτα πολλὰ δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος ἐσθίουσιν ἑτοίμως φλεγματούμενα. καὶ μέντοι καὶ πίνουσι πλεῖστοι τὸν νέον οἶνον, ἐπιτήδειον ὄντα καὶ αὐτὸν εἰς φλέγματος

genere aut hujusmodi aliquo. Penetrat igitur univerſum ambientis aëris frigus in corpus quam penitiſſime, quibusdam etiam usque ad ventris regiones, ut expoſitum eſt. Quare licet in ventriculo cibi aſſumpti probe concocti ſint, certe in jecinore dum mutantur, non abſolutum ſanguinis facti ornamentum recipiunt, ſed aliqua ipſius parte fruſtrantur. Praeterea multo minus totius corporis venae ipſum transmutant refrigeratae. Accedit huc etiam copia ciborum, qui hieme offeruntur, qualitatibus ſimul pituitoſiores. Nam legumina hieme multa comedunt panisque multo amplius quam in aliis anni temporibus, ſimilaginem, placentas ſeu liba, olera, rapas ſativas carnesque multas, quasdam ex iis manifeſto pituitoſas, ſicut ovillas, quasdam, niſi probe conficiantur, uti porcorum et praeſertim aprorum. Item bulbis, cochleis, caſeo aliisque hoc genus multis per totam hiemem veſcuntur, quae facile in pituitam transeunt. Quin etiam bibunt complures vinum

γένεσιν, ὥστε καὶ διὰ ταῦτα φλέγμα πλεονάζει κατὰ τὸν χειμῶνα.

λστ'.

Ἔχει μὲν οὖν ταῦτα πάντα ἀΐδια τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου. ὑπὸ δὲ τῆς ὥρης περιϊσταμένης ποτὲ μὲν πλείω γίγνεται σφοῖν αὐτὰ ἑωυτέων, ποτὲ δὲ ἐλάσσω, ἕκαστα κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν.

Ἅπαντα, φησὶν, ἔχει τὰ εἰρημένα, τουτέστι τοὺς τέσσαρας χυμοὺς, τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου διὰ παντὸς τοῦ βίου· τοῦτο γὰρ αὐτῷ σημαίνει τὸ ἀΐδια· πλείω δὲ γίγνεται καὶ ἐλάττω ταῦτα κατὰ τὰς τῶν ὡρῶν μεταβολάς. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς ὥρης περιϊσταμένης ταὐτὸ δηλοῖ τῷ μεθισταμένης, ὅπερ ἐστὶ μεταβαλλούσης τε καὶ καθισταμένης εἰς ἑτέραν τινὰ τὴν ἐχομένην αὐτῆς. πλείω δὲ καὶ ἐλάττω ταῦτα γίγνεσθαί φησι κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν. ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τὸ κατὰ μέρος ἐπὶ τῶν τοῦ σώματος εἰρῆσθαι

recens, quod et ipſum pituitae generandae idoneum eſt. Quare his de cauſis pituita hieme redundat.

XXXVI.

Haec igitur omnia perpetua hominis habet corpus, verum prout conſtituitur obſidens anni tempeſtas, interdum quidem ipſa tum ex parte tum ex natura ſe ipſis ſingula ampliora, interdum vero parciora redduntur.

Omnia, inquit, commemorata, hoc eſt, quatuor humores corpus humanum toto vitae curriculo continet: id enim ſignificat ipſi *perpetua.* Augeſcunt autem imminuunturque haec, prout anni tempora mutantur. Nam *prout conſtituitur anni tempeſtas* idem ſignificat ac transmutatur, hoc eſt, transfertur et migrat in alterum quem ipſa induit ſtatum. Porro quod augeſcere haec et imminui ſecundum partem et ſecundum naturam dicit, nonnulli quidem *ſecundum partem* intelligunt de corporis partibus eſſe

μορίων, ἔνιοι δὲ τὸ ἐναντίον τῷ κατὰ φύσιν, ἵν' ὁ λόγος ᾖ τοιοῦτος· τοὺς εἰρημένους τέτταρας χυμοὺς ἔχει μὲν ἀεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, πλείους δὲ καὶ ἐλάττους κατά τε τὰ μέρη τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ κατὰ τὴν φύσιν. ὅπερ, ἂν ἐξαλλάξας τις τὴν λέξιν εἴπῃ, τὴν διάνοιαν ἕξει χρησίμην τε καὶ ἀληθῆ. τὸ γὰρ πλῆθος τῶν χυμῶν ὑπαλλάττεται κατά τε τὰς ὥρας κατὰ φύσιν διοικουμένου τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ κατὰ τὰ μέρη τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ· κἂν μὴ κατὰ φύσιν διοικῆται, διαφορὰ κατὰ τὴν ποσότητα γίγνεται τῶν χυμῶν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κατὰ τῶν ὡρῶν ἀκοῦσαι τὰ μέρη.

λζ'.

[123] *Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶς πάντων καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν. οὐδὲ γὰρ ἂν μείνειε τουτέων οὐδὲν οὐδένα χρόνον ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' εἰ ἕν τι ἐκλίποι, πάντα ἂν ἀφανισθείη. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτέης ἀνάγκης πάντα ξυνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ἀπ' ἀλλήλων.*

dictum, nonnulli vero ei quod ſecundum naturam dixit contrarium, ut oratio ſit talis. Quatuor humores memoratos humanum corpus ſemper obtinet, copioſiores autem et pauciores pro anni partibus et pro natura. Quod ſi mutata oratione quis dicat, ſenſum habebit tum utilem tum verum. Nam humorum copia ſecundum anni tempora variat, ſi annus ſecundum naturam diſpenſetur, et ſecundum totius anni partes, etiamſi non ſecundum naturam gubernetur, humores quantitate differunt. Poſſunt etiam de anni temporibus partes intelligi.

XXXVII.

Ut enim univerſus annus omnium quidem et calidorum et frigidorum et ſiccorum et humidorum eſt particeps: neque enim eorum quicquam ne minimo quidem tempore ſine omnibus, quae hoc in mundo exiſtunt, conſiſteret, imo, ſi unum quidpiam deſit, omnia aboleantur. Nam eadem neceſſitate omnia et conſtituta ſunt et ab invicem aluntur.

(16) Τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν οὐ τὸ κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ὀνομαζόμενόν τε καὶ νοούμενον, ἀλλὰ τὸ στοιχειῶδες λέγων καὶ κατὰ τὴν προκειμένην λέξιν ἐδήλωσε τὸν ἐνιαυτὸν εἰπὼν ἅπαντα πάντων μετέχειν. οὐ γὰρ τῶν κατ᾽ ἐπικράτειαν ἁπάντων ἅπας ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει, ἀλλὰ τῶν στοιχειωδῶν, ὅλος μὲν χειμὼν ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, τὸ δὲ θέρος τῶν ἐναντίων, ξηροῦ τε καὶ θερμοῦ, ὁ δὲ φθινόπωρος ψυχροῦ τε καὶ ξηροῦ. ἔτι δὲ σαφέστερον ἐδήλωσε τοῦτο κἀν τῷ φάναι διαφθαρήσεσθαι καὶ τὰ ἄλλα φθάσαντος ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ἀπολέσθαι, τῶν μὲν γὰρ στοιχείων ἑνὸς ἀπολλυμένου διαφθαρήσεσθαι τὸ ἐξ αὐτῶν συγκείμενον ἀληθὲς φάναι, τῶν δὲ κατ᾽ ἐπικράτειαν οὐκ ἀληθές. αὐτὸ γὰρ τοὐναντίον ἀληθές ἐστιν, ὅταν ἀπόληταί τι τῶν κατ᾽ ἐπικράτειαν λεγομένων; σώζεσθαι τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ. θέρους μὲν γὰρ οὐκ ὄντος ὁ χειμών ἐστι, χειμῶνος δὲ τὸ θέρος, καὶ τοῦ μὲν ἦρος τὸ φθινόπωρον, τοῦ δὲ φθινοπώρου τὸ ἔαρ. εἰ δὲ τελέως ἀπόλλυται τὸ θερμὸν στοιχεῖον, παγήσεται μὲν τὸ ὑγρὸν, ὅτι μηκέτι θερμὸν

Calidum, frigidum, ficcum et humidum non quod per exuperantiam nominatur confideraturque, fed elementarium intelligens etiam in propofita oratione indicavit, ubi inquit, annum univerfum omnium effe participem. Non enim eorum omnium, quae per excellentiam dicuntur, univerfus annus compos eft, fed elementarium: tota quidem hiems humidi et frigidi, aeftas contrariorum, ficci et calidi, autumnus frigidi et ficci. Praeterea manifeftius hoc innuit, quum diceret interitura etiam alia, fi unum ex ipfis interierit. Etenim quum unum ex elementis perit, id quod ex ipfis compofitum eft corruptum iri vera eft oratio: quum ex his, quae per excellentiam nominantur, falfa. Quippe contrarium ipfum verum eft: quum aliquid ex illis perit, quae ex dominio appellationem fortiuntur, oppofitum ipfi confervari. Quum enim aeftas non eft, hiems eft; quum hiems non eft, aeftas eft; quum ver abeft, autumnus eft; quum autumnus non eft, ver eft. At fi omnino calidum elementum perierit, humidum qui-

ὑπάρχει, ἀπολεῖται δὲ παντάπασιν ὁ ἥλιος, οὐδὲν δὲ οὔτε φυτὸν οὔτε ζῶον ὑπολειφθήσεται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, εἰ τὸ ψυχρὸν ἀπόλοιτο στοιχεῖον, ἅπαντα πῦρ ἔσται, καὶ εἰ τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται πάντα, καὶ οὕτω διαφθαρήσεται τὰ κατὰ τὸν κόσμον ἅπαντα γεννητὰ σώματα. διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἐξ ἀλλήλων ἔφη τρέφεσθαι τὰ κατ᾽ αὐτὸν σώματα στοιχειώδη. τὸ μὲν γὰρ ἀκριβὲς στοιχεῖον ἐπινοεῖται μᾶλλον ἢ ὑπάρχει. τὸ δ᾽ ὀλίγου δεῖν ἐκείνῳ ταὐτὸ ἕν τι τῶν ὑπαρχόντων ἐστίν. ἐὰν γοῦν ἀκριβῶς ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν ἐπινοήσῃς γιγνόμενον τὸ ὕδωρ, οὐδὲ ὕδωρ ἔτι φυλαχθήσεται· παγήσεται γὰρ αὐτίκα καὶ στήσεται καὶ ῥέον παύσεται. κἂν τὴν γῆν ὡσαύτως νοήσῃς ἀκριβῶς ξηρὰν καὶ ψυχρὰν, σκληρότερον ἀδάμαντος ἔσται τὸ τοιοῦτο σῶμα. καὶ μὴν εἰ τοιαύτη γένοιτο, τῶν φυτῶν ἡ γένεσις παύσεται· παυσαμένης δ᾽ αὐτῆς καὶ ἡ τῶν ζώων διαφθαρήσεται τροφὴ, καὶ εἴπερ αὐτὴ, δηλονότι καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα. κατ᾽ ἐπικράτειαν οὖν νοουμένου στοιχείου τοῦ ξηροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ

dem concrefcet, quoniam non amplius calidum eft. Sin autem fol omnino interit, nulla planta neque animal relinquetur. Eadem ratione, fi frigidum elementum pereat, omnia ignis erunt, et fi ficcum, aqua erunt omnia, atque fic univerfa in mundo generata corpora corrumpentur. Idcirco dixit elementaria in ipfo corpora ex fe invicem nutriri: nam exactum elementum intelligitur magis quam fit. Quod vero cum illo propemodum idem eft, unum aliquod eft ex eorum numero, quae fubfiftunt. Si igitur abfolute humidam frigidamque aquam fieri cogites, non aqua adhuc fervabitur: quippe ftatim concrefcet, fubfiftet et fluere ceffabit. Item fi terram fimili modo ad amuffim ficcam frigidamque confideraveris, durius adamante tale corpus erit. Atque fi ejusmodi evaferit, ftirpium generatio definet. Ubi autem haec defierit, etiam animalium nutrimentum abolebitur, et fi hoc, nimirum ipfa etiam animantia. Quum igitur elementum per excellentiam intelligitur ficcum et frigidum et terra quae in mundo eft, ficcum effe et frigidum corpus dicitur et aqua humidum.

ἡ ἐν τῷ κόσμῳ γῆ λέγεται ξηρὸν εἶναι καὶ ψυχρὸν σῶμα καὶ τὸ ὕδωρ ὑγρόν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ μετέχει τινὸς ἀερώδους οὐσίας, ὥσπερ καὶ καπνώδους, καὶ μέντοι καὶ προφανῶς ὑγρότητος εἰς θρέψιν δεῖται, καθάπερ αἱ κατὰ τοὺς λύχνους φλόγες δηλοῦσι. τὰ τοῦ κόσμου οὖν στοιχεῖα τὴν τροφὴν ἐξ ἀλλήλων ἔχοντά ἐστι καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Πλάτων εἶπεν· αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ καὶ φθίσιν παρέχον καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτοῦ καὶ πάσχον καὶ δρῶν ἐκ τέχνης γέγονεν.

λη'.

[124] *Οὕτω δὲ καὶ εἴ τι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλίποι τουτέων τῶν συγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος.*

Συγγεγονότα κέκληκε τὸ αἷμα καὶ τὸ φλέγμα καὶ τὰς χολὰς, ἐπειδὴ τὴν πρώτην διάπλασιν ἔσχε τὸ κυούμενον ἐκ τοῦ τῆς μητρὸς αἵματος, ἁπάντων μετέχοντος, αὔξησίν τε καὶ τροφὴν ὁμοίως. ἐὰν μὲν οὖν ἀπόλλυται παντάπασιν ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ἤτοι τὸ ὑγρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ

Verum ignis ipſe cujusdam aëriae etiam ſubſtantiae, ſicut et fumoſae particeps eſt, quin et humiditatis ad nutritionem manifeſto indiget, ſicuti in lucernis flammae oſtendunt. Quapropter mundi elementa alimentum ex ſe mutuo obtinent, atque ideo Plato quoque dixit: idem enim ut ſibi alimentum ſuum et corruptionem exhibeat ac omnia in ſe et a ſe tum patiatur tum agat artificioſe fabricatum eſt.

XXXVIII.

Ita etiam ſi quid ex his quae in homine ſunt connata defecerit, is utique vivere nequeat.

Cognata vocavit ſanguinem, pituitam et utramque bilem, quandoquidem primam conformationem habuit conceptum ex materno ſanguine omnium participe, item incrementum alimentumque ſimiliter. Si igitur omnino ex corpore noſtro vel humidum vel ſiccum vel calidum vel

θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, αὐτίκα οἱ χυμοὶ διαφθαρήσονται, κατ᾽ ἐπικράτησιν, οὐκ εἰλικρινῶς οὐδ᾽ ἀκριβῶς ὄντες ὑγροὶ καὶ ξηροὶ καὶ θερμοὶ καὶ ψυχροί. τὸ γοῦν φλέγμα ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν εἶναι λέγομεν, οὐχ ὡς μὴ μετέχον τῶν ἐναντίων, ἀλλ᾽ ὡς ἐπικρατούμενον ὑπὸ τούτων. καὶ εἴ γε ψυχρὸν ἀκριβῶς ἦν μόνον, ὡς κρύσταλλος ἂν ἐπεπήγει, καθάπερ γε καὶ εἰ ἀκριβῶς ὑγρὸν ἦν, οὐκ ἂν εἶχε πάχος οὐδὲ γλισχρότητα. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ κἀπὶ τῶν χολῶν· ἥ τε γὰρ ξανθὴ ξηρὰ ἥ τε μέλαινα ξηρὰ καὶ γεώδης εἶναι λέγεται, μετέχουσα δηλονότι καὶ ὑγρότητος, ἢ οὐκ ἂν ἦν χυμὸς, ἀλλὰ καὶ στερεὸν σῶμα, ὡς ὁ ἀδάμας. οὕτω δὲ καὶ ψυχρὰ λέγεται, διότι πλέον ἐν αὐτῇ ψυχρότητός ἐστιν, ἢ θερμότητος. εἰ γοῦν ἀκριβῶς ἦν ψυχρὰ, κρυστάλλου ἂν δίκην ἐπεπήγει. καὶ τί δεῖ περὶ τούτων λέγειν; αὐτὸ γὰρ τὸ αἷμα τὸ δοκοῦν εὐκρατότατον λέγεται τοιοῦτο, ὅτι μηδὲν ἐπικρατεῖ μεγάλως ἐν αὐτῷ τῶν ἐναντίων ἀλλήλοις, μήτε τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, μήτε τὸ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ, μήτε τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, μήτε τὸ ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ. ἐπεὶ τοίνυν

frigidum interit, ſtatim humores corrumpentur, qui per exuperantiam, non ſincere neque abſolute ſunt humidi, ſicci, calidi et frigidi. Nam pituitam humidam et frigidam eſſe dicimus, non ceu contrariorum expertem, ſed veluti ab his ſuperatam. Et ſi frigida abſolute eſſet ſolum, glaciei modo concreſceret: ſicut etiam, ſi humida ad amuſſim eſſet, non haberet craſſitiem neque lentorem. Eadem ratione dicitur et de utraque bile: nam flava ſicca, nigra ſicca et terrea eſſe dicitur, humiditatis etiam nimirum particeps: alioqui non eſſet humor, ſed ſolidum corpus, ut adamas. Sic autem et frigida dicitur, quod plus in ea frigoris ſit quam caloris: nam ſi abſolute eſſet frigida, glaciei inſtar concreſceret. Sed quid opus eſt de iis verba facere? Ipſe namque ſanguis, qui videtur temperatiſſimus, talis dicitur, quod nihil in ipſo contrariorum inter ſe admodum praepolleat, neque calidum frigido, neque frigidum calido, neque humidum ſicco, neque ſiccum humido. Quoniam igitur et ſanguis ipſe quatuor indiget

δεῖται καὶ τὸ αἷμα αὐτὸ τῶν τεττάρων ποιοτήτων, ὑγρότητος καὶ ξηρότητος καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, εὔδηλον ὅτι καὶ τῆς τῶν ἄλλων χυμῶν δεήσεται μίξεως. καὶ διὰ τοῦτο τὸ εὐκρατότατον αἷμα μεθέξει τι καὶ φλέγματος καὶ χολῆς ξανθῆς καὶ μελαίνης. ἔστι δὲ καὶ ἕτερός τις λόγος φυσικὸς, οὐ σμικρὰν ἔχων πιθανότητα, καθ' ὃν εἰς ἠθῶν ἐπιτηδείων γένεσιν οἱ τέτταρες ἀποδείκνυνται χυμοὶ χρήσιμοι. προαποδεῖξαι δὲ χρὴ πάλιν ἐν αὐτῷ ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἑπόμενα τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη, περὶ οὗ καὶ ἡμῖν ἑτέρωθι γέγραπται. τούτου τοίνυν ὑποκειμένου τὸ μὲν ὀξὺ καὶ συνετὸν ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τὸν χολώδη χυμὸν ἔσται, τὸ δ' ἑδραῖον καὶ βέβαιον διὰ τὸν μελαγχολικὸν, τὸ δ' ἁπλοῦν καὶ ἠλιθιώτερον διὰ τὸ αἷμα. τοῦ δὲ φλέγματος ἡ φύσις εἰς μὲν ἠθοποιΐαν ἄχρηστος, ἀναγκαίαν δὲ φαίνεται τὴν γένεσιν ἔχειν ἐν τῇ πρώτῃ μεταβολῇ τῶν σιτίων.

λθ'.

Ἰσχύει δὲ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ποτὲ μὲν ὁ χειμὼν μάλιστα, ποτὲ

qualitatibus, humiditate, ſiccitate, calore et frigore, conſtat aliorum quoque humorum mixtionem ipſum requirere; atque ob id temperatiſſimus ſanguis particeps erit et pituitae et bilis flavae et atrae. Jam vero eſt alia quaedam ratio naturalis non parvam habens probabilitatem, qua humores quatuor ad morum idoneorum generationem utiles demonſtrantur. Verum prius demonſtraſſe in ipſa rurſum oportet animi mores corporis temperaturam ſequi, de quo a nobis etiam alibi ſcriptum eſt. Itaque hoc ſtatuto acumen animi et ſolertia ex bilioſo humore proſiciscetur; conſtantia vero et ſtabilitas ex melancholico, ſimplicitas autem et ſtoliditas, ex ſanguine: pituitae vero natura ad mores formandos inutilis. Neceſſariam vero in prima ciborum mutatione generationem habere videtur.

XXXIX.

Ut autem in anno modo hiems maxime, interdum ver, in-

δὲ τὸ ἔαρ, ποτὲ δὲ τὸ θέρος, ποτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ποτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, ποτὲ δὲ τὸ αἷμα, ποτὲ δὲ χολὴ, πρῶτον μὲν ἡ ξανθὴ, ἔπειτα δὲ ἡ μέλαινα καλεομένη.

Σαφὴς ἡ ῥῆσίς ἐστιν ἐπιδεικνύναι πειρωμένου τἀνδρὸς, ὥσπερ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ποτὲ μὲν ὑγρὸν καὶ τὸ ψυ-
[125] χρὸν ἐπικρατεῖ καὶ καλεῖται χειμὼν ἡ τοιαύτη τοῦ ἔτους ὥρα, ποτὲ δὲ τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἡνίκα τὸ ἔαρ ἐστὶ, ποτὲ δὲ τὸ ξηρὸν καὶ θερμὸν, ὅπερ ὀνομάζεται θέρος. ὕστατον δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐν τῷ φθινοπώρῳ· οὕτω καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐπικρατεῖ φλέγμα μὲν ἐν χειμῶνι, ψυχρὸς καὶ ὑγρὸς χυμός· αἷμα δὲ ἐν ἦρι, θερμὸς καὶ ὑγρὸς χυμός. καὶ χολὴ ξανθὴ μὲν ἐν τῷ θέρει, ξηρὰ καὶ θερμὴ τὴν δύναμιν οὖσα, μέλαινα δ᾽ ἐν τῷ φθινοπώρῳ ξηρὰ καὶ ψυχρὰ, καθάπερ καὶ αὐτὸ τὸ φθινόπωρον.

---

terdum aeſtas, nonnunquam autumnus viget, ſic quoque in homine modo quidem pituita invaleſcit, modo ſanguis, interdum etiam bilis, primum quidem flava, deinde quae atra vocatur.

Clara eſt viri ſententia, qui oſtendere nititur, quemadmodum in anno alias humidum et frigidum praepollet, vocaturque tale anni tempus hiems, alias humidum et calidum, quando ver eſt, alias ſiccum et calidum, quae aeſtas nominatur; poſtremo ad haec ſiccum et frigidum in autumno; ſic et in homine praevalet pituita quidem hieme, humor frigidus et humidus: ſanguis in vere calidus et humidus; flava bilis aeſtate, ſicca et calida facultate praedita; nigra in autumno, ſicca et frigida, quemadmodum et ipſe autumnus exiſtit.

μ'.

Μαρτύριον δὲ σαφέστατον, εἰ ἐθέλεις δοῦναι τῷ αὐτέῳ ἀνθρώπῳ τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέεταί σοι τοῦ μὲν χειμῶνος φλεγματωδέστατα, τοῦ δὲ ἦρος ὑγρότατα, τοῦ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τοῦ δὲ φθινοπώρου μελάντατα.

---

(17) *Μαρτύριον δὲ σαφέστατον εἶναί φησι τοῦ προειρημένου λόγου, καθ' ὃν ἐπικρατεῖν ἐν ἑκάστῃ τῶν ὡρῶν ἕνα τινὰ τῶν χυμῶν εἰρήκει, τὸ δοθέντος ἐμετικοῦ φαρμάκου αὐτῷ τετράκις ἐν μὲν τῷ χειμῶνι φλεγματωδέστερον εἶναι τὸν ἔμετον, ὑγρότερον δὲ ἐν ἦρι, καὶ χολωδέστερον μὲν ἐν τῷ θέρει, μελάντερον δὲ ἐν τῷ φθινοπώρῳ.*

μα'.

Ὀφείλει οὖν τουτέων οὕτως ἐχόντων, ὁκόσα μὲν τῶν νουσημάτων τοῦ χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν, ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν, ὁκόσα μὴ αὐτέων ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται. τὴν δὲ περίοδον αὖθις

XL.

Cujus rei evidentiſſimum eſt teſtimonium, quod ſi eidem homini idem medicamentum quater in anno exhibere voles, hieme quidem maxime pituitoſa tibi evomet, vere autem valde humida, aeſtate admodum bilioſa et autumno nigerrima.

Teſtimonium praedicti ſermonis manifeſtiſſimum eſſe dicit, in quo ſingulos humores ſingulis anni temporibus dominari docuerat, nempe quod vomitus, ſi medicamentum quater in anno quod illum citet propinetur, hieme ſit pituitoſior, vere humidior; aeſtate bilioſior et autumno nigrior.

XLI.

Quum igitur haec ita ſe habeant, quicunque morbi hieme augeſcunt, eos aeſtate deſinere neceſſe eſt, et qui aeſtate increſcunt, eos hieme ceſſare, niſi certo dierum circuitu ſolvantur; dierum autem circuitum quis ſit *alias ſum*

φράσω τὴν τῶν ἡμερέων. ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νουσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπάλλαξιν ἔσεσθαι αὐτέων. ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νουσήματα, τουτέων τοῦ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι. ὅ τι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νούσημα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον.

Ἡ ἀρχὴ τῆς ῥήσεως διττὴν ἔχει γραφήν. ἐνίων μὲν ὀφείλει, ἐνίων δὲ γραφόντων φιλεῖ γοῦν τουτέων οὕτως ἐχόντων, ἐν ἴσῳ τῷ προσήκει. χρῶνται γὰρ ἐνίοτε τῇ φωνῇ ταύτῃ κἀπὶ τοῦ προσήκει. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα. βούλεται γὰρ αὐτὸς ὅσα χρονίζει νοσήματα καὶ μὴ κατὰ περιόδους ἡμερῶν, ἀλλὰ μηνῶν γίνεται, λύεσθαι ταῦτα κατὰ τὴν ἐναντίαν ὥραν ᾗ συνέστη, τουτέστιν ἑβδόμῳ μηνί. μὴ λυθέντων δ' αὐτῶν, οὕτως ἐνιαύσιον γίγνεσθαί φησι τὸ νόσημα. τὸ δ' ἐνιαύσιον ὄνομα δύναται μὲν δηλοῦν καὶ τὸν μετὰ ἐνιαυτὸν τῆς πρώτης ἑαυτοῦ γενέσεως λυόμενον. δύναται δὲ καὶ τὸ κατὰ περίοδον ἐνιαυτῶν ἑπτὰ,

explicaturus. Quicunque autem morbi vere fiunt, eorum futurum difceffum autumno expectare oportet: qui vero autumnales morbi funt, eorum difceffum vere fieri neceffe eft. At qui morbus eas anni tempeftates fuperarit, hunc annuum fore fciendum eft.

Initium fententiae duplicem habet fcripturam. Nonnulli legunt ὀφείλει (convenit); nonnulli φιλεῖ, quod idem valet ac par eft, feu convenit. Utuntur enim nonnunquam voce hac pro convenit. Reliqua perfpicua funt. Vult enim auctor morbos qui diuturni redduntur et non dierum, fed menfium circuitibus fiunt, hos contrario anni tempore ei quo generati funt, hoc eft feptimo menfe finiri: in quo fi non foluti fuerint, annuum fieri morbum pronunciat. Porro annuum nomen poteft fignificare etiam eum, qui poft annum primae fuae generationis folvitur. Poteft etiam eum innuere, qui feptem annorum circuitu

ὡς τὰ μηνῶν. ἔλεγε γοῦν καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ὧδε. τὰ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δ' ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς ἥβην προσάγουσιν.

μβ'.

[126] Καὶ τὸν ἰητρὸν οὕτω χρὴ ἵστασθαι πρὸς τὰ νουσήματα, ὡς ἑκάστου τουτέων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι κατὰ τὴν ὥρην τὴν ἑωυτοῦ κατὰ φύσιν ἐοῦσαν μάλιστα.

Τὸ χρήσιμον ἅπαντος τοῦ προκειμένου κατὰ τὰς ὥρας λόγου νῦν ἐδίδαξεν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, δηλῶν ὅτι καὶ τὴν αὐτὴν χρείαν ἔχει καὶ ὁ περὶ τῶν ἡλικιῶν καὶ χωρῶν ἐπιτηδευμάτων τε καὶ τῆς ἐφημέρου διαίτης λόγος. πρὸς ἅπαντα γὰρ ταῦτα τὸν ἰατρὸν ἀποβλέποντα χρὴ στοχάζεσθαι τίς ἐπικρατῶν ἐστιν ὁ χυμὸς ἤτοι κατὰ τὸ ποσὸν, ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἐν τίνι τε μορίῳ τοῦ σώματος μάλιστα πλεονάζει; τὴν γάρ τοι θεραπείαν ἄριστα

ut feptem menfium finitur. Etenim in aphorifmis ita quoque dixit: *plurimi affectus puerorum judicantur aut intra quadragefimum diem, aut intra feptimum menfem, aut intra feptimum annum, aut quum ad pubertatem itur.*

XLII.

Atque ita medicum adverfus morbos infurgere oportet, ut non ignorantem *morbum in corpore pro anni tempeftate illi maxime naturali et analoga invalefcere.*

Ad quid tota fuperior de anni temporibus disputatio valeat, nunc in praefenti oratione edocuit indicans eundem quoque ufum praebere de aetatibus, locis, vitae ftudiis et quotidiana victus ratione enarrationem. Namque medicum ad haec omnia refpicientem oportet conjicere, quis humor dominetur aut quantite, aut ipfius facultate in aliqua potiffimum corporis parte redundet? Sic enim curationem optime obierit, ficut in medendi inftitutionibus

ἂν οὕτω ποιοῖτο, καθάπερ κἀν τοῖς θεραπευτικοῖς λογισμοῖς δείκνυται. ὁ Ἱπποκράτης τοῦ σώματος ἡμῶν τὴν φύσιν ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ προθέμενος εὑρεῖν, ἐχρήσατο μεθόδῳ πρὸς τὴν εὕρεσιν τῇδε. πρῶτον μὲν ἐζήτησε πότερον ἁπλοῦν, ἢ πολυειδές ἐστιν, ἔπειθ᾽ εὑρὼν ὅτι πολυειδὲς, ἐσκέψατο τῶν ἁπλῶν ἐν αὐτῷ τὴν οὐσίαν, ὁποία τίς ἐστι, τουτέστιν ἥντινα δύναμιν ἔχει πρὸς τὸ παθεῖν ὑπό τινος, ἢ δρᾶσαι, καὶ διὰ τοῦτο τῶν θ᾽ ὡρῶν τῶν θ᾽ ἡλικιῶν ἐμνημόνευσεν, ἐπισκοπούμενος ὅπως ἔχει τὰ εὑρεθέντα στοιχεῖα πρὸς αὐτάς. εὗρε δὲ καὶ ὅτι τάς τε προῤῥήσεις τῆς λύσεως τῶν νοσημάτων καὶ τὰς θεραπείας ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἀναφέρειν χρὴ σκοπούς. ἐν δὲ τῷ ζητεῖν τὰ συνθετικὰ τοῦ σώματος ἡμῶν στοιχεῖα καὶ τῶν τοῦ παντὸς ἐμνημόνευσεν, ἅπερ ὄντως ἐστὶ στοιχεῖα. λέγεται γὰρ ἐνίοτε καταχρωμένων ἡμῶν καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστον πρᾶγμα πρὸς διάρτησιν, ἁπλᾶ καὶ πρῶτα μόρια, στοιχεῖα τοῦ πράγματος ἐκείνου, καθάπερ ἁρμονικὰ στοιχεῖα καὶ ῥυθμητικὰ καὶ γεωμετρικὰ καὶ ἀριθμητικὰ καὶ λόγου καὶ φωνῆς καὶ ἀποδείξεως εἰρή-

docetur. Hippocrates quum corporis noſtri naturam hoc in libro propoſuiſſet invenire, hac methodo ad inventionem uſus eſt. Primum ſane disquiſivit utrum ſimplex, an multiplex eſſet; deinde ubi inveniſſet eſſe multiplex, ſimplicium in eo ſubſtantiam qualis ſit inſpexit, hoc eſt quam facultatem habeat, ut ab aliquo patiatur aut agat. Et hujus rei gratia anni temporum aetatumque meminit, conſiderans quomodo elementa a ſe inventa ipſis reſpondeant. Item invenit et morborum ſolutionis praedictiones et curationes ad eosdem referendas eſſe ſcopos. At dum elementa corpus noſtrum conſtituentia inveſtigaret, etiam univerſi mundi elementorum commeminit, quae revera ſunt elementa. Dicuntur enim nonnunquam per abuſionem vocabuli, cujusque rei ad compoſitionem ſimplices et primae partes, illius rei elementa: quemadmodum muſica elementa, rhythmica, geometrica, arithmetica, orationis, vocis et demonſtrationis dixerunt.

κασιν. οὕτω δὲ καὶ ἁμάξης ἑκατὸν εἶναι στοιχεῖά φησιν ὁ Πλάτων ὑφ' Ἡσιόδου λελέχθαι γράψαντος

Ἑκατὸν δέ τε δούραθ' ἁμάξης.

ἅπαντα μὲν τὰ οὕτω λεγόμενα στοιχεῖα καθ' ἕκαστον τῶν πραγμάτων οὐκ ἀκριβῶς ἐστιν ἁπλᾶ καὶ πρῶτα. τὰ δὲ κοινὰ πάντων τῶν ὄντων ἁπλᾶ τε καὶ πρῶτα κατ' ἀλήθειάν εἰσι καὶ κυρίως ὀνομάζεται στοιχεῖα. καλεῖ δὲ ἀπὸ τῶν ποιοτήτων ὁ Ἱπποκράτης αὐτὰ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν, οὐ τὰ μεταξὺ τῶν ἄκρων, ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἄκρα, πῦρ δηλονότι καὶ γῆν ὕδωρ τε καὶ ἀέρα. ταύτην οὖν τὴν μέθοδον ὁ Πλάτων ἀξιοῖ μιμεῖσθαι καὶ τὸν περὶ φύσεως ψυχῆς ἐπισκοπούμενον. οὐδὲν γὰρ δύνασθαι τῶν κατὰ μέρος ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως ἀκριβῶς γνωσθῆναι. παραγράφω δέ σοι καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ Πλάτωνος ῥῆσιν ἔχουσαν οὕτως. ΣΩ. ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου κατανοῆσαι οἴει δυνατὸν εἶναι ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως; ΦΑΙ. εἰ μὲν οὖν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ

Similiter etiam plaustri centum elementa ab Hesiodo esse dicta Plato commemorat in eo hemistichio

Centum lignaque plastri.

Omnia sane quae sic dicuntur singularum rerum elementa non ad amussim simplicia sunt et primaria, communia vero omnium rerum simplicia et prima vere existunt et proprie nominantur elementa. Hippocrates autem a qualitatibus ipsa denominat, calidum, frigidum, humidum et siccum, non quae media extremorum sunt, sed ipsa summa, ignem videlicet et terram et aquam et aërem. Hanc igitur methodum Plato censuit sibi imitandam, quum de natura animae consideraret. Nullum enim particulare citra totius naturam exacte posse cognosci. Adscribam autem tibi ipsam Platonis dictionem, quae hunc in modum habet. *SO. Animae igitur naturam sine totius natura intelligere te, ut convenit, posse arbitraris? PHAE. Si sane Hippocrati ex Asclepiadarum genere credendum est,*

τι πείθεσθαι, οὐδὲ περὶ σώματος ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης. ΣΩ. καλῶς γὰρ ὦ ἑταῖρε λέγει. χρὴ μέντοι πρὸς τῷ Ἱπποκράτει τὸν λόγον ἐξετάζοντας σκοπεῖν εἰ συμφωνεῖ. ΦΑΙ. φημί. [127] ΣΩ. καὶ τί ποτε λέγει Ἱπποκράτης τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος, ἆρ᾽ οὐχ ᾧδε; διανοεῖσθαι χρὴ περὶ ὁτιοῦν φύσεως πρῶτον μὲν εἰ ἁπλοῦν, ἢ πολυειδές ἐστιν, οὗ πέρι βουλησόμεθα εἶναι αὐτοὶ τεχνικοὶ καὶ ἄλλους δυνατοὶ ποιεῖν· ἔπειτα δὲ, ἂν μὲν ἁπλοῦν ᾖ, σκοπεῖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τίνα πρὸς τί πέφυκεν εἰς τὸ δρᾷν ἔχον, ἢ τίνα εἰς τὸ παθεῖν ὑπὸ τοῦ. ἐὰν δὲ πλείω εἴδη ἔχῃ, ταῦτα ἀριθμησάμενοι, ὅπερ ἐφ᾽ ἑνὸς, τοῦτ᾽ ἰδεῖν ἐφ᾽ ἑκάστου, τὸ τί ποιεῖν αὐτὸ πέφυκεν, ἢ τὸ τί παθεῖν ὑπὸ τοῦ. ἀλλὰ ταῦτα Πλάτωνος οὑτωσὶ γράψαντος ἐπιδειξάτω τις ἡμῖν ἐν τίνι βιβλίῳ τοῦ Ἱπποκράτους ἑτέρῳ παρὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου τὴν μέθοδον ταύτην ἐστὶν εὑρεῖν, ἢ εἴπερ οὐκ ἔχει, μηδένα ζητείτω Πλάτωνος ἀξιοπιστότερον μάρτυρα τοῦ γνήσιον εἶναι τὸ βιβλίον τοῦτο. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοῖς χρόνοις ἐγγυτάτω γέγονεν ὁ Πλάτων τοῖς Ἱππο-

ne corporis quidem naturam citra hanc methodum possis. SO. Recte quidem, o amice, dicit, attamen praeter Hippocratem ratio inspiciunda examinandaque est, an ipsi consentiat. PHAE. Assentior. SO. Et quid tandem Hippocrates dicit veraque ratio? an non sic? Considerandum est de cujuslibet rei natura: primum sane simplexne sit, an multiformis, cujus nos periti esse voluerimus quamque alios docere studeamus: postea vero si simplex fuerit, facultas ipsius inspiciunda est, quam videlicet ad quid agendum, item quam ad patiendum ab alio habeat. Quod si multas habeat species, his dinumeratis in singulis similiter, ut in una, naturalis et agendi et patiendi vis inquirenda. Verum quum haec Plato sic conscripserit, ostendat aliquis nobis in quo Hippocratis libro alio quam qui de natura hominis inscribitur methodum hanc sit invenire: aut si non possit, nullum quaerat side digniorem Platone testem ejus, quod hic liber sit germanus. Nam praeter alia Plato proxime Hippocratis discipulis tempore

κράτους μαθηταῖς, ὧν εἴ τινος ἦν τὸ βιβλίον, ἐπεγέγραπτο ἂν τοῦ γράψαντος αὐτὸ τοὔνομα. πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς, ἐπὶ κτήσει παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας, οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγέγραπτο σύγγραμμα. λαμβάνειν δ' ἀρξαμένων μισθῶν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς συγγράμματα παλαιοῦ τινος ἀνδρὸς, οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον. ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ βασιλεῖς μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου γεγόνασι θάνατον. ὁ δὲ Πλάτων ἀνωτέρω τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας ἐγγράφει ταῦτα μηδέπω πεπανουργευμένων τῶν ἐπιγραφῶν, ἀλλ' ἑκάστου βιβλίου τὸν ἴδιον γραφέα διὰ τοῦ προγράμματος δηλοῦντος. Πλάτων μὲν οὖν ὁμολογεῖ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους μέθοδον ἐπισκοπεῖσθαι περὶ ψυχῆς φύσεως, ὡς ἐκεῖνος περὶ σώματος, ἀδύνατόν τέ φησιν ἄλλως τοῦτο γενέσθαι πρὸ τοῦ γνῶναι τὴν φύσιν τοῦ παντός. ἔνιοι δὲ τοσοῦτον ἡμαρτήκα-
(18.) σιν, ὡς τὴν οὕτω θαυμαστὴν μέθοδον ἄλλου τινὸς εἶναι νοεῖν, τῷ μήδ' ἀποκνῆσαι γράψαι τὸν εὑρόντα πρῶ-

ſucceſſit, quorum ſi cujus liber eſſet, ipſum auctoris nomen fuiſſet inſcriptum. Nam prius quam in Alexandria et Pergamo reges eſſent creati, qui veteribus libris comparandis vincere ſe mutuo contendebant, nondum opus falso fuit inſcriptum: verum poſtquam praemium capere incoeperunt, qui vetuſti cujusdam ſcriptoris monumenta ipſis offerrent, hac tandem ratione multa falſo titulo inſcribentes attulerunt. Verum hi reges poſt Alexandri mortem extiterunt: Plato autem ante Alexandri principatum haec memoriae mandaverat, quum nullae adhuc inſcriptiones eſſent dolo effictae, ſed ſuum quisque liber ſcriptorem titulo repraeſentaret. Itaque Plato fatetur ſe ſecundum Hippocratis methodum de animae natura conſiderare, ut ille de corpore: fierique hoc aliter poſſe negat, antequam totius naturam habeas cognitam. Nonnulli tantum aberrarunt, ut tam mirabilem methodum alterius cujusdam eſſe cenſerent, eo quod is qui primum rem adeo magnam et gravem invenit, demonſtrationem ipſius ſcribere non ſit gravatus. Quomodo enim non magnum et grave cenſeas,

τον οὕτω μέγα καὶ σεμνὸν πρᾶγμα τὴν ἀπόδειξιν αὐτοῦ. πῶς γὰρ οὐ μέγα καὶ σεμνὸν, ἁπάντων γεννητῶν καὶ φθαρτῶν σωμάτων εὑρεῖν στοιχεῖα; πῶς δὲ οὐ πολὺ μεῖζον ἀποδείξεσι πιστώσασθαι; καὶ ταῦτα μηδ' ἐν στίχοις ὅλοις τριακοσίοις, ἀλλ' ἐλάττοσι πολλῷ παραληφθῆναι δυναμένῳ; οὐ γὰρ εἰκός ἐστιν ἐν ἅπασι τοῖς θεραπευτικοῖς καὶ προγνωστικοῖς εὑρήμασιν ὡς ἀποδεδειγμένοις χρῆσθαι τοῖς στοιχείοις τὸν Ἱπποκράτην, μηδαμόθι τὴν ἀπόδειξιν αὐτῶν εἰρηκότα. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ περιουσίας εἴρηταί μοι, δεικνύντι γνήσιον Ἱπποκράτους εἶναι τὸ βιβλίον. οὐ μὴν ὡς ἐν ἔργῳ γε τοῦτο σπουδαστέον, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀληθείας τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων σκεπτέον ἀκριβῶς. τοῦτο δ' ἡμεῖς ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτους στοιχείων ἐπράξαμεν, ὃ παρὰ πᾶσι τοῖς πεπαιδευμένοις εὐδοκιμοῦν ὁρῶντες οἱ βάσκανοι ψυχρὰν αὐτοῦ ἀπολογίαν ἐποίησαν, οὐκ εἶναι φάσκοντες Ἱπποκράτους τὸ βιβλίον. ἀλλ' ὅτι γε ταῦτα ἐτίθετο καὶ πρὸς ταῦτα ἀποβλέπων ἀεὶ τὰ κατὰ μέρος ἔγραψε πάντα τῶν ὁμολογουμένων ἐστίν. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ ἀναισχυντίας

omnium generatorum corruptibiliumque corporum elementa invenire? quomodo non multo magis demonſtrationibus fidem facere? Atque haec in verſibus ne totis quidem trecentis, ſed multo paucioribus complecti potuerit. Non enim veriſimile eſt, Hippocratem in omnibus medicandi praenoſcendique inventis elementis tanquam demonſtratis uti, nusquam vero demonſtrationem ipſorum explicaſſe. Haec igitur ex ſuperfluo mihi dicta ſunt, ut oſtenderem germanum Hippocratis eſſe librum. Non tamen in hoc ceu ſerio ponendum eſt ſtudium, ſed de veritate eorum quae in ipſo conſcripta ſunt accurate conſiderandum eſt. Id autem nos in opere de elementis ex Hippocratis ſententia factitavimus: quod quum invidi apud omnes eruditos in pretio haberi viderent, frigidam defenſionem attulerunt, cur librum Hippocratis non eſſe dicerent. Porro quod haec ſtatuerit ad illaque ſemper reſpiciens omnia particularia opera conſcripſerit pro confeſſo habetur. Quoniam vero aemuli, ut ſunt impudentes, etiam iis quae

καὶ τοῖς ὑπὲρ πάντων ὁμολογουμένοις τε καὶ συμφωνουμένοις ἀντιλέγουσιν οἱ βάσκανοι, διὰ τοῦτο πραγματείαν ἑτέραν ἐποίησα, τοὐπίγραμμα τοιοῦτο ἔχουσαν, ὅτι καὶ κατ' ἄλλα συγγράμματα τὴν αὐτὴν δόξαν ὁ Ἱπποκράτης ἔχων φαίνεται τῇ κατὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

apud omnes in confeſſo ſunt et omnium conſenſu probantur, contradicunt; idcirco alterum opus edidi, tali inſcriptum titulo, Quod etiam in aliis operibus Hippocrates eandem habere opinionem quam in libello de natura hominis videatur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Β.

Ed. Chart. III. [128.] Galen. V. (18.)

[128] *Προοίμιον Γαλήνου.* Αὐτὸ μὲν τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου βιβλίον ἐν τῷ προτέρῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἐξήγημαι. νυνὶ δὲ τὰ προσκείμενα κακῶς αὐτῷ προχειριοῦμαι, συγκείμενα καὶ αὐτὰ μετὰ διασκευῆς. ἓν μὲν γάρ ἐστι μικρὸν βιβλίον ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων διαίτης γέγραπται καὶ δοκεῖ Πολύβου εἶναι σύγγραμμα

HIPPOCRATIS DE NATURA HOMINIS LIBER ET GALENI IN EUM COMMENTARIUS II.

Prooemium Galeni. Ipſum quidem de natura hominis librum in priori horum commentariorum opere expoſui; nunc vero quae illi prave adjecta ſunt in medium profero, eaque probo ordine compoſita. Unus etenim parvus eſt liber, in quo de victu ſanorum *a me* ſcriptum eſt, qui Polybi Hippocratis diſcipuli opus eſſe videtur.

τοῦ Ἱπποκράτους μαθητοῦ. τὸ δὲ μεταξὺ τούτου τε καὶ τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου, διεσκεύασται παρεγγεγραμμένον ὑπὸ τοῦ πρῶτον συνθέντος ἐς ταὐτὸ τὰ δύο ταῦτα βιβλίδια, τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου τοῦ Ἱπποκράτους αὐτὸ σύγγραμμα καὶ τὸ Πολύβου περὶ διαίτης ὑγιεινῆς. ἐν γὰρ τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων ἡ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα. μικρῶν οὖν ὄντων ἀμφοτέρων τῶν βιβλίων τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ τοῦ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, εὐκαταφρόνητον ἑκάτερον τοῦτο εἶναί τις δόξας διὰ τὴν σμικρότητα συνέθηκεν ἐς ταὐτὸ ἄμφω. καί τις ἴσως ἄλλος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ πρῶτος αὐτὰ συνθεὶς, παρενέθηκέ τινα μεταξὺ τῶν δύο ταυτὶ τὰ νῦν προχειρίζεσθαι μέλλοντα.

Quod autem inter hunc et illum de natura hominis eſt interpoſitum, ab eo qui primum hosce duos libros de natura hominis Hippocratis et Polybi de ſalubri victus ratione in *unum* et eundem collegit, conſcriptum et collocatum eſt. Quo enim tempore Attalus et Ptolemaeus reges certatim inter ſe de comparandis ſibi libris contendebant: ab his qui ex oblatis celebriorum virorum ſcriptis pecuniam a regibus reportabant, coepere inſcriptiones et digeſtiones librorum vitiari. Quum itaque uterque liber tum de natura hominis tum de ſalubri victus ratione parvus extiterit, arbitratus aliquis ob parvitatem neutrum ipſorum multi ducendum ambos in *unum* et eundem ſimul contulit. Pari vero ratione alius quidam vel ille idem etiam qui hos primum in unum redegit, haec ipſa illis interpoſuit, quae nunc exponenda ſuscepturi ſumus.

α'.

[129] *Εἰδέναι χρὴ καὶ τάδε πρὸς ἐκείνοισιν, ὅτι ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νουσήματα, κένωσις ἰῆται· ὁκόσα δὲ ἀπὸ κενώσιος γίνεται νουσήματα, πλησμονὴ ἰῆται· ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται· ὁκόσα δὲ ὑπερτέρη ἀργίη νουσήματα τίκτει, ταλαιπωρίη ἰῆται. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστηκόσι καὶ νουσήμασι καὶ εἴδεσι καὶ ὥρῃσι καὶ ἡλικίῃσι καὶ τὰ ξυντείνοντα λύειν καὶ τὰ λελυμένα ξυντείνειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο, ἥ τε ἴησις τοῦτό μοι δοκέει εἶναι.*

Ταύτης ὅλης τῆς ῥήσεως ἑκάστου στίχου Διοσκουρίδης προέγραψε σημεῖον ὃ καλοῦσιν ὀβελὸν, οἵῳ σημείῳ καὶ Ἀρίσταρχος ἐχρήσατο παρὰ τῷ ποιητῇ πρὸς τοὺς ὑποπτευομένους ὑπ᾽ αὐτοῦ στίχους. ταῦτα μὲν ὁ Διοσκουρίδης ἔγραψεν, εἰκάζων εἶναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν Ἱπποκράτους τοῦ Θεσσαλοῦ υἱέος. δύο γὰρ υἱοὶ οὗτοι γεγόνασι τοῦ με-

I.

Nosse vero praeterea oportet, quod quoscunque repletio parit morbos, sanat evacuatio: qui vero ab evacuatione oboriuntur, eos curat repletio. Atque qui ex labore fiunt, eos quies sanat: quique ex otio gignuntur, labore tolluntur. Omninoque nosse medicum oportet et morbis et speciebus et tempestatibus et aetatibus contrarium statuere contentaque solvere et soluta contendere. Sic enim maxime morbum sedaverit; atque curandi ratio hoc ipsum mihi esse videtur.

Singulis hujusce contextus versibus Dioscorides signum praefixit quod obeliscum vocant, quo signo et Aristarchus notabat versus quos apud poetam suspectos habebat. Haec quidem scripsit Dioscorides, quod suspicaretur hunc propositum contextum esse Hippocratis Thessali filii. Nam duo hi magni Hippocratis filii extiterunt, Thessalus et

γάλου Ἱπποκράτους, Θεσσαλὸς καὶ Δράκων, ὧν ἑκάτεροι πάλιν Ἱπποκράτεις ἐγέννησαν. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν εἰρημένα. προσήκει δέ που καὶ ἡμῖν ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτῶν, ἑκάστην τῶν λέξεων ἰδίᾳ προειρησαμένοις, ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νουσήματα, κένωσις ἰῆται. οὐ ταὐτόν ἐστι φάναι συνεκτικὸν αἴτιον νόσων εἶναι πλησμονήν τε καὶ κένωσιν, ἕκαστόν τε καὶ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων, τῷ γίγνεσθαί τι διὰ πλησμονὴν, ἤ τι τῶν ἄλλων. ἀληθὲς μὲν γὰρ τὸ γίγνεσθαί τινα νοσήματα διὰ πλησμονὴν, ἢ ὑπὸ πλησμονῆς. οὐδὲν γὰρ διήνεγκεν οὕτως ἢ ἐκείνως εἰπεῖν, οὐκ ἀληθὲς δὲ συνεκτικὸν αἴτιον εἶναι νοσήματος πλησμονήν. ἡ μὲν γὰρ νόσος αὐτὴ διάθεσίς τίς ἐστιν ἐν ζώου σώματι, πρώτως βλάπτουσα τὴν ἐνέργειαν, ὡς ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς γράμματι δέδεικται. πλησμονὴ δὲ πρώτως μὲν ἐνέργειαν οὐ βλάπτει, καθότι δέδεικται καὶ τοῦτο πάλιν ἐν τῷ περὶ πλήθους λόγῳ· διὰ μέσης δέ τινος ἑτέρας διαθέσεως, ἥντινα διάθεσιν Ἐρασίστρατος μὲν ἑτέρως, Ἀσκληπιάδης δ᾽ ἑτέρως, οἱ πνευματικοὶ δ᾽ ὀνομασθέντες

Draco, qui ambo deinceps *alios* Hippocrates procrearunt. Haec sane hoc in textu divulgata sunt. At consentaneum est nobis et de ipsis observationem instituere et unamquamque dictionem peculiariter examinare. *Quoscunque repletio parit morbos, sanat evacuatio.* Idem non est ac dicere continentem morborum causam esse et repletionem et evacuationem et unumquodque eorum deinceps commemorata sunt, aut quod a repletione, aut ab aliorum quodam quippiam fiat. Etenim quod quidam morbi per repletionem vel a repletione oboriantur (nihil enim differt hoc vel illo modo dicere) verum est; sed continentem morbi causam esse repletionem, non verum est. Morbus siquidem ipse affectus quidam est in animalis corpore primum functionem laedens, ut in libro de morborum differentiis demonstratum est. Repletio vero ipsa, ut et id in libro de plenitudine ostendimus, primum minime laedit actionem, sed intermedio quodam alio affectu, quem affectum quidem aliter Erasistratus, aliter Asclepiades, etiam pneuma-

ἰατροὶ κατ᾽ ἄλλον τρόπον προτίθενται γίγνεσθαι. λέλεκται δὲ καὶ ἡμῖν ἐπὶ πλέον, ὅπως ὑφ᾽ ἑκατέρου πλήθους νοσήματα γίγνεται. διττὸν γὰρ ἐδείχθη τὸ πλῆθος, ὡς μὲν πρὸς τὴν δύναμιν ἕτερον, ὡς δὲ πρὸς τὴν κοιλότητα τῶν ἀγγείων ἕτερον. τὸ μὲν οὖν ὡς πρὸς τὴν δύναμιν εἰς διαφθοράς τε τοὺς χυμοὺς ἄγει καὶ ῥεῦμα τοῖς ἀσθενεστέροις ἐν τῷ σώματι μορίοις ἐπιπέμπει. τὸ δ᾽ ὡς πρὸς τὸ ἔγχυμα τάς τ᾽ ἀναστομώσεις τε καὶ τὰς ῥήξεις τῶν ἀγγείων ἐργάζεται καί ποτε θανάτους ἐξαιφνιδίους, ὅταν ἀποφράξῃ τὰς διαπνοὰς τοῦ σώματος. ἴασις οὖν λέγεται καὶ τῶν ποιούντων τὰς νόσους, οὐ μόνον αὐτῶν τῶν ἤδη γεγενημένων νόσων. εἰ δὲ τῷ κυρίῳ κατ᾽ αὐτῶν ὀνόματι χρῷτό τις, προηγούμενα τῶν νόσων ἐρεῖ τὰ τοιαῦτα τῶν αἰτιῶν, ὥσπερ Ἀθήναιος. ὑφ᾽ οὗ δὲ πάλιν αὐτὰ ταῦτα τὰ προηγούμε- (19) να γίγνεται, προκαταρκτικά τε καὶ προκατάρχοντα κα- [130] λέσεις. πλῆθος γὰρ ἐδεσμάτων, ἀπεψίαι τε καὶ λουτρὰ καὶ γυμνάσια μὴ κατὰ καιρὸν γιγνόμενα καὶ πάνθ᾽ ὅσα διῆλθον ἐν τῷ περὶ τῶν προκαταρκτικῶν αἰτιῶν ὑπο-

tici medici appellati alio modo procreari constituerunt. Dictum autem est a nobis pluribus, quomodo ab utraque plenitudine morbi exoriantur. Duplex enim prodita est plenitudo, altera quidem quoad vires, altera vero quoad vasorum cavitatem. Quae igitur quoad vires, ea quidem et humores ad corruptionem ducit et fluxionem ad imbecilliores corporis partes immittit. Quae vero quoad affusionem, ea et vasorum ora aperit et eorum rupturas molitur, interdum etiam repentinam mortem infert, quum corporis perspirationes obstruat. Itaque curatio dicitur non solum eorum qui jam procreati sunt morborum, *verum* etiam eorum quae morbos procreant. At si quis proprio causarum ipsarum nomine uti voluerit, antecedentes morborum causas ejusmodi appellabit, quemadmodum Athenaeus. Eas vero unde rursum hae ipsae antecedentes ordinem ducunt, primitivas seu evidentes vocabis. Ciborum enim copia, cruditates, balnea et exercitationes quae intempestive fiunt et quaeque omnia in commentario

μνήματι, τῶν προηγουμένων αἰτιῶν ἑκάστης νόσου γίνεται ποιητικά. ὁκόσα δὲ ὑπὸ κενώσιος γίγνεται νουσήματα, πλησμονὴ ἰῆται. οὐ κυρίως δοκεῖ κεχρῆσθαι τῷ τῆς πλησμονῆς ὀνόματι νῦν ὁ γράψας τὴν ῥῆσιν ταύτην, πάντων εἰωθότων οὐ μόνον ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τὸ τῆς πλησμονῆς ὄνομα μᾶλλόν πως ἐπιφέρειν ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς συμμέτρου ποσότητος, οὐ μήν γε τὴν κένωσιν ἐπανορθοῦσθαι διὰ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας. ἄκουσον οὖν ἐφεξῆς τὸν συναγορεύοντα ταῖς ἀμετρίαις λόγον. ὄντων γάρ τινων συμμέτρων σιτίων, ὡς πρὸς τὴν τοῦδέ τινος ἕξιν, ὑγιαίνοντος μὲν ἔνδεια καὶ ὑπερβολὴ κατὰ τὴν πρὸς ταῦτα παραβολὴν νοηθήσεται, ὁ δὲ κενωθεὶς εἰ μέλλοι πληροῦσθαι, τὴν ποσότητα τῆς ἔμπροσθεν ὑπαρχούσης αὐτῷ συμμετρίας αὐξηθήσεται. ἐὰν γὰρ ὅσα πρὶν κενωθῆναι προσεφέρετο τὰ σιτία, τοσαῦτα καὶ νῦν προσφέρηται, τὸ κενωθὲν οὐδέποτε ἀναπληρώσει. τεχνίτου δέ ἐστι μετρίως ποιήσασθαι τὴν παραύξησιν αὐτῶν, καὶ μήτε παρὰ καιρὸν ἐμπιπλάναι μήτ' ἐξαίφνης τε καὶ ἀθρόως τὸ κενωθέν. δο-

de procatarcticis caufis recenfuimus, antecedentium caufarum cujusque morbi fiunt effectrices. *Qui vero ab evacuatione oboriuntur, eos curat repletio.* Non proprie ufus effe videtur praefenti *repletionis* vocabulo qui hanc fententiam fcripfit, quum omnes non modo medici, fed et caeteri Graeci id repletionis nomen utcunque magis adhibere exceffibus commoderatae quantitatis confueverint, non autem evacuationem per contrariam immoderationem corrigere. Audi igitur fubfequentem rationem quae immoderatis exceffibus favet. Sunt cibi quidam qui ut ad alicujus jam fani habitum moderati funt, horum collatione excellum et defectum intelliges. Qui vero vacuatus eft, fi id quod de fuae prioris mediocritatis quantitate detractum eft refarcire velit, cibum adaugebit, qui fi tantundem nunc alimenti ingerat quantum antequam vacuaretur folitus erat, nunquam id quod exinanitum eft replebit. Ad artificem fane pertinet moderate incrementum id afferre, ut neque intempeftive repleat quod demptum eft, ne-

ficcitas, interdum utraque confequatur. Haeque ubi ita auctae fint, ut actionem jam laedant, multos morbos pariunt, ficut etiam plenitudo modo tumores praeter naturam, modo morbum attonitum, modo ruptiones venarum, nifi quis evacuando praeveniat prius quam corpus animantis aliquo magno malo afficiatur. Quin etiam Plato de redundantia ac defectione hoc idem cenfuit. Nec erit fortaffe abfurdum, ejus verba adfcribere, quae funt hujusmodi: *Quum quatuor, inquit, fint ex quibus corpus compactum eft, terra, ignis, aqua et aër, eorum praeter naturam redundantia atque defectio et loci ex proprio in alienum facta mutatio, itemque ignis et aliorum, quum partes plus ex uno nactae fint, nec quod fibi convenit, unaquaeque affumpferit, caeteraque hujusmodi omnia, feditiones et morbos afferunt. Quum igitur fecundum naturam affecti fumus, ex his menfura quaedam inter fe contemperatis, bene valemus. Si vero defit quidpiam aut redundet aut fit facta in alienam fedem commigratio, aegrotamus. Ac perfpicuum eft bonam temperiem redun-*

Ed. Chart. VI. [257. 258.]

ἔνδεια διαφθείρει τὴν εὐκρασίαν. Ἡρακλείδης μέντοι ὁ Ταραντῖνός φησι τὸν παλαιὸν ταῦτα γεγραφέναι περὶ τῆς τῶν προσφερομένων ποσότητος, ἵνα γνῶμεν πότερον πολὺ ἢ ὀλίγον δοτέον. ἐπιβλέπειν δὲ χρῆναι καὶ εἰς τὰ νοσήματα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος· ἔτι τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ὥραν καὶ ἔθος καὶ τἄλλα τούτοις ἀνάλογα. εἰ μὲν οὖν, φησὶν, ἡ δύναμις τοῦ κάμνοντος εἴη ἀσθενὴς καὶ ἡ κατὰ τὸ σῶμα διάθεσις ἤτοι κατὰ διαφθορὰν ἢ κατὰ ἔνδειαν, ὀλίγην τροφὴν τούτοις δοτέον μὲν, πολλάκις δέ· ὅτι πολλῶν ἡ διάθεσις χρήζει· ὀλίγην δὲ, ὅτι ἄῤῥωστος ἡ δύναμις τυγχάνει. ἴσμεν γὰρ ὅτι ἡ ἔνδεια τῆς προσθέσεως δεῖται. [258] εἰ δὲ μήτε ἔνδεια παρείη μήτε διαφθορὰ, συμμετρία δέ τις τῶν κατὰ φύσιν εἴη χυμῶν ἢ καὶ πλῆθος, τότε ὀλιγάκις καὶ ὀλίγα προσφέρειν χρή. εἰ δὲ μετὰ ἐνδείας ἢ διαφθορᾶς ἡ δύναμις ἐῤῥωμένη τύχοι, τότε τοῖς οὕτω διακειμένοις καὶ πολλὰ καὶ πολλάκις δοτέον. ταῦτα γοῦν λελέχθαι μὲν αὐτῷ ἀληθῶς φαμεν, οὐ προσηκόντως δέ. σφαλεὶς γὰρ

dantia defectioneque corrumpi. Et tamen Heraclides Tarentinus ait, ſenem haec ſcripſiſſe omnia de quantitate eorum, quae offeruntur, ut noſcamus utrum multum an parum dandum ſit. Habendamque eſſe rationem morborum et virium aegrotantis hominis, praeterea vero etiam aetatis, anni temporis, conſuetudinis et aliorum, quae his proportione reſpondent; nam ſi, inquit, vires aegroti debiles ſint et affectio, qua corpus conflictatur, ſit aut ex corruptela aut ex indigentia, parum quidem alimenti, ſed ſaepe dandum eſt. Cauſa eſt, quia malum multa expetit. Parum vero dandum, quia imbecillae vires ſunt. Scitum enim eſt, ab indigentia poſtulari additionem. At ſi neque indigentia, neque corruptela adſit, ſit autem juſtus modus ſecundum naturam humorum vel etiam plenitudo, tum raro et pauca offeremus. At ſi vires validae ſint cum indigentia corruptelaque conjunctae, tunc hominibus ita affectis et multa et ſaepe danda erunt. Haec ab illo vere quidem dicta, ſed non accommodate, ſatemur. De-

Ed. Chart. VI. [258.]
τῇ τοῦ ἀφορισμοῦ ἐννοίᾳ, οὗ ἡ ἀρχὴ καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω· εἰς ὃν καθάπερ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἔστιν ἐξήγησις αὐτοῦ, ἥγητο περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγειν νῦν τὸν συγγραφέα, περὶ οὗ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔγραψεν Ἱπποκράτης. καὶ διὰ τοῦτο ἡγεῖται προστεθεῖσθαι τάδε, ὧν μὲν, ὧν δὲ οὔ. ὅπερ οὐκ ἀληθὲς, ὥσπερ οὐδὲ τὸ περὶ *

θ΄.

Καὶ πάντων ἐς θερμασίην βλάπτει καὶ ὠφελέει. εἰς ψύξιν βλάπτει καὶ ὠφελέει. εἰς δύναμιν βλάπτει καὶ ὠφελέει.

Τρία ἐστὶ τὰ τῆς προσφορᾶς τῶν τροφῶν κεφάλαια, τὸ ποσὸν τῶν σιτίων καὶ τὸ ποιὸν καὶ ὁ τρόπος τῆς χρήσεως αὐτῶν. ἡμεῖς δὲ τοῦ τροφὴν προσφέρεσθαι σκοπὸν ἕνα κοινὸν ἐπὶ πάντων ἐδείξαμεν ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων, τὴν φυλακὴν δηλονότι τῆς ζωτικῆς δυνάμεως. διὰ ταύτην γὰρ τὴν δύναμιν ἐσθίομέν τε ὑγιαίνοντες καὶ πίνομεν καὶ τἄλλα

ceptus enim ſententia aphoriſmi, cujus initium eſt: *et quibus ſemel aut bis et quibus plura* etc. In quem, ſicut in alios omnes, ejus extat explanatio, exiſtimavit, auctorem nunc de eadem re verba facere, de qua Hippocrates in aphorismis conſcripſit, ob eamque cauſam addita eſſe haec verba arbitratur: ***ac nonnullorum quidem etiam, nonnullorum autem non***, quod verum non eſt, ſicut neque illud, quod de *

IX.

Et omnium ad calorem laedunt et juvant; ad frigus laedunt et juvant; ad facultatem laedunt et juvant.

Tria ſunt dandi alimenti capita, quantitas ciborum, qualitas et utendi modus. Nos autem unum communem alimenti offerendi et in bene valentibus et in aegrotantibus ſcopum eſſe docuimus, vitalis facultatis conſervationem. Hujus enim facultatis ope ſani edimus, bibimus caeteraque omnia vitae munia exercemus; propter hanc

Ed. Chart. VI. [258.]

πάντα πράττομεν, ὅσα πρὸς τὴν ζωήν ἐστι. καὶ διὰ τὴν αὐτὴν καὶ νοσοῦντες ἐπὶ τροφὴν παραγινόμεθα. ὥσπερ γὰρ τὸ νόσημα τὰ βοηθήματα ἐνδείκνυται τῆς διαθέσεως ἑαυτοῦ, ὡς φλεβοτομίαν ἢ κάθαρσιν ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, οὕτως ἡ τῆς δυνάμεως φυλακὴ τὴν τροφὴν ἐνδείκνυται μόνην. ἐπεὶ δὲ ἡ τροφὴ βλάπτει πολλάκις, ὡς μὴ κατὰ καιρὸν δοθεῖσα, ἐπισκοπούμεθα διὰ τοῦτο τῆς νόσου τὴν διάθεσιν, ὡς κωλύουσαν τὴν τροφήν. ὅταν οὖν μὴ κωλύῃ, κελεύει τε ἡ δυνάμις, τηνικαῦτα τρέφομεν. καὶ μηδαμῶς ἡ τροφὴ βλάπτει, ἀλλὰ μᾶλλον ὠφελεῖ. ἵνα γὰρ τὸ ζῶον διαμένῃ, δεῖται οὐ τροφῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀέρος. καὶ ἡμεῖς ἑκατέρου χρείαν ἐπιστάμεθα. καὶ γὰρ ἡ μὲν ἀναπνοὴ τὴν συμμετρίαν τῆς ἐμφύτου θερμασίας φυλάττει· ἡ δὲ τῶν σιτίων προσφορὰ τὸ διαῤῥέον τῆς σωματικῆς οὐσίας ἀναπληροῖ. εἰ μὲν οὖν τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ᾧ μάλιστα ἀναφέρει τὰ σωματικὰ τῶν ἔργων Ἱπποκράτης, μὴ ἀκριβῶς βλάττοιτο, οὐ μόνον οὐκ ἔστι δυνάμενον τὰς ἔμπροσθεν ἐνεργείας ἐπιτελεῖν, οὐδὲ τρέφειν ἡμᾶς, ὅπερ ἦν αὐτῷ κυριώτατον, ἀλλὰ διαφθεί-

eandem etiam aegroti ad cibum potumque progredimur, nam ut morbus auxilia ſuae affectionis indicat, ut ſanguinis miſſionem aut purgationem aut aliquid aliud hujusmodi, ſic facultatis conſervatio alimentum ſolum indicat. Quia vero alimentum ſaepe laedit, utpote quod non ſit datum in tempore, ideo morbi affectionem, tanquam dari alimentum prohibeat, expendimus, quumque affectio non prohibeat, jubeat vero facultas, tum alimus; ac tantum abeſt, ut alimentum ullo modo noceat, ut etiam potius juvet. Ut enim animal duret, indigens eſt non modo alimenti, ſed etiam aëris, nosque utriusque uſum novimus; ſiquidem reſpiratio nativi caloris ſymmetriam conſervat, ciborum vero oblatio id, quod de corporea ſubſtantia defluit, reſarcit; quod ſi innatus calor, cui corporea opera Hippocrates praecipue accepta refert, non accurate conſervetur, non modo non poteſt priores actiones obire, neque nos alere, quod ejus erat praecipuum munus vel

Ed. Chart. VI. [258. 259.]
ρει τε καὶ τήκει τὸ σῶμα. ὠφελεῖ γοῦν καὶ βλάπτει ἡ τροφὴ καὶ εἰς θερμασίαν καὶ εἰς ψύξιν ἄμετρον ἢ σύμμετρον τραπεῖσα. θερμασία μέν τις ἔμφυτος ἐν ἥπατι παρέχεται, καθ' ἣν αἷμα γεννᾶται· θερμασία δὲ ἑτέρα πλείων ἐστὶ κατὰ τὴν καρδίαν, εἰς γένεσιν θυμοῦ δοθεῖσα τοῖς ζώοις. δεῖται δὲ ἡ αὐτὴ θερμασία τροφῆς, ὥσπερ ἡ ἑτέρα τῆς ἀναπνοῆς. ἐν μὲν οὖν τοῖς ζώοις αὐτοῖς, ὅσα τῶν ἐδεσμάτων, ἵνα ἐξομοιωθῇ τελέως καὶ θρέψῃ τὸ σῶμα, χρόνου δεῖται, ψῦχος μᾶλλον ἢ θάλπος ἐν τῷ παραχρῆμα ἐπάγειν φαίνεται. θερμαίνει μὲν ἐν τῷ χρόνῳ καὶ ταῦτα, ὡς τἄλλα ἐδέσματα, εἰ μόνον αὐτοῖς προσγένηται τὸ θρέψαι τὰ σώματα. τροφὴ γὰρ ἅπασα κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον αὔξει τὸ τοῦ ζώου θερμόν. μάλιστα οὖν χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἐν ἅπασι τοῖς δυνάμει θερμοῖς ἢ ψυχροῖς εἶναι λεγομένοις, [259] εἴτε τῆς φύσεώς ἐστι τῶν τρέφειν δυναμένων εἴτε μόνον ἀφορμὴν ἀλλοιώσεως λαμβάνοντα· κἄπειτα κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀλλοιούμενα διατίθησί πως τὸ σῶμα· καὶ εἰ μηδ' ὅλως ἀλλοιοῦται πρὸς αὐτοῦ κατὰ μηδέν. εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ

maxime, ſed corpus corrumpit ac liqueſacit. Juvat igitur et nocet alimentum, quum in calorem et frigus moderatum aut immoderatum convertitur. Et tamen calor innatus in jecore continetur, cujus ope ſanguis gignitur. Major vero eſt alius calor in corde, qui ad iram excitandam eſt animantibus tributus. Qui non ſecus indiget alimento quam ille alter reſpiratione. In animantibus autem cibi, qui ut aſſimilentur et corpus alant, ſpatio temporis egent, hi frigus univerſi potius quam calorem in praeſenti afferre videntur. Calefaciunt autem hi quoque progreſſu temporis ſicut alia edulia, ſi ſolum ut corpus alant, conſequantur. Omne enim alimentum ſuapte ratione calorem animantis auget. Quocirca adhibenda maxime mens eſt iis omnibus, quae poteſtate calida aut frigida eſſe dicuntur, ſintne ex natura eorum, quibus ali corpus poſſit, an ſolum occaſionem alterationis nanciſcantur, deinde convenienter, propria natura alterata, corpus quodammodo afficiant, et an ab eodem nullo modo ulla

Ed. Chart. VI. [259.]

γένους εἴη τῶν τρεφόντων, εἰ μὲν κρατηθείη, θερμαίνει· μὴ κρατηθέντα δὲ ψύχει. εἰ δὲ τῶν ἐπ' ὀλίγον ποσὸν ἀλλοιουμένων, θερμαίνει πάντως· εἰ δὲ τῶν μηδ' ὅλως, ψύχει μάλιστα. ὥσπερ δὲ τὸ θερμὸν καὶ τὸ αἷμα διὰ τῆς τροφῆς αὐξάνεται, οὕτω ξηραίνεται ἐν ταῖς ἀσιτίαις τὸ αἷμα καὶ παχύτερον ἑαυτοῦ γίνεται. προστίθησι δὲ, ὠφέλειάν τε καὶ βλάβην εἶναι εἰς τὴν δύναμιν. προσέχειν οὖν χρὴ τὸν νοῦν ἀκριβῶς, ἵνα γνῶμεν ὅτι ἡ δυνάμις ἕξει τὴν μίαν ἔνδειξιν ἀεὶ, ἥτις ἐστὶν ἑαυτῆς φυλακή. φυλάττεται δὲ κατὰ μὲν πρῶτον λόγον ἐκ τοῦ τῆς οὐσίας αὐτῆς τὸ κενούμενον ἢ ἀλλοιούμενον ἐπανορθοῦσθαι· κατὰ δεύτερον δὲ ἐκ τοῦ κωλύειν ἡμᾶς τὰ κενοῦν ἢ ἀλλοιοῦν τὴν οὐσίαν αὐτῆς δυνάμενα. τούτων μὲν οὕτως ἐχόντων ἐπὶ μὲν τῶν ὑγιαινόντων συμφωνία τῶν πραττομένων ἁπάντων ἐστὶν εἰς τὴν διαμονὴν αὐτῆς· ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων οὐκ ἀεί. μέγιστον γοῦν ἐστι τὸ τῶν δυνάμεων ἀξίωμα, εἴπερ τὸ ζῆν ἡμῖν ἐκ τῆς τούτων ὑπάρχει φυλακῆς. ἡ δύναμις οὖν ἁπάντων

in re alterentur. Si enim ſint ex genere nutrientium, ſiquidem vincantur, calefaciunt; ſi non vincantur, refrigerant. Sin ex iis ſint, quae parum quid alterantur, omnino calefaciunt. Si denique ex iis, quae nihil omnino alterantur, maxime refrigerant. Quemadmodum autem calor et ſanguis alimento augetur, ſic ſanguis ciborum inopia areſcit et ſe ipſo fit craſſior. Addit autem et noxam et utilitatem in facultatem. Eſt igitur hoc diligenter animadvertendum, ut noſcamus facultatis unam ſemper indicationem, ſui ipſius nimirum conſervationem. Ea autem praecipua ratione cuſtoditur, id, quod e ſua ſubſtantia vacuatur aut alteratur, corrigendo. Secundo vero loco cohibendo ea, quae ipſius evacuare aut alterare ſubſtantiam poſſunt. Quae quum ita ſint, in bene valentibus conſenſus omnium eorum, quae agenda ſunt, eo pertinet, ut ipſa perennis ſit, in aegrotantibus vero non ſemper. Maxima autem eſt virium dignitas, ſiquidem vita in nobis ex harum cuſtodia exiſtit. Facultas ergo prima omnium eſt hominibus conſervanda, ut neque ejus

Ed. Chart. VI. [259.]
πρῶτον φυλακτέα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, ἐκ τοῦ μήτε κενοῦσθαι τὴν οὐσίαν αὐτῆς μήτε ἀλλοιοῦσθαι τοσαύτην ἀλλοίωσιν, ὅση πλησιάσει φθορᾷ. μόριον δὲ ταύτης τῆς φυλακῆς εἶναί φαμεν, ὅταν τὴν εὐκρασίαν ἤτοι φυλάττωμεν οὖσαν, ἢ οὐκ οὖσαν ἐργαζώμεθα. διὸ πρὸς τὴν τῶν δυνάμεων φυλακὴν εὐλαβεῖσθαι δεῖ ὡς μήτε πλείω δῷς μήτ' ἐλάττω. τὸ μὲν γὰρ πλείω τοῦ προσήκοντος διδόναι ἀπεψίας αἴτιον γίνεται, πλὴν ὅτι καὶ βαρύνει τὸ σῶμα· τὸ δ' αὖ μηδ' ὅλως τρέφειν ἀσῶδές ἐστι καὶ κακωτικὸν τοῦ στομάχου καὶ τῆς δυνάμεως καταβλητικὸν, καὶ πολλάκις τῆς κακοχυμίας αὐξητικόν.

ι'.

Δυνάμιος δὲ ποικίλαι φύσιες.

Πᾶσαν δύναμιν ἀπὸ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν, ὅπερ ἂν δύναται, καλεῖν εἰθίσμεθα. τινὸς γάρ δύναμίς ἐστι· καὶ τὴν νοῦσον αὐτῆς ἐν τῷ πρός τι κεκτήμεθα. καὶ διὰ τοῦτο

ſubſtantia evacuetur, neque tanta alteratione immutetur, ut corruptelae propinqua ſit. Hujus autem cuſtodiae partem eſſe dicimus, quum vel aptam temperiem praeſentem ſervamus, vel abſentem inducimus. Quocirca ad facultatem conſervandam cavendum eſt, ne plura offeras, neve pauciora. Si enim plura quam par eſt des, cruditatis cauſam afferes, praeterquam quod etiam corpus praegravabis, ſicut rurſum omnino non nutrire et ſtomachi faſtidia creat et eundem laedit et vires labefactat et malos ſuccos adauget.

X.

Facultatis autem variae naturae.

Facultatem omnem ex poteſtate efficiendi id, cujus habet poteſtatem, nominare ſolemus. Alicujus enim facultas eſt, ejusque notionem conſequimur ex eo, quod ad

Ed. Chart. VI. [259.]
οὕτως αὐτὴν ὀνομάζομεν, ὅταν τὴν οὐσίαν ἀγνοῶμεν. ὅταν δὲ ῥώμην ἢ ἀρετὴν δυνάμεως λέγωμεν, ἢ καὶ ἀῤῥωστίαν τε καὶ κακίαν, τότε ὡς πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἀκούειν χρὴ τῶν ὀνομάτων. αἱ μὲν οὖν ἐν τῷ σώματι τῶν ζώων δυνάμεις ὀργάνων ἐπιτηδείων δέονται πρὸς τοὔργον. καὶ ὡς οἱ κατὰ τὰς πόλεις τέκτονες ὀργάνοις τισὶ χρῶνται, δι᾽ ὧν τὸ σφέτερον ἔργον ἀποτελοῦσι, οὕτως αἱ δυνάμεις. οὐσῶν δὲ τριῶν ἐν ἡμῖν, τῆς ψυχικῆς καὶ ζωτικῆς καὶ φυσικῆς, αἵπερ διοικοῦσι τὸ ζῶον καὶ ἑτερογενεῖς ἀλλήλων εἰσὶν, ὥσπερ ἐκ πηγῆς τινος ἰδίας ἑκάστη παντὶ τῷ σώματι 'διανέμεται. ἔστι δ᾽ ἡ μέν τις αὐτῶν εἰς τὸ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἀναγκαία καὶ κοινὴ πρὸς τὰ φυτά· καὶ οἷον πηγὴν ἔχει τὸ ἧπαρ. ὀχετοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς εἰς ὅλον τὸ σῶμα διασπειρομένους τὰς φλέβας, ἣν ἔξεστιν ἐπιθυμητικὴν ἢ φυσικὴν ἢ καὶ θρεπτικὴν ὀνομάζειν. ἑτέρα δὲ οὐ μόνον ὡς φυτοῖς ἡμῖν ἢ ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ὡς ζώοις ὑπάρχουσα ψυχὴ κατὰ τὴν καρδίαν ἵδρυται, πηγή τις οὖσα καὶ ἥδε τῆς ἐμφύτου

aliquid refertur. Proinde sic ipsam appellamus, quum essentiam ignoramus. Quum vero aut robur aut virtutem facultatis dicimus, aut etiam infirmitatem et vitium, tunc nomen intelligendum est, ut ad actionem refertur. Facultates igitur, quae in corporibus animantium sunt, ad suum opus peragendum accommodatis egent instrumentis, et ut fabri, qui in urbibus vitam degunt, quibusdam instrumentis utuntur, quibus sua opera absolvunt, sic facultates. Quum autem in nobis tres facultates sint, animalis, vitalis et naturalis, quae animal gubernant, sintque diversi inter se generis, unaquaeque veluti ex suo quodam fonte toti est corpori distributa. Earum una ad alendum animal necessaria est, ac communis cum stirpibus et veluti fontem jecur habet, rivulos vero ab hoc in totum corpus dispersos, venas. Hanc vel appetitricem vel naturalem vel altricem vocare licet. Altera est, quae non modo in nobis, ut stirpibus aut viventibus, sed etiam ut animalibus anima inest, quae sedem habet in corde

Ed. Chart. VI. [259. 260.]

θερμασίας. ὀχετοὶ δὲ ταύτης τῆς πηγῆς αἱ ἀρτηρίαι· καλεῖται δὲ καὶ αὐτὴ πολλοῖς ὀνόμασι· καὶ γὰρ δύναμις ζωτικὴ καὶ δύναμις θυμοειδὴς καὶ ψυχὴ θυμοειδὴς ὀνο- [260] μάζεται. τρίτη δὲ ἐν ἐγκεφάλῳ ἐστὶ ψυχὴ λογικὴ, τῶν κατὰ προαίρεσιν ἐνεργειῶν ἅμα ταῖς αἰσθήσεσιν ἐξηγουμένη. ταύτης δ' ἐστὶ καὶ μόρια, οἷς χρῆται ὥσπερ ὀχετοῖς τισι, τὰ νεῦρα, αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν ἐπιπέμπουσα δι' αὐτῶν τῷ ζώῳ παντί. καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτὸς ποικίλας εἶναι τὰς τῆς δυνάμεως φύσεις, ὡς ἐν ποικίλοις τοῦ σώματος μορίοις συνεστώσας καὶ ἐκ ποικίλων ὡς πηγῶν ὁρμωμένας. Ἡρακλείδης δέ φησιν ἐνταῦθα περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἀκούειν ἡμᾶς χρῆν. ὅπερ οὐκ οἶμαί γε ἀπίθανον. ὑπέλαβε γὰρ κατὰ τὸν Ἱπποκράτη τὴν φύσιν τὰς δυνάμεις ἔχειν, ἑλκτικὴν μὲν τῶν οἰκείων μίαν, ἀποκριτικὴν δὲ ἑτέραν τῶν ἀλλοτρίων, τρίτην δὲ ἀλλοιωτικὴν καὶ τὴν τετάρτην τὴν καθεκτικήν. ὃ καὶ ἀληθές ἐστι καὶ ἡμεῖς ἐν ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων οὔσας ἀπεδείξαμεν.

---

estque veluti innati caloris fons quidam. Hujus fontis rivuli sunt arteriae. Caeterum multis nominibus appellatur, nam et facultas vitalis et facultas, quae irascitur et anima irarum aestu fluctuans nominatur. Tertia sita in cerebro est anima particeps rationis, quae voluntariis actionibus una cum sensibus praesidet. Haec utitur ipsa quoque partibus quibusdam ceu rivulis, hoc est nervis, per quos sensum et motum in totum animal transmittit. Ideo ipse varias esse facultatis naturas dixit, ut quae in variis corporis partibus consistant et ex variis veluti fontibus emanent. Heraclides autem censet nos haec de naturalibus facultatibus accipere debere. Quod non absurdum existimo. Rebatur enim ex Hippocratis sententia naturam praeditam esse facultatibus, ut trahendi ea, quae apta sunt, excernendi quae sunt aliena, itemque alterandi et quarto loco retinendi. Quod sane verum est et nos in unoquoque instrumento esse demonstravimus.

ια'.

Χυλοὶ φθείροντες καὶ ὅλον καὶ μέρος καὶ ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν.

Ἡ φθορὰ διττῶς λέγεται, ἡ μὲν ἐν τῷ γίγνεσθαι, ἡ δὲ ἐν τῷ γεγονέναι. τὰ δὲ πράγματα κατὰ τέτταρας τρόπους φθείρεσθαι εἴωθεν. ὅτι καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐστι τέτταρα· τὰ μὲν διὰ ξηρότητα φθείρεται, τὰ δὲ δι' ἄμετρον θερμότητα ἢ ψυχρότητα ἢ καὶ ὑγρότητα. φθείρεται γὰρ τὴν φύσιν, ἕκαστον θερμαινόμενον ἢ ψυχόμενον ἢ ξηραινόμενον ἢ ὑγραινόμενον. μάλιστα δὲ διὰ τὸ θερμαίνεσθαι ἢ ψύχεσθαι· δραστικώταται γὰρ αὗται αἱ ποιότητες ἤδη δὲ καὶ διὰ τὸ ὑγραίνεσθαι καὶ ξηραίνεσθαι. ἐν δὲ τῷ πεινῇν ἢ διψῇν ἐπιλειπούσης ἔνθα μὲν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, ἔνθα δὲ τῆς ξηρᾶς. τὸ μὲν οὖν αἷμα εἰ χολωδέστερον ὑπάρχοι, ῥᾷον ἐκθερμαίνεται· ἐὰν δὲ ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ περιέχηται, εἴη δ' ἱκανῶς θερμὸν καὶ καθ' ὅλον τὸ ζῶον χολῶδες, πολὺ μᾶλλον ἐκθερμανθήσεται· καὶ

XI.

Succi corrumpentes et totum et partes et foris et intus.

Duobus modis corruptela dicitur, tum ea quae fit, tum ea quae facta est. Res autem quatuor modis corrumpi solent, quod etiam ipsarum essentiae elementa sint quatuor, ut quaedam propter siccitatem, quaedam propter nimium calorem aut frigus aut humorem corrumpantur. Cujusque autem natura corrumpitur, quum calesit aut frigesit aut siccatur aut humectatur, potissimum autem dum calesit aut frigesit, quippe quum hae qualitates sint efficacissimae. Sed etiam quum siccatur et humectatur, ut etiam esuriendo et sitiendo, dum hic humida, illic sicca substantia deest. Itaque si sanguis sit biliosior, facilius excalesit. Sique in parte contineatur, quae inflammatione tentetur, sitque admodum calidus et in toto corpore sit biliosus, multo magis excalesit, ac deinceps corrumpitur.

Ed. Chart. VI. [260.]

ἑξῆς διαφθείρεται. ἴσμεν γὰρ ὅτι ἐπὶ παντὸς τοῦ θερμαίνοντος, ὅσον εὐαλλοίωτον ἦν, ἢ τῇ φύσει θερμὸν ἐκθερμαίνεσθαί τε καὶ οὕτω φθείρεσθαι πρῶτον, ὥσπερ γε κἀπὶ τοῦ ψύχοντος, ὅσον εὐαλλοίωτον ἢ τῇ φύσει ψυχρὸν, ἐκεῖνο πρῶτον καταψύχεται καὶ διαφθείρεται εἴτε καθόλου εἴτε κατὰ μέρος. ἔστι δ' εὐαλλοίωτα ὅσα καὶ λεπτομερέστερα. διὸ τὸ πνεῦμα εὐαλλοίωτόν ἐστι. θερμότατον δὲ φύσει ἡ χολὴ ξανθὴ, ψυχρότατον δὲ τὸ φλέγμα. αἷμα δὲ ἐφεξῆς τῇ ξανθῇ χολῇ θερμόν. ἡ μέλαινα δὲ ψυχρὸν κατὰ τὸ φλέγμα. ἀλλοιοῦται μὲν γὰρ ἡ ξανθὴ χολὴ ῥᾳδίως ὑπὸ παντὸς τοῦ δρῶντος εἰς αὐτὴν, ἡ μέλαινα δὲ δυσκόλως συνελόντι δ' εἰπεῖν τὸ μὲν λεπτομερὲς ἅπαν εὐαλλοίωτον, τὸ δὲ παχυμερὲς δυσαλλοίωτον καὶ ἑξῆς δύσφθαρτον. εἰσὶ δὲ διαφθοραὶ τοῦ σώματος ἡμῶν διτταὶ κατὰ γένος. αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀναγκαῖαί τέ εἰσι καὶ σύμφυτοι καὶ ὡς ἐκ τῶν ἀρχῶν τῆς γενέσεως ὁρμώμεναι, καθάπερ ἐξ αἵματός τε καὶ σπέρματος. ἔνιαι δὲ ἐξ αὐτῶν ἡμῶν ὁρμώμεναι. πρῶτον μὲν γένος διὰ τὴν ξηρότητα γίνεται καὶ γῆρας καλεῖται.

Scimus enim quicquid facile alteratur, aut natura calidum eſt, id a quavis re calefaciente excalefieri atque ita primum corrumpi, ſicut quicquid facile eſt ad alterandum et natura frigidum, id a quavis re refrigerante primum refrigerari atque corrumpi, ſive univerſe, ſive particulatim. Facile porro alterantur, quae tenuiorum ſunt partium, proinde ſpiritus eſt ad alterandum facilis, ac bilis flava eſt natura calidiſſima, pituita frigidiſſima. Poſt flavam bilem calidus eſt ſanguis, ut poſt pituitam frigida eſt atra bilis. Etenim flava bilis a quovis in ipſam agente alteratur, atra aegre, atque ut uno verbo dicam, quicquid e tenuibus conſtat partibus, facile ad alterandum eſt, quicquid e craſſis, difficile, deinceps difficile ad corrumpendum. Corporis autem noſtri ſunt duo genera corruptelae. Quaedam enim corruptelae ſunt neceſſariae et innatae et tanquam ex ortus noſtri principiis, ut ex ſanguine ſemineque profectae, quaedam ex nobis ipſis oriuntur. Primum genus ex ſiccitate ſit, ac ſenectus appellatur, eſique

Ed. Chart. VI. [260. 261.]

ἔστι δὲ σύμφυτος ἀνάγκη φθορᾶς ἅπαντι τῷ γεννητῷ σώματι. δευτέρα δὲ τοῖς ζώοις μάλιστα ὑπάρχουσα, τῆς ὅλης αὐτῶν οὐσίας ἡ ῥύσις, ἐκ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἀποτελουμένη. ῥεούσης γοῦν τῆς συστάσεως ἀπὸ πάντων τῶν ζώων, εἰ μή τις ἑτέρα ὁμοία ἀντεισάγει τῷ ἀποῤῥέοντι, διαφθαρθήσεται σύμπαν οὕτω τὸ σῶμα. διὰ μὲν οὖν τῆς ἐδωδῆς ἀναπληροῦμεν ὅσον ἀποῤῥυῇ τῆς ξηροτέρας οὐσίας· διὰ δὲ τοῦ πόματος ὅσον τῆς ὑγροτέρας. οὕτω δὲ καὶ τῆς ἀερώδους τε καὶ πυρώδους οὐσίας τὴν συμμετρίαν ἀνα- [261] πνοαῖς τε καὶ σφυγμοῖς διασώζομεν. οὐ γὰρ ὡσαύτως ὑπὸ τῶν θερμῶν ἢ ψυχρῶν ἅπαν τὸ σῶμα διατίθεται. καὶ διὰ τοῦτο τινὰ μὲν οἰκείους ἔχει χυμοὺς ἀλλήλοις ζῶα, τινὰ δὲ οὐ μόνον οἰκείους ἔχει, ἀλλὰ καὶ φθαρτικούς. τρέφεται δὲ πάντα πρὸς τῶν ὁμοίων. ἀναιρεῖται δὲ καὶ φθείρεται πρὸς τῶν ἐναντίων. οὐδὲν μέντοι αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ, ὥς γε ἐκ τῆς οἰκείας θερμασίας φθείρεται· τοὐναντίον δ' ἅπαν αὔξάνεταί τε καὶ ῥώννυται καὶ ὑγιαίνει καὶ ζῇ. εἰ δέ τι παρὰ φύσιν ἐγγένηται τοῖς σώμασι, τοὺς μὲν χυμοὺς

haec omni genito corpori innata corruptelae neceſſitas. Altera quae in animantibus ineſt maxime, totius ſubſtantiae fluor eſt, qui ab innato calore efficitur. Quum enim fluat omnium animantium moles, niſi alia ſimilis ſubſtantia pro ea, quae defluit, introducatur, univerſum corpus ita corrumpetur. Ergo quicquid ſiccioris ſubſtantiae effluxit, cibo reſtituimus, quicquid vero humidioris, potione, ita aëreae igneaeque ſubſtantiae modum reſpirationibus pulſuque arteriarum conſervamus. Siquidem non eodem modo univerſum corpus a calidis aut frigidis afficitur, ob eamque cauſam quaedam animantes aptos ſibi ipſis humores habent, quaedam non modo aptos, ſed etiam qui perniciem afferant. Caeterum omnia aluntur ſimilibus, tolluntur autem et corrumpuntur a contrariis. Nihil tamen ex ſeipſo, ut ex proprio calore corrumpitur. Contra vero omnia augentur, roborantur et bene valent et vitam ducunt. At ſi quid praeter naturam corporibus accidat, primum humores propter humiditatem corrum-

Ed. Chart. VI. [261.]
πρώτους δι' ὑγρότητα διαφθείρει· τῷ χρόνῳ δὲ καὶ τῆς πιμελῆς ἅπτεται καὶ τῆς σαρκός. καὶ διὰ τοῦτο ὁρᾶται πολλάκις ἐκχολούμενον τὸ αἷμα κατά τινα διαφθορὰν ἀλλόκοτον· ὡς ὅλον τὸ τοῦ σώματος γενέσθαι πρασοειδές. ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν θανασίμων φαρμάκων εἰς διαφθορὰν χυμῶν ἀφικνούμενον ὁρᾶται τὸ σῶμα, παραπλησίαν τῇ διὰ τῶν φαρμάκων γιγνομένῃ. ἐνίοτε δὲ τὸ χρῶμα ἐξαλλάττεται διὰ τὴν τροπὴν χυμῶν, ὡς ἰκτεριωθῆναι τὸ πᾶν. ἐνίοτε δὲ μολίβδῳ παραπλήσιον ἔχειν τὴν χρόαν· ἐνίοτε δὲ φαιοτέραν· ἐνίοτε δὲ μελαντέραν· ἐνίοτε δὲ καὶ πρὸς τὸ * οὐ θαυμαστόν. δῆλον γὰρ ὅτι ἡ σῆψις ὑπὸ θερμότητος ἀλλοτρίας γίνεται, ὡς εἴρηται. λέγω δ' ἀλλοτρίαν τὴν ἔξωθεν, οὐκ ἔμφυτον, οὐδὲ οἰκείαν ἑκάστου τῶν ὄντων. αὕτη μὲν πέφυκεν πέττειν, ἡ δὲ ἀλλοτρία διαφθείρειν. οὕτω δὲ ἔξωθεν θερμότης ἐπιγίνεται τοῖς χυμοῖς, μάλιστα δὲ τῷ αἵματι κατά τε τὰς ἐγκαύσεις καὶ τὰς λοιμώδεις καταστάσεις. ἀλλὰ κἀπειδὰν ἔν τινι μορίῳ τοῦ ζώου τὸ αἷμα πλέον ἀθροισθὲν ὑπὲρ τὴν δύναμιν αὐτοῦ γένηται, διαφθείρεται,

pit, temporis vero progreſſu id pinguedinem et carnem attingit. Quamobrem videmus ſaepenumero ſanguinem bilioſum redditum corruptela quadam abſurda usque adeo, ut totus corporis color porri colorem imitetur. Quin etiam ſine mortiferis medicamentis cernitur corpus ad humorum corruptelam pervenire, quae ſimilis eſt ei, quam venena afferunt. Quandoque etiam color propter humorum converſionem immutatur, ut totum corpus arquatum ſit, interdum plumbi colorem referat, interdum ſit magis fuſcum, interdum nigrius, interdum vero etiam magis vergat ad * Quod mirabile non eſt. Perſpicuum enim eſt putredinem ab alieno calore proficiſci, ut dictum eſt. Alienum calorem voco eum, qui foris advenit et neque eſt innatus, neque unicuique rei aptus, ſiquidem innato eſt a natura tributum ut concoquat, alieno ut corrumpat. Calor enim extrinſecus ſanguini advenit et in ſolis exuſtionibus et in peſtilenti ſtatu. Sed et quando in aliqua parte corporis major copia ſanguinis

Ed. Chart. VI. [261.]
ὡς κατὰ τοὺς βουβῶνας καὶ τὰ φύματα καὶ τὰς φλεγμονὰς, ὅταν ἐμφραχθῇ διὰ πάχος ἐν τοῖς μικροῖς ἀγγείοις ἢ σφηνωθῇ διὰ πλῆθος. καὶ τότε κατὰ διττὴν αἰτίαν φθείρεται τὸ αἷμα, τῷ τε μὴ διαπνεῖσθαι καὶ τῷ μὴ κρατεῖσθαι πρὸς τῆς φύσεως. * * μεταβάλλει δήπου πάντως καὶ ἡ μετάπτωσις εἰς τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν γίνεται· * καὶ τοίνυν κατὰ τὰς τῶν χυμῶν ἰδέας * * περὶ τούτων εἴρηται τὰ εἰκότα ἐν τοῖς περὶ * * τῇ τοῦ * * αἵματος μεταβολῇ σὺν * πειρατέον ὑπὲρ αὐτῶν διελθεῖν, οὐδ' ἐνταῦθα μηκύνοντες, οὐδὲ ἀντιλέγοντες τοῖς παλαιοῖς, τοῖς μάλιστα ἐσφαλμένοις, πλὴν γὰρ Ἀριστοτέλει, ὅς μοι δοκεῖ ὀρθῶς εἰρηκέναι, ἄλλους σχεδὸν πάντας ἐστὶν ἐσφαλ. * * συγχωροῦσι μὲν πάντες, ἀπὸ τῆς οἰκείας ἢ ἀλλοτρίας θερμότητος γίγνεσθαι, οὐχ ὁμοίως δέ· ἀλλ' ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς * * * * τοῖς γὰρ οὕτω διακειμέ-

coacervata ſit et ejus vires ſuperet, corrumpitur, quemadmodum in tumoribus inguinum et orientibus tuberculis et inflammationibus, quum in parvis vaſculis propter craſſitudinem obſtruitur aut propter multitudinem impingitur. Quo ſane tempore ſanguis duplici de cauſa corrumpitur, et quia non difflatur et quia a natura non vincitur * Omnino mutatur et commutatio in humorem melancholicum ſit * et ex humorum formis. * Deque his dicta ſunt, quae dici par erat in libris de * ſanguinis mutatione * * Conandum eſt de eis diſſerere, ita tamen ut neque hoc loco longiores ſimus, neque veteribus contradicamus, qui ſummopere erraverunt, praeter Ariſtotelem, qui quum caeteri ferme omnes hallucinati ſint, recte dixiſſe mihi videtur. * Omnes tamen concedunt a ſuo aut alieno calore id effici. Non tamen pari modo. Sed Empedocles * * Iis enim, qui ſic

Ed. Chart. VI. [261. 262.]
νοις φησὶν ὀλεθρίως ἔχειν αὐτοὺς, ὅτι τοιαῦτα τὰ πάθη ἐνδείκνυται ἔνδειαν τροφῆς καὶ διαφθορὰν χυμῶν, ὅπερ οὐκ ἀεὶ συμβαίνει. * * * καὶ μὲν ἀλλὰ συγχωρητέον ἤδη αὐτοῖς πολλὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν εἰρηκόσιν ἄτοπα, ὡς μήτε ἰατροῖς μήτε ἐμπείροις· ὡς δὲ φιλοσόφοις καὶ τὰς τῶν ὄντων αἰτίας ζη * * * *

ιβ'.

Αὐτόματοι καὶ οὐκ αὐτόματοι· ἡμῖν μὲν αὐτόματοι, αἰτίῃ δὲ οὐκ αὐτόματοι.

[262] Τὰ αὐτόματα λέγεταί ποτε οὐ τὰ χωρὶς αἰτίας, ἀλλὰ χωρὶς τῆς ἐξ ἡμῶν αἰτίας. ὅταν γὰρ δόντων ἡμῶν χολαγωγὸν φάρμακον τῆς χολῆς γένηται κένωσις, οὐκ ἔτι αὐτὴν ὀνομάζειν αὐτόματον χρή· ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ χωρὶς τῆς αἰτίας τῆς ἔξω, ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ οἷον ἐξαίφνης οὐδενὸς

affecti ſunt, perniciem inſtare: ſiquidem ejusmodi affectus et alimenti indigentiam et humorum corruptelam indicant, quod quidem non ſemper uſu venit. * * Illis tamen, utpote qui multa abſurda in iis, quae ad medicinam pertinent, dixerint, hoc jam concedendum eſt, quod neque medici ſint, neque longo uſu exercitati; ſed quod philoſophi eſſent et rerum cauſas perveſtigarent. *

XII.

Spontanei ac minime ſpontanei; nobis quidem ſpontanei, cauſa vero minime ſpontanei.

Spontanea interdum dicuntur non quae ſine cauſa, ſed quae ſine cauſa a nobis proſiciſcente fiunt. Quum enim medicamentum bili ducendae aptum damus, bilis fit evacuatio, nec eam tum ſpontaneam nominare oportet; interdum etiam quae ſine externa cauſa fiunt. Interdum

συμπτώματος προηγησαμένου. νῦν δὲ ἄμεινον ἀκούειν τὰ αὐτόματα σημαίνειν τὰ χωρὶς τῆς αἰτίας τῆς ἐξ ἡμῶν, ἵνα γνῶμεν τοὺς χυλοὺς ἢ αὐτομάτους εἶναι, ἢ μὴ αὐτομάτους καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγαθοὺς γινομένους. ὃ χρὴ μιμεῖσθαι τὸν ἰατρόν. τοῦτο γὰρ δῆλον. προστίθησι γὰρ, ἡμῖν μὲν αὐτόματοι, ὅτι κατὰ φύσιν καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως γίνονται· αἰτίᾳ δ' οὐκ αὐτόματοι· διότι ὑπαρχούσης τῆς ἄλλης αἰτίας οὐκ εἰσὶν αὐτόματοι. κατὰ μὲν οὖν τὴν ἔννοιαν ταύτην εἶπεν αὐτὸς, ὑπὸ διαῤῥοίας ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταυτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει τὴν νόσον. καὶ ἐν ἄλλοις, ὁκόσοι ἀπὸ ταυτομάτου αἷμα οὐρέουσιν. ἀλλὰ καὶ τὰς κενώσεις αὐτομάτους ἐκ τοῦ σώματος λέγομεν, ὅσαι χωρὶς τοῦ πρᾶξαί τι ἡμᾶς γίγνονται. ὅπερ ποτὲ συμβαίνει τῆς διοικούσης τὸ σῶμα φύσεως τὰ αὐτόματα ἐκκαθαιρούσης, ποτὲ δὲ δι' ἐρεθισμὸν, ἢ τὸ μὴ στέγεσθαι πρὸς τῶν ἀγγείων. καὶ τότε δεῖ τὸν ἰατρὸν προσέχειν τὸν νοῦν, πότερον χρησιμεύουσιν ἢ βλάπτουσι, τουτέστι πότερον, ὡς αὐτὸς φησὶν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρονται. τότε

vero quae velut repente, nullo casu praecedente. Nunc vero praestiterit accipere spontanea significare quae fiunt sine causa a nobis proficiscente, ut noscamus humores spontaneos esse, vel non spontaneos et a natura bonos effici, quam rem debet medicus imitari, id enim perspicuum est. Addit enim, nobis quidem spontanei, hoc est secundum naturam et a natura facti: *causa vero non spontanei*, quia quum alia causa subest, non sunt spontanei. In hanc sententiam ipse dixit haec: *quem diuturnus alvi fluor vexavit, ei vomitus sponte superveniens morbum solvit.* Et alio in loco: *quicunque sponte sanguinem mingunt.* Quin etiam evacuationes e corpore fieri sponte dicimus, quaecunque fiunt, quum nos nihil molimur. Quod solet contingere, quum natura corpus gubernans expurgat ea, quae sua sponte feruntur, interdum irritata, aut quod illa a vasculis non cohibeantur. Quo sane tempore advertere medicus debet an prosint, an ne noceant. Hoc est utrum, ut ipse ait, qualia purgari oportet

Ed. Chart. VI. [262.]

γὰρ τὰ σώματα ὠφελεῖται καὶ ἡ φύσις ἐκκενοῖ τὸ περιττόν. ὅτε δὲ λόγῳ συμπτώματος γίνεταί τι, οὔτε ὠφέλειά τις ἕπεται, τοιαύτη ἡ κένωσις σημεῖον τῆς κακῆς τοῦ ζώου διαθέσεώς ἐστι.

ιγ'.

Αἰτίη δ' αὖ τὰ μὲν δῆλα, τὰ δ' ἄδηλα, καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, τὰ δ' ἀδύνατα.

Τῆς τῶν κατὰ τὸ ζῶον συμβαινόντων ζητήσεως ὁ καρπὸς οὗτός ἐστι, τὸ τὰς αἰτίας τῶν δυσκρασιῶν εἰδότι, εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν αὐτάς. πῶς δέ τις διαγνωστικός τε καὶ ἰατρὸς τῶν νοσημάτων ἔσται ἀγνοῶν ὅλως αὐτὰ, τίνα τέ ἐστι καὶ πόσα καὶ ποῖα; ἡμεῖς δὲ συγχωρήσαντες γένη πλείω τῶν αἰτιῶν ὑπάρχειν τινὰ προθήσομεν νῦν. πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα δι' ὃ γίνεταί τι· δεύτερον δι' οὗ γίνεται· καὶ τρίτον ἐξ οὗ· καὶ τέταρτον δι' οὗ· καὶ πέμ-

purgentur. Siquidem tunc corpora juvantur et natura id evacuat, quod supervacaneum est. Quum vero symptomatis ratione fit aliquid, neque ulla consequitur utilitas, ejusmodi evacuatio est malae constitutionis animantis indicium.

XIII.

Causae rursus aliae manifestae, aliae abditae et aliae possibiles, aliae impossibiles.

Fructus quaestionis eorum, quae animali accidunt, est, ut qui causas intemperierum norit, eas ad naturalem statum reducat; quomodo autem noscet curabitque morbos is, qui et qui et quales et quanti sint ignorabit? Nos autem ut multa esse genera causarum concedamus, quasdam in praesentia afferemus: primum quidem et praecipue illam, propter quam fit aliquid; secundo a qua fit; tertio ex quo; quarto per quod; quinto quale fit. Eo-

Ed. Chart. VI. [262.]

πτον τὸ καθό· τρία γάρ ἐστι τὰ σύμπαντα γένη τῶν παρὰ φύσιν, ἓν μὲν αἱ διαθέσεις αἱ βλάπτουσαι τὴν ἐνέργειαν, ἕτερον δὲ τὰ τούτων αἴτια, καὶ τρίτον τὰ συμπτώματα. τὰ μὲν οὖν αἴτια κυριώτατα μὲν, ὅταν ἐνεργῶσι, οὕτως ὀνομάζεται. λέγεται μέντοι γε πολλάκις, εἰ καὶ μηδέπω μηδὲν ἐνεργεῖ, κατ᾽ αὐτὸ τὸ δύνασθαι μόνον, οἷον καὶ ἀπεψίαι νόσων αἰτίαι λέγονται, κᾂν μηδέπω τις νοσάζῃ. διὸ τῶν αἰτίων τὸ μέν ἐστι προκαταρκτικὸν, τὸ δὲ συνεκτικὸν, τὸ δὲ προηγούμενον· ὡς προκαταρκτικὸν μὲν εἶναι, ὃ ποιῆσαν τὸ ἀποτέλεσμα κεχώρισται. συνεκτικὸν δὲ, ὃ παρὸν φυλάττει τὴν παροῦσαν νόσον. ἀναιρούμενον δὲ συναναιρεῖ, προηγούμενον δὲ αἴτιόν ἐστι, τὸ ὑπὸ τοῦ προκαταρκτικοῦ κατασκευάζεταί πως. οὗ παρόντος πάρεστι τὸ ἀποτέλεσμα καὶ αὐξομένου αὔξεται· καὶ μειουμένου μειοῦται· καὶ αἱρουμένου αἱρεῖται· εὑρίσκεται δὲ καὶ ἄλλα γένη πολλὰ, ὡς τὸ αὐτοτελὲς, τό τε συναίτιον καὶ τὸ συνεργόν· ὥσπερ καὶ τὰ πρόδηλα καὶ μὴ πρόδηλα αἴτια. λέγουσι μὲν αὐτοτελὲς εἶναι τὸ αὐτὸ καθ᾽ αὐτὸ ποιοῦν τὸ τέλος.

rum enim quae praeter naturam ſunt, tria ſunt univerſa genera: unum affectiones quae actionem laedunt, alterum earum cauſae, tertium ſymptomata. Cauſae autem quum agunt, hoc potiſſimum vocabulo gaudent. Sed ſaepe etiam ſic vocantur, licet nondum quicquam agant, ſed quod ſolum poſſint, veluti cruditates morborum cauſae dicuntur, quamvis nemo adhuc aegrotet. Quocirca cauſarum alia eſt procatarctica, alia continens, alia antecedens, ut procatarctica ſit, quae opere perſecto ſeparatur. Continens quae praeſens morbum praeſentem conſervat, ſublata tollit. Antecedens cauſa eſt, quae a procatarctica quodam modo fit, qua praeſente effectus ipſe adeſt et illa adaucta adaugetur et diminuta diminuitur et ſublata tollitur. Multa quoque alia genera cauſarum inveniuntur, ut per ſe finiens, concauſa et cauſa adjuvans, ſicut etiam ſunt et manifeſtae et obſcurae. Volunt autem cauſam per ſe finientem eſſe, quae ipſa per ſe finem afferat, concau-

Ed. Chart. VI. [262. 263.]

συναίτιον δὲ ὃ κατὰ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ δύναμιν οὐχ οἷόν τέ ἐστι ποιῆσαι τὸ ἀποτέλεσμα· [263] σὺν ἑτέρῳ δὲ δύναται. συνεργὸν δέ ἐστιν αἴτιον, ὃ ποιοῦν μὲν τὸ ἀποτέλεσμα, δυσχερῶς δέ. διό τι συλλαμβάνει πρὸς τὸ ῥᾷον αὐτὸ ἀποτελεῖν. αἴτια δὲ πρόδηλα προσαγορεύεται ὅσα ἐξ ἑαυτῶν ποιοῦντά τε καὶ ἐνεργοῦντα αἰσθάνεται· οὐ πρόδηλα δὲ ὅσα οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ διὰ σημείων καταλαμβάνεται· καθάπερ ἄδηλα καλεῖται ὅσα οὐδὲ ἐξ ἑαυτῶν, οὐδὲ ἐκ τῶν ἄλλων εἰς τὴν αἴσθησιν πίπτει. ταῦτα μὲν ἢ ἄδηλα ἀεί ἐστιν, ἢ πρὸς καιρόν· ἅπερ εἶναί φαμεν τὰ μέχρι μέν τινος ἀπόντα, αὖθις δὲ ὑπὸ τὴν αἴσθησιν ἐλθεῖν δύναται· ὡς ἐν τῷ περὶ τῶν προκαταρκτικῶν αἰτιῶν ὑπομνήματι δέδεικται. εἰδέναι δὲ δεῖ πάντως τὰ αἴτια, εἴπερ μηδὲν ἀναιτίως γίνεται. καὶ τοῦτ' ἔστιν ἁπάντων σχεδόν τι τῶν φιλοσόφων ὁμολόγημα κοινόν. οὐ μὴν, ἀλλὰ πειρατέον ἐστὶ τὸ τῶν ἁπάντων αἰτίαν ἀποδοῦναι. πρῶτον μὲν ὅτι πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων ἐννοίας καὶ πρὸς τὰς χρείας οὐ πολλάκις τὸ τοιοῦτον ἀναγκαῖόν ἐστιν· ἔπειθ' ὅτι πολλὰ τῶν ὄντων τρό-

ſam vero, quae ſuapte vi opus efficere non poſſit, quum alia conjuncta poſſit, cauſam adjuvantem eſſe, quae efficiat illa quidem opus, ſed aegre. Proinde aliquid ab ipſa aſſumi ad id, quod vult, facilius efficiendum. Cauſae autem manifeſtae appellantur, quae ipſae ex ſe, quum agunt et faciunt quid, in ſenſum cadunt. Non manifeſtae vero, quae non ex ſe, ſed mediis intercedentibus percipiuntur. Sicut abditae vocantur, quae neque ex ſe ipſis, neque ex aliis ſentiuntur. Eaeque aut ſemper abditae ſunt, aut ad tempus quas eſſe dicimus, quae aliquando abſunt, rurſus vero cadere ſub ſenſum poſſunt, ſicut in libro de cauſis procatarcticis oſtenſum eſt. Cauſarum habenda omnino cognitio eſt, ſiquidem nihil ſine cauſa efficitur. Haecque eſt communis fere omnium philoſophorum conſenſio. Non tamen conandum eſt rerum omnium afferre cauſam; primum quia ad rerum notiones atque uſus hoc non eſt ſaepe neceſſarium, deinde quia multa ſunt in rerum natura, quae ſuapte natura quibusdam principiis

Ed. Chart. VI. [263.]
που τινὰ ἀρχαῖς τισὶν ἔοικε κατὰ φύσιν, ὥστε μὴ παραδέχεσθαι τὸν ὑπὲρ αἰτίων λόγον. πρὸς δὲ τούτοις διαμαρτάνουσιν ἐνίοτε, ὅτι τὰ ἀγνοούμενα καὶ τὰ μὴ αἴτια λαμβάνοντες οἴονται λέγειν τὴν αἰτίαν. οὐ γοῦν δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πάντων οἰομένοις δεῖν λέγειν τὴν αἰτίαν. τότε γὰρ δεῖ τῶν ὄντων αἰτίαν ζητεῖν, ὅτ᾽ ἂν μέλλῃ περὶ τούτων γνωριμώτερον ἢ πιστότερον γίνεσθαι τὸ λεγόμενον. ἀεὶ μέντοι διαφυλάττειν ἀξιοῦμεν τοῦτο, οἷς ἂν ἀλήθεια σπουδάζηται, τὸ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ἐναργῶς φαινομένων, μηδ᾽ ἂν ὅτι μάλιστα τὸν τῆς αἰτίας λογισμὸν ἀπορώτατον ἔχει. τοῦτ᾽ ἐπαινεῖν Ἱπποκράτην ἄξιον ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ ἐν τοῖς περὶ τούτων, περὶ ὧν νῦν διαλεγόμεθα λόγοις οὐχ ἥκιστα. μέχρι γὰρ τοῦ προέρχεσθαι τὸν ἰατρὸν ἀξιοῖ, ὅσον περ ἡ τέχνη αὐτοῦ δύναται, ὡς πολλάκις μέχρι τοῦ πιθανοῦ ἐλθεῖν, ἐπιδεικνύναι τε τὰ παραπλήσια ταῖς ἀλλήλων φύσεσι πράγματα καὶ διὰ τοῦτο παρορώμενα, κἄπειτα τίθεσθαι κατὰ τούτων τὰ ὀνόματα, μάλιστα μὲν εἰ

ſimilia ſunt, ut cauſae rationem non admittant. Praeterea nonnunquam falluntur, quum incognita et quae cauſae non ſunt ſumentes, ſe cauſam afferre arbitrantur. Non eſt igitur attendendus ſermo eorum, qui rerum omnium cauſam putant eſſe afferendam. Tunc enim quaerenda rerum cauſa eſt, quum id, quod de ipſis dicitur, aut notius aut credibilius eſt futurum. Hoc tamen ſemper ſervandum cenſemus ab iis, qui veritatis ſtudio ducuntur, nihil ut occultent eorum, quae evidenter apparent, etiam ſi cauſae rationem maxime controverſam habeant. Quamobrem quum in aliis rebus omnibus Hippocrates ornandus eſt laudibus, tum vel maxime in his, de quibus nunc diſſerimus. Cenſet enim usque eo progredi medicum oportere, quousque pervenire ipſius ars poteſt, ut ſaepenumero ad probabilitatem usque perveniat et res, quod inter ſe natura ſunt ſimiles et ob id minus advertuntur, oſtendat, deinde eis nomina imponat, potiſſimum vero ſi poſſit, quae ſint uſitatiſſima; ſin haec ignoret, apta ſingat.

Ed. Chart. VI. [263.]

οἷός τε εἴη, τὰ συνηθέστατα, εἰ δ᾽ ἀγνοοίη ταῦτα, ποιεῖν ἴδια· πρὸ πάντων δὲ καθ᾽ ἑκάστου πράγματος ἓν ὄνομα, ἵνα μήτε παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἀσάφειά τις γένηται, μήτε παραλείπηταί τι πρᾶγμα τούτων οὕτως ἐχόντων ἐνδέχεταί τινα στίχον αἰτιῶν γενέσθαι, πολλάκις ἀλλήλας διαδεχομένων. ἀλλ᾽ ἐν τοῖς τοιούτοις, εἰ μή τις διορίζοιτο τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ποιεῖν λεγομένου τὸ καθ᾽ ἑαυτὸ, πάμπολλά καὶ ἄτοπα συμπεσεῖται τοῖς λόγοις ἁμαρτήματα. σημαίνει δὲ ταὐτὸν τὸ καθ᾽ ἑαυτὸ τῷ πρώτως, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τῷ δευτέρως, ὥσπερ ἐπὶ τὸ νόσημα διάθεσίς τίς ἐστι παρὰ φύσιν, τὴν ἐνέργειαν βλάπτουσα, ἐνδέχεται δὲ προηγεῖσθαι τῆς νόσου διάθεσιν ἑτέραν τινὰ καὶ αὐτὴν παρὰ φύσιν, οὐ μὴν κατά γε τὸν ἑαυτῆς λόγον βλάπτουσαν τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ νοσήματος, τὴν τοιαύτην διάθεσιν οὐ νόσημα καλέσεις, ἀλλὰ προηγουμένην τοῦ νοσήματος αἰτίαν. οὐδὲ γὰρ καθ᾽ ἑαυτὴν οὐδὲ πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός τε καὶ δευτέρως βλάπτεται ἡ ἐνέργεια. καὶ οὕτως οὐ πᾶν ὅ τι περ ἂν ᾖ παρὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι, νόσημα

Ante omnia vero ſingulis rebus ſingula nomina imponat, ne in ſermone ex homonymia obſcuritas oriatur, neve res ulla omittatur. Quum vero haec ita ſe habeant, ſeries quaedam cauſarum ſe deinceps excipientium ſaepe exiſtit. Sed in ejusmodi, niſi quis diſtinguat eam quae per ſe facit ab ea quae ex accidenti dicitur, plurimi abſurdiſſimique errores in diſputationibus orientur. Significat autem per ſe idem quod primum, ex accidenti idem quod ſecundo loco, quemadmodum morbus eſt quaedam praeter naturam affectio, quae actionem laedit, accidit autem ut alia affectio, quae ipſa quoque praeter naturam eſt, morbum praecedat. Haec tamen non ſui ratione laedit actionem, ſed morbo intercedente, hanc autem affectionem non morbum, ſed cauſam, quae morbum praecedit, appellabis, quum neque per ſe neque primum, ſed ex accidenti et ſecundo loco laeditur actio. Atque ita non jam quicquid praeter naturam ſit in corpore morbus ſtatim erit appellandus, ſed id denique quod primo actionem

Ed. Chart. VI. [263. 264.]
εὐθὺς ἔσται κλητέον, ἀλλὰ τὸ πρώτως βλάπτον τὴν ἐνέργειαν· τὸ δὲ τούτου προηγούμενον αἴτιον. κατὰ μὲν οὖν τὴν αἰτίαν τὰ μὲν δῆλα, τὰ δὲ ἄδηλα, καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, τὰ δὲ ἀδύνατα· ὡς τὰ μὲν οἷά τε εἶναι γίνεσθαι ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας, τὰ δὲ οὔ. καὶ τοῦτό γε κατὰ τὴν δύναμιν τῆς αἰτίας καὶ τὴν ἐπιτειδιότητα τοῦ γενησομένου πράγματος.

ιδ'.

[264] Φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν.

Πάντες ὀλίγου δεῖν τὴν φύσιν ὡς τεχνικὴν ὑμνοῦσι καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου καὶ οἱ κατὰ Ἱπποκράτην. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐρασίστραιον οὐκ ἀεὶ τοῦτο λέγουσιν, αὐτὸν μέντοι τὸν ἡγεμόνα θαυμάζουσιν ὡς θεὸν καὶ πάντα ἀληθεύειν νομίζουσι. εἰ δ᾽ οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα, πάμπολυ δήπου της ἀληθείας ἐσφάλθαι χρὴ νομίζειν τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφους, οἷς μηδὲν ὧν Ἐρασίστρατος ὑπελάμβανεν ἀρέ-

laedit. Quod vero hunc antecedit, causa nominanda est. Causae igitur ratione quaedam manifesta, quaedam abdita sunt; quaedam fieri possunt, quaedam non possunt, ut quaedam a tali causa fieri possint, quaedam non possint, id quod pro potestate causae et prout apta sit res, quae facienda sit, accipiendum est.

XIV.

Natura omnia omnibus sufficit.

Omnes fere et peripatetici et qui Hippocratem auctorem habent, naturam ut artificem ornant laudibus. Erasistrati vero studiosi non id perpetuo consitentur. Illum quidem principem admirantur, ut deum, et omnibus in rebus verum esse existimant. Quod si ita sit, profecto multum a veritate aberravisse philosophos peripateticos putandum est, quibus nihil placet eorum quae Erasistra-

Ed. Chart. VI. [264.]

σκει. ἀλλ᾽ εἴπερ οἱ περιπατητικοὶ καλῶς ἐφυσιολόγησαν, ὡς πᾶσίν ἐστι δῆλον, οὐδὲν ἂν εἴη ληρωδέστερον Ἐρασιστράτου. λέγει γὰρ οὐδὲν ὀρθῶς ἐγνωκέναι περὶ φύσεως τοὺς περιπατητικούς· ὅπερ οὕτω ψεῦδός ἐστιν ὡς εἴ τις ὁμιλήσειε τοῖς Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γράμμασιν, οὗτος τῆς Ἱπποκράτους αὐτὰ δόξειε φυσιολογίας ὑπομνήματα συγκεῖσθαι. καὶ γὰρ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν εἰς ἄλληλα δρῶντα καὶ πάσχοντα Ἱπποκράτης πρῶτος, δεύτερος δὲ Ἀριστοτέλης καλῶς εἶπεν. ἔτι δὲ τρέφεσθαι δι᾽ ὅλων αὐτῶν τὰ τρεφόμενα καὶ κεράννυσθαι δι᾽ ὅλων τὰ κεραννύμενα καὶ ἀλλοιοῦσθαι δι᾽ ὅλων τὰ ἀλλοιούμενα καὶ τὴν πέψιν ἀλλοίωσίν τινα εἶναι καὶ μεταβολὴν τοῦ τρέφοντος εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ τρεφομένου ποιότητα καὶ τὰ περὶ τῆς αἱματώσεως καὶ θρέψεως καὶ αὐξήσεως καὶ ἄλλα πολλὰ δόγματα περί τε γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν ζώων καὶ ὑγείας καὶ νόσου Ἱπποκράτειά τε ἅμα ἐστὶ καὶ Ἀριστοτέλεια. ἐκ δὲ τοσούτων καὶ τοιούτων ἓν μόνον εὑρεθήσεται ταὐτὸν

tus cenſuit. Verum ſi peripatetici recte in naturae contemplatione ſunt verſati, ut perſpicuum omnibus eſt, nihil erit Eraſiſtrato magis ridiculum. Is enim ait peripateticos nihil de natura recte ſtatuiſſe. Quod ita falſum eſt ut ſi quis in Ariſtotelis ac Theophraſti libris ſit verſatus, is ceu commentarios phyſiologiae Hippocratis illos conſcriptos eſſe ſit arbitraturus. Etenim calida, frigida, humida et ſicca agere inter ſe et pati princeps Hippocrates, ſecundus Ariſtoteles recte affirmavit, nutriri quoque per ſe tota, quae nutriuntur et quae miſcentur, omnia per ſe tota miſceri, pari modo quae alterantur per ſe tota alterari; ſicut illud quoque, concoctionem alterationem quandam eſſe et mutationem ejus quod alit in propriam ejus, quod alitur, qualitatem, tum quae de gignendo ſanguine ac nutritione deque incremento habentur et item alia multa decreta ad ortum et interitum animantium et ad bonam valetudinem morbumque pertinentia ſunt Hippocratica ſimul et Ariſtotelica. Ex tot talibus-

Ed. Chart. VI. [264.]
Ἐρασιστράτῳ κἀκείνοις τοῖς ἀνδράσι, τὸ τινὸς ἕνεκα πάντα ποιεῖν τὴν φύσιν καὶ μάτην οὐδέν. φησὶ μὲν γὰρ τοῦτο ἐνίοτε Ἐρασίστρατος, οὐ φυλάττει δέ. ἀλλὰ μυριάκις διαφθείρει. καὶ γὰρ κατὰ τὸν Ἐρασίστρατον ὁ σπλὴν μάτην ἐγένετο, μάτην δὲ τὸ ἐπίπλοον, μάτην δὲ ἄλλα μυρία. διὰ ταῦτα μὲν ἔξεστιν ἰδεῖν ὡς ἐκεῖνοι μὲν οὔτε ψευδεῖς οὔτε ἀπεράντους ἔγραψαν λόγους, τὰ δ' Ἐρασιστράτεια βιβλία παμπόλλους ἔχει τοὺς τοιούτους. γελοῖον δὲ καὶ ἄριστα κατεσκευασμένης τῆς νεὼς ἢ τῆς οἰκείας ἢ τῆς κλίνης, ἀγνώστου δὲ ὄντος τοῦ κατασκευάσαντος, νομίζειν ἄνευ τῆς τέχνης καὶ μάτην γεγονέναι τὰ τοιαῦτα· ἢ κατὰ τύχην διακρινόντων ἁπάντων καὶ τὴν μὲν σπανιάκις ἁμαρτάνειν τοῦ σκοποῦ, τὴν δὲ ἐπιτυγχάνειν ὀλιγάκις· ἀχρείαν δὲ καὶ μὴ τεχνικὴν ἡγεῖσθαι τὴν τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς αἰτίαν εἶναι, φυλάττοντα τὴν ὁμοιότητα τῆς κρίσεως ἐπὶ τῶν ὁρατῶν τεχνιτῶν πρὸς τοὺς μὴ ὁρωμένους. τοῦτ' οὖν εἴ τις αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν βουληθείη βασανίζειν

que ſententiis una ſola reperitur, de qua Eraſiſtratus cum illis viris conſentiat, hoc eſt naturam alicujus rei cauſa facere omnia ac nihil fruſtra. Idque interdum quidem ait Eraſiſtratus, non tamen idem tuetur, ſed plus millies evertit, ſiquidem de Eraſiſtrati ſententia lien ſine cauſa factus eſt, ſic omentum, ſic alia ſexcenta. Quamobrem licet intueri ſermones ab illis mandatos literis neque falſos eſſe, neque parum concludentes, quum interim Eraſiſtrati libri talium pleniſſimi comperiantur. Ridiculum autem eſt, quum optime exaedificatam navim aut domum aut lecticam videas, licet artificem ignores, eam ſine arte et temere et fortuna factam exiſtimare, quum interim artem raro a ſine ſibi propoſito aberrare, fortunam raro eundem conſequi, omnes ſtatuant. Sic etiam abſurdum eſt inutilem et non artificem putare cauſam fabricae corporis noſtri, ſi modo ſimilitudinem judicii in artificibus, qui cernuntur, cum iis qui non videntur ſervare velimus. Hoc autem ſi quis ipſe per ſe in animali velit expendere,

Ed. Chart. VI. [264. 265.]

ἐπὶ ζώου, μεγάλως μοι δοκεῖ καταγνώσεσθαι τῆς Ἀσκληπιάδου τε καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν προπετείας. εἰ δὲ καὶ αἰτίαν μάθοι, δι᾽ ἣν οὐδὲν μάτην γέγονε καὶ πάντα ἐν τῷ σώματι πρὸς τὸ χρήσιμον ὑπάρχει, πεισθῆναι γοῦν μοι δοκεῖ καὶ διὰ τοῦδε τὴν εἰς τὰ ζῶα πρόνοιάν τε καὶ τέχνην τῆς φύσεως. διὸ Ἱπποκράτης, ὡς ἂν πρῶτος ἐπιγνοὺς τὰ τῆς φύσεως ἔργα, θαυμάζει τε καὶ διὰ παντὸς ὑμνεῖ ταύτην, ὡς καὶ δικαίαν ὀνομάζειν καὶ μόνην ἐξαρκεῖν εἰς ἅπαντα τοῖς ζώοις καὶ αὐτὴν ἐξ αὐτῆς ἀδιδάκτως πράττουσαν ἅπαντα τὰ δέοντα. εἰ δ᾽ ἐθέλει τις τῆς φύσεως πρόνοιάν τε καὶ σοφίαν γνῶναι ἀκριβῶς, τοῦτο μὲν εἰδέναι δυνήσεται, εἰ ἐπιβλέψειεν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς καὶ σκέψαιτο, πότερον πλημμελῶς, ἢ δικαίως, οὐκ ἴσα τοῖς μέρεσιν ἅπασι διένειμεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν μείζω, [265] τοῖς δ᾽ ἐλάττω, εἰς ὅσον ἂν ἧκει τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀκριβῶς ἐν ἑκάστῳ μετρήσασα, τὸ μὲν μεῖζον ἀπένειμε μέρος, τὸ δ᾽ ἔλαττον· ἑκάστῳ δὲ τηλικοῦτον, ἡλίκον ἦν δοθῆναι δικαιότατον. οὕτω δὲ καὶ τὸν ἰατρὸν Ἱπποκράτης τῆς φύσεως ὑπηρέτην ὀνομάζει. λέγω

is mihi Asclepiadis et aliorum multorum temeritatem videtur magnopere damnaturus. Si vero causam discat, cur nihil frustra factum sit et omnia in corpore ad usum vergant, vel ex eo naturae in animalibus et providentiam et artem credet. Quare Hippocrates, ut qui primus naturae opera norit, hanc admiratur ac perpetuo praedicat, ut et justam nominet et solam animalibus ad omnia sufficere dicat et ipsam ex se sine doctore quae opus sunt efficere. Si vero naturae providentiam ac sapientiam quispiam velit accurate cognoscere, id poterit percipere, si in dissectionibus spectet et consideret justene an secus suas portiones omnibus partibus distribuerit, sed aliis majores, aliis minores sit impertita: quantae nimirum satis erant, aestimata accurate cujusque dignitate, alii majorem, alii minorem portionem tribuit: unicuique vero tantam dedit, quantam tribui erat aequissimum. Sic Hippocrates vocat medicum naturae ministrum, eum inquam, qui re-

δὲ τὸν ὄντως ἰατρὸν, οὐ φαρμακοπώλην τινὰ ἐκ περιόδου. οὗτος γὰρ τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ φύσεως ὑπηρέτης δικαίως ὀνομάζεσθαι, ὥστε μᾶλλον ἐχθρὸν καὶ πολέμιον τῆς φύσεως αὐτῆς καὶ τῶν καμνόντων πρέπειν καλεῖν αὐτόν. οὕτω μὲν γὰρ δεῖ ποιεῖν τὸν ἰατρὸν, ὡς καὶ φύσιν ὁρῶμεν ἀεὶ ποιοῦσαν. ἀναριθμήτους γὰρ ἐκείνη μηχανὰς ἐξευρίσκει, ἕνεκα τοῦ διασώζεσθαι τὰ σώματα, τὰ μὲν ἀμφιεννῦσα καὶ ὑποστέγουσα τῶν μορίων, ὡς μηδὲν ἔξωθεν πλεονάζειν· τὰ δὲ διατιτρῶσα καὶ ἀνευρύνουσα καὶ ὀχετοὺς ἐντιθεῖσα· τοὺς μὲν ὥσθ' ἕλκειν δι' αὐτῶν τὴν τροφὴν, τοὺς δὲ εἰς ἀνάψυξιν καὶ ἀναπνοὴν ὀχετεύουσά τε τὰ περιττώματα, δι' ἄλλων μὲν τὰ παχέα, δι' ἄλλων δὲ τὰ λεπτά. λάθοιμ' ἂν ἐνταῦθα μεταφέρων ἅπασαν τὴν περὶ χρείας μορίων πραγματείαν, εἰ τὰ τῆς φύσεως ἔργα πάνθ' ἑξῆς καταλέγοιμι. οὐ γοῦν θαυμαστὸν ὅτι φησὶ τὴν φύσιν παντάπασιν ἐξαρκεῖν. καὶ γὰρ αἱ φύσεις, ὡς αὐτὸς που γράφει, τῶν νόσων εἰσὶν ἰατροί. εἰ μὲν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ζώου πάντα πράττει, εὔλογόν ἐστι καὶ τοῦτο, τὰς νόσους ἐκείνην πρώτην ἰᾶσθαι, ἢ

vera medicus fit, non pharmacopolam quendam de trivio. Hic enim tantum abest ut merito naturae minister appelletur, ut potius inimicus et adversarius naturae atque aegrotantium nuncupari jure debeat. Perinde enim par est efficere medicum ut naturam semper facere intuemur. Ipsa enim innumerabiles machinationes conservandorum corporum causa adinvenit, quum quasdam partes circumvestierit ac clauserit, ne quid exterius exuperet: quasdam perforarit et dilatarit canalesque induxerit, quibus modo alimentum, modo refrigerationem spiritumque traherent, simul etiam excrementa per alios crassa, per alios tenuia extruserit. Omnem profecto de usu partium scriptionem huc imprudens transferam, si omnia naturae opera deinceps recenseam. Haud igitur mirabile est, si ait, naturam omnino sufficere: *naturae* enim, ut ipse quodam in loco scribit, *sunt morborum medicae;* propterea quod si natura ad animantis salutem molitur omnia, consentaneum etiam est ab ipsa principe morbos curari, aut dum co-

Ed. Chart. VI. [265.]

πολλοὺς ἱδρῶτας χεάσασαν, ἢ δι' οὔρων ἢ διὰ γαστρὸς ἢ δι' ἐμέτων κενώσασαν τοὺς λυποῦντας χυμούς. καὶ τοῦτο πολλάκις ὁρᾶται συμβαίνειν ἀπὸ τῆς δυνάμεως ἐνοικούσης τοῖς σώμασιν αὐτοῖς τοῖς διοικουμένοις ὑπ' αὐτῆς, ἣν φύσιν εἴωθε καλεῖν Ἱπποκράτης. ταύτην τε φύσιν εἶναι ἀπαίδευτόν τε καὶ οὐ μαθοῦσαν, ἀλλὰ τὰ δέοντα ποιεῖν· ἐπειδὴ τὰς κινήσεις τὰς προαιρετικὰς ὑπὸ πάντων γίνεσθαι τῶν ζώων ἀδιδάκτως εἶδεν. καὶ ταῦτα μὲν γίνεσθαι ἐναργῶς ὁρῶμεν· ὅπως δὲ γίνεται μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς καὶ πλέον τοῦ θαυμάζειν οὐδὲν ἴσμεν. ἀλλ' ἡ φύσις περὶ τὸ ζῶον κατὰ πάντα χρόνον μηχανᾶται περιττὰ σοφίσματα. καὶ γὰρ περὶ τοῦ στόματος τῶν μητρῶν ὅπως ἀκριβῶς ἔσφιγκται καὶ κεκόλληται κατὰ τὸν τῆς κυήσεως χρόνον οὐδεὶς ἀγνοεῖ· ὡς οὐδὲ ὅπως ἐν δέοντι σχήματι τῷ τῆς μήτρας αὐχένι πελάζοι· καὶ ὅπως διεξέρχοιτο χωρὶς τοῦ πληγῆναί τι μέλος ἢ βλάπτειν, οὐ σμικρὰν ἐποιήσατο πρόνοιαν. τοῦ δὲ κυουμένου ζώου τὰς δυνάμεις ἐνυπαρχούσας ἤδη τοσοῦτον αὐξά-

piosum sudorem effundit, aut per urinam aut per alvum aut per vomitum humores noxios excernit. Id autem saepe fieri cernitur ab ea facultate, quae corporibus inest, quae ab ipsa gubernantur, quam Hippocrates naturam appellare consuevit. Hanc quidem et indoctam et non didicisse ait, sed tamen ea efficere quae oporteat, siquidem ipsa sine magistro novit motus voluntarios ab omnibus effici animantibus. Haec autem effici nos evidenter cernimus; quomodo autem fiant, hoc vero humanum ingenium superat: nec magis quicquam quam admirari possumus intelligere. Ac natura omni tempore in animali admirabilia commenta machinatur. Etenim neminem praeterit quo tempore praegnans foemina est quomodo os uteri constrictum accurate conglutinatumque sit: sicut nemo etiam ignorat, quantum providentiae adhibuerit, ut foetus ad collum uteri qua convenit figura perveniret, et quum ipsum pervaderet, nullam partem sauciaret aut laederet. Jam vero facultates, quae in foetu jam sunt, adeo

νει, ὡς μὴ μόνον τρέφεσθαι, ἀλλὰ καὶ φρονεῖν καὶ διανοεῖσθαι καὶ πάντα ὀλίγου δεῖν διαγνῶναί τε καὶ ἐνεργεῖν. ὅπερ τεκμήριόν ἐστιν οὐ τῆς σοφίας μόνον αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς δυνάμεως. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ αὔταρκες. ὃ γὰρ ἁπάντων θαυμάτων μέγιστον ἐμηχανήσατο, τὸ διδάξαι τὸ γεννώμενον ἁπάντων τῶν μορίων τὰς ἐνεργείας, οὔσης αὐτῆς ἀδιδάκτου τε καὶ οὐ μαθούσης. οὐ γὰρ στόμα μόνον καὶ στόμαχον καὶ γαστέρα τροφῆς ὄργανα παρεσκεύασεν, ἀλλ' εὐθὺς ὅπως χρήσαιτο τούτοις, ἐπιστάμενον ἐγέννησε τὸ ζῶον, αὐτοδίδακτόν τινα σοφίας δύναμιν ἐνθεῖσα· καθ' ἣν ἕκαστον τῶν ζώων ἐπὶ τὴν ἐνέργειαν τρέπεται καὶ τὴν οἰκείαν τροφὴν ἀπαιτεῖ· καὶ τἄλλα ἐφεξῆς πάντα, περὶ ὧν ἑτέρου λόγου διέρχεσθαι.

ιε'.

[266] *Ἐς δὲ ταύτην ἔξωθεν μὲν κατάπλασμα, κατάχρισμα, ἄλειμμα, γυμνότης καὶ σκέπη ὅλου καὶ μέρεος, θέρμη*

ὀστρακόδερμα καλούμενα· ὧν τὸ μὲν στερεὸν σῶμα βραδύπορόν τέ ἐστι καὶ σταλτικὸν τῆς γαστρὸς, ἡ δ' ὑγρότης ἐρεθίζει πρὸς ἔκκρισιν. καὶ μάχη τις γίνεταί ποτε πρὸς ἄλληλα, τοῦ μὲν στερεοῦ σώματος ἰσχομένου καὶ βραδύνοντος, ἐπειγομένης δὲ τῆς ὑγρότητος πρὸς τὴν ἔκκρισιν. ἔτι δὲ τὰ βρώματα καὶ πόματα ταχεῖαν ἢ βραδεῖαν ἔχει τὴν διέξοδον, ἤτοι διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῶν φύσιν ἢ διὰ τὴν ἐπίκτητον διάθεσιν τῆς γαστρὸς, ἢ διὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν. ὡς καὶ πάντες ἴσασιν, ὅτι τινὰ μὲν αὐτῶν εἰσιν ὑγρὰ, τινὰ δὲ ξηρὰ, καὶ τινὰ μὲν γλίσχρα, τινὰ δὲ εὔθρυπτά τε καὶ εὐδιαίρετα· καὶ τινὰ μὲν δριμύτητας ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα, τινὰ δὲ ὀξύτητας ἢ πικρότητας ἢ γλυκύτητας ἢ ἁλυκότητας ἢ αὐστηρότητας καὶ στρυφνότητας ἤ τινας ἔξω τούτων φαρμακώδεις δυνάμεις, ὁμοίας ταῖς τῶν φαρμάκων τῶν καθαιρόντων. οὐ γοῦν θαυμαστὸν ὡς τινὰ μὲν ἐπάγει τὴν γαστέρα, μεμιγμένας ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα φαρμακώδεις δυνάμεις, ὁμοίας τῆς κατὰ τὴν κολοκυνθίδα τε καὶ σκαμμωνίαν καὶ

quae teſtam pro cute habere dicuntur, quorum ſolidum corpus tarde permeat alvumque cohibet, humor ad excretionem irritat. Atque interdum pugna quaedam mutuo conferitur, quum ſolidum corpus cohibet et moratur, humor vero ad excretionem ſtimulat. Praeterea vero cibi et potus celeriter aut tarde pertranſeunt, aut propter naturam nobis ab initio tributam, aut propter ventris affectionem acquiſitam, aut propter propriam ſubſtantiam, quum neminem fugiat quosdam humidos eſſe, quosdam aridos, quosdam lentos, quosdam friabiles, quosdam facile dividuos, quosdam acres quosdam acidos aut amaros aut dulces aut ſalſos aut auſteros aut acerbos, aut quasdam extra has habere facultates medicamenti naturam referentes, quae ſimiles ſint earum, quae in medicamentis purgantibus inſunt. Haud igitur mirabile eſt, ſi quaedam alvum movent, quum mixtas in ſeipſis facultates habeant medicamenti naturam referentes, ſimiles earum, quae ſunt in colocynthide, ſcammonio, veratro et aliis generis ejus-

ἐλλέβορον ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. εἰσὶ δέ τινες ἡγούμενοι ἐδέσματα μὲν εὑρίσκεσθαι, ἅπερ οὔτε θρεπτικήν τινα τοῦ ζώου δύναμιν ἔχουσιν οὔτε καθαρτικήν. καί φασι ταῦτα οὐχ ὡς τροφὰς μόνον ἐνεργεῖν πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ὡς φάρμακα, διότι θερμαίνει καὶ ὑγραίνει καὶ ψύχει καὶ ξηραίνει σαφῶς τὰ σώματα. καὶ ταῦτα ὅταν μηδὲν τούτων ἐνεργῇ περὶ τὸ σῶμα, τρέφει δὲ μόνον αὐτὸ, τότε οὐχ ἕξει τὸν τοῦ φαρμάκου λόγον. ἀλλ' εἴπερ ἐστί τινα τοιαῦτα ἐδέσματα, ἡμεῖς εἶναι ὀλίγιστά φαμεν. εἰ δ' ἐστὶ, μόνον τὸν τῆς τροφῆς ἔχει λόγον χωρὶς τοῦ μεταβάλλειν τὸ σῶμα τοῦ προσενεγκαμένου κατὰ ποιότητα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον ὅσα μέσα ταῖς κράσεσιν οὐδεμίαν ἔχει ἐπικρατοῦσαν ποιότητα, ταῦτα μόνον τροφὰς εἶναι, οὐ φάρμακά φασιν. ἔστι μὲν οὖν ὅτε συμφέρει ἐν τῇ τροφῇ δύναμιν εἶναι τοῦ φαρμάκου, ἵνα μετὰ τροφῆς καὶ τὸ βοήθημα προσενέγκοιτο καὶ ἴσως μετά τινος ἡδονῆς, ἔστι δ' ὅτε οὐ συμφέρει τοῦτό γε. καὶ τότε ἡ τροφὴ γίνεται μὲν φαύλη κατὰ τὴν δύναμιν τὴν φαρμακώδη, εἰ καὶ τῇ τῆς τροφῆς ποιότητι ἐπιτήδειος οὖσα

dem. Sunt qui edulia inveniri arbitrentur, in quibus nulla neque alendi animalis, neque purgandi facultas insit, aiuntque haec non solum ut alimenta persaepe agere, sed etiam ut medicamenta, propterea quod corpora perspicue calefaciunt, humectant, refrigerant et siccant: haec porro quum nihil horum agunt in corpore, sed solum alunt, tum non subire medicamenti rationem. Sed si quae sunt hujusmodi edulia, nos certe paucissima esse affirmamus. Quod si sint, solum pro alimento sunt. Nec qualitatem corporis ejus, qui sumpsit, immutant. Hac ratione quae mediae temperaturae sunt nullamque superantem qualitatem habent, haec alimenta solum esse volunt, medicamenta non item. Prodest igitur interdum in alimento vim medicamenti inesse, ut cum alimento remedium quoque adhibeatur, ac fortasse etiam cum voluptate quadam, interdum vero id prodest. Quo sane tempore alimentum redditur malum ex medicamenti qualitate, licet qualitate alimenti esset omnibus temporibus nostro

κατὰ πάντας τοὺς χρόνους τοῖς σώμασιν ἡμῶν. οὐ συμφέρει δὲ, ὡς ὅταν μόνης τῆς καθάρσεως χρήζει τὸ σῶμα, τροφῆς δὲ οὔ. τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν ἐπὶ πᾶσι καὶ ἀεὶ ἀληθές. διὸ προστίθησι, φλαῦρον καὶ ἄριστον πρός τι· δηλονότι τὸ βλαβερόν τε καὶ ὠφέλιμον. ἑτέρῳ γὰρ λόγῳ φαίης ἂν τήνδε τὴν τροφὴν τῆς ἄλλης βελτίονα, ἑτέρῳ δὲ τὴν ἄλλην ὑπάρχειν· [275] οὐχ ἁπλῶς δέ. ἐὰν μὲν γὰρ χρὴ φαρμακεύειν ἢ τὴν κοιλίαν καθᾶραι, βελτίονα πρὸς τοῦτο τὸ ἔργον εἶναι τὴν σκαμμωνίαν τῆς κράμβης λέξειας· ἐὰν δὲ μόνον ὑπάγειν τὴν γαστέρα δέῃ, τὸν τῆς κράμβης ζωμόν. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, διότι τὸ φαῦλον καὶ τὸ οὐ φαῦλον πρός τι λέγεται· καὶ ὃ τινὶ ἄριστόν ἐστι, ἄλλῳ φαῦλον ἔσται, καὶ ἀνάπαλιν. καὶ ὃ ἁπλῶς φαῦλόν ἐστι, τινὶ κατὰ μέρος ὠφέλιμον εὑρεθήσεται. περὶ δὲ τῆς τοῦ φαύλου ὀνομασίας ἰστέον ὅτι οἱ παλαιοὶ σχεδὸν ἅπαντες εἰώθασι λέγειν αὐτὸ ἀντὶ τοῦ τυχόντος καὶ ἁπλοῦ, ᾧ ἀντικείμενον τιθέασι τὸ ἀκριβές· νῦν δὲ οὐχ οὕτω ληπτέον, ἐπειδὴ ἀντίκειται αὐτῷ τὸ ἄριστον.

---

corpori idoneum. Non prodeſt autem, quum corpus ſolam purgationem et non item alimentum poſtulat. Id quod neque in omnibus neque perpetuo verum eſt. Quocirca addit: *malum et optimum ad aliquid referuntur*, hoc eſt noxium et utile. Alia enim ratione dices, hoc alimentum eſſe melius: alia vero aliud, non autem abſolute. Nam ſi medicamentum dandum ſit aut purganda alvus, hoc ad agendum ſcammonium braſſicae praeſtare affirmabis; ſi vero ſolum ſubducenda alvus ſit, braſſicae jus antepones. Sic de caeteris judicandum eſt, quia malum et non malum ad aliquid referuntur. Et quod uni optimum eſt, alteri erit malum et contra, et quod abſolute malum eſt, alicui particulatim utile eſſe comperietur. Caeterum de vocabulo *φαύλου* hoc ſciendum eſt, veteres fere omnes ſolere hoc uſurpare, quum ſignificare volunt ſimplex, aut quodvis, cui contrario nomine opponitur exquiſitum. Nunc vero non ita accipiendum eſt, quum ei optimum opponatur.

κά.

Ἕλκος, ἐσχάρη, αἷμα, πῦον, ἰχὼρ, λέπρη, πίτυρον, ἀχὼρ, λειχὴν, ἀλφὸς, ἔφηλις· ὁτὲ μὲν βλάπτει, ὁτὲ δὲ ὠφελέει, ὁτὲ δὲ οὔτε βλάπτει οὔτε ὠφελέει.

---

*Τῶν ἑλκῶν τὰ μὲν αὐτομάτως γίνεται, τὰ δὲ ἐκ τῆς ἔξωθεν αἰτίας. καὶ τὰ μὲν ἀεὶ μείζω καὶ χείρω γίνεται, τὰ δ' ἐναντίως, καὶ τὰ μὲν ἐπιπολῆς, τὰ δὲ κοῖλα. ὅσα δὲ ἐπιπολῆς ᾖ καὶ κατὰ τὸ δέρμα, ἕρπητας ὀνομάζουσιν. ὅσα δὲ τὴν ὑποκειμένην διαφθείρει σάρκα, φαγεδαίνας· ὡς καὶ καλεῖται ἄνθραξ ἕλκος ἐσχαρῶδες ἅμα πολλῇ τῇ τῶν πέριξ σωμάτων φλογώσει εἰ δέ τις ἐπιμελέστερον βούλεται τὰς οἰκείας τῶν ἑλκῶν εἰδέναι διαφορὰς, οὗτος ἔχει αὐτὰς ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ παραδεδομένας. ἔνθα καὶ λέλεκται ἡμῖν ἄλλας μὲν εἶναι διαφορὰς ἕλκους ἁπλοῦ καὶ μόνου, χωρὶς ἑτέρας τινος διαθέσεως, ἄλλας δὲ εἴ τις ἄλλη συνῇ διάθεσις. * * * εἶπεν αὐ-*

XXI.

Ulcus, crusta, sanguis, pus, ichor, lepra, furfur, ulcera capitis manantia, impetigo, vitiligo, ephelis, interdum laedunt, interdum juvant. Interdum neque laedunt, neque juvant.

Ulcerum quaedam sua sponte oriuntur, quaedam e causa externa. Et quaedam semper majora deterioraque fiunt, quaedam contra, sicut quaedam in extremitate consistunt, quaedam cava sunt. Quae extremitatem cutemque occupant, herpetes vocant; quae subjectam carnem corrumpunt, phagedaenas, ut etiam carbunculus vocatur ulcus quum crusta simul cum multa circumjacentium corporum inflammatione. Si quis autem accuratius scire aveat proprias ulcerum differentias, is explicatas habebit in libris methodi medendi, ubi etiam diximus alias esse simplicis soliusque ulceris, sine alia affectione conjuncta, differentias, alias, si qua alia simul adsit affectio. *

τὸς, ἐρυσίπελας ἔξωθεν ἔσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθόν· ἔσωθεν δὲ ἔξω ἀγαθόν· ἵνα ἐπιστάμεθα πᾶν ὅ τι ἐκ τῶν βαθέων μερῶν ἐπὶ τὸ δέρμα τρέποιτο τῶν ἀγαθῶν εἶναι, ἔμπαλιν δὲ ἐπὶ τὸ βάθος μεθιστάμενον, τῶν κακῶν. διὰ τοῦτο οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ τὰ ἕλκη ποτὲ ἐπ' ἀγαθῷ γίνεται καίπερ ὄντων, ὡς εἶπον, πάντων σχεδὸν κακῶν. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος τῆς ἐσχάρας ἐστίν. εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἕλκεος τὸ αἷμα ῥέοι, ἐπισχεῖν μὲν χρὴ πρῶτον τὸ αἷμα, τὸ δὲ ἕλκος ἑξῆς ἰᾶσθαι. ἐσχάραν δὲ οἱ ἰατροὶ ὡς φράγμα τι τοῖς ἕλκεσιν ἐξεῦρον. ἔστι γὰρ ἡ γένεσις αὐτῆς ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ περικειμένων σωμάτων, οἷον ἡμικαύτων γενομένων. ὥστ' ἀπόλλυται τοῦ μορίου τοσοῦτον τῆς κατὰ φύσιν σαρκὸς, ὅσον κατὰ τὴν ἐσχάραν ἐκαύθη. πολλοῖς μὲν ἐπὶ ταῖς τῶν ἐσχάρων ἀποπτώσεσι δυσεπίσχετος ἐπηκολούθησεν αἱμοῤῥαγία· ὥστε βλάπτειν μεγάλως καὶ πολλάκις οὕτω συμβαίνει. καὶ θᾶττον ἀπόλλυται τὸ οὕτως αἱμοῤῥαγοῦν ζῶον, ἢ τὸ αἷμα παύεται κενούμενον. τότε δὲ ἡ ἀνάγκη βιάζεται χρῆσθαι τοῖς

* Ipse dixit: *Erysipelas ab externis ad interna verti non bonum est; ab interioribus ad exteriora bonum.* ut sciamus quicquid ex imis partibus ad cutim vertitur, in bonis esse numerandum. Contra vero si ad profundas partes transmutetur, in malis esse habendum: quocirca non est mirabile, si ulcera interdum boni consulenda sunt, licet, ut monui, omnia propemodum sint mala. Eadem est crustae ratio. Quare si ex ulcere sanguis fluat, cohibendus prius sanguis est, deinde ulcus curandum. Crustam autem ut sepimentum ulcerum medici compererunt. Generatur enim crusta ex subjectis circumpositisque corporibus veluti semiustis, quare tantum carnis naturalis deperditur, quantum ad crustam faciendam adustum est. Multis autem, postquam crusta decidit, profusio sanguinis, quae aegre sisti potuit, supervenit, ut magnopere nocuerit, ac saepe acciderit ut animal hoc profluvio laborans citius moriatur quam effluere sanguis cesset: quo sane tempore necessitas nos cogit ut omni

Ed. Chart. VI. [275. 276.]

ἅπασι βοηθήμασι· καὶ δεῖ τὸν ἰατρὸν ἀκριβῶς καὶ ἐπιμελῶς νοῦν προσέχειν. περὶ δὲ τοῦ αἵματος οὐδεὶς ἀγνοεῖ ὅτι ποτὲ μὲν ὠφελίμως, ποτὲ δὲ βλαβερῶς ἐκρεῖ, ἢ καὶ ἐκκρίνεται. καὶ γὰρ εἰ λόγῳ κρίσεως, πεπεμμένου τοῦ νοσήματος, καὶ ἐν τῇ κρισίμῃ ἡμέρᾳ αἱμοῤῥαγία γένοιτο, εἴπερ δέον ἦν τὴν νόσον διὰ τοῦ αἵματος κρίνεσθαι, πάντως σώσει τὸν κάμνοντα· εἰ δ' ἀνάπαλιν, οἴσεται τὸν θάνατον ἢ κίνδυνον μέγιστον, ὡς ἡμεῖς ὁσημέραι σχεδὸν ὁρῶμεν. [276] τὸ δὲ πῦον ἔχει δύο γένη καὶ καθ' ἕτερον μὲν βλάπτει, καθ' ἕτερον δὲ ὠφελεῖ· ὡς ὅταν ἐπικρατούσης τῆς φύσεως γίνεται. βλάπτει δὲ ὅταν γίνεται ἐκείνης νενικημένης· καὶ ἐπικρατούσης μὲν, ὡς ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς καὶ τοῖς φυματώδεσιν ὄγκοις· καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὰς ἀρτηρίας τε καὶ φλέβας χυμοῖς τὸ τοῖς οὔροις ὑφιστάμενον. ἕτερον δὲ γένος ἀῤῥωστιούσης εἰς τοσοῦτον τῆς πεπτικῆς δυνάμεως γίνεται, ὡς μηδεμίαν ἐπὶ χρηστὸν ἐργάζεσθαι μεταβολὴν τοῦ σηπομένου περιττώματος. ὃ γίνεται ποτὲ μὲν ἐκείνης ἐσχάτως ἀσθενούσης, κἂν τὸ σηπόμενον μετρίως ᾖ μοχθηρὸν,

remediorum genere utamur, debetque medicus accurate ac sedulo animum advertere. De sanguine autem nemo dubitat quin interdum utiliter, interdum secus effluat, aut etiam excernatur. Etenim si ratione judicationis morbo concocto et critico die fiat sanguinis profusio, si modo morbum per sanguinem judicari opus erat, omnino aegrotum servabit. Sin contra, aut mortem aut certe maximum periculum afferet, ut nos quotidie propemodum intuemur. Puris duplex est genus, altero prodest, nocet altero. Prodest autem, quum fit superante natura, nocet, quum fit illa superata. Ac superante quidem, ut in inflammationibus et tumentibus tuberculis et in humoribus, qui in venis arteriisque continentur, id quod subsidet in urinis. Alterum genus gignitur quum facultas concoctrix usque adeo infirma facta est, ut nullam plane mutationem putrescentis excrementi ad bonum efficiat. Quandoque etiam facultas ad extremam imbecillitatem non per-

Ed. Chart. VI. [276.]
ἔστι δ' ὅτε τὰ μὲν τῆς δυνάμεως οὐκ εἰς ἔσχατον τῆς ἀῤῥωστίας ἥκει, τὸ δὲ ὑγρὸν ἄκρως μοχθηρὸν ὑπάρχει. κρατησάσης μὲν οὖν ἀκριβῶς τῆς φύσεως τὸ κάλλιστον γίνεται πῦον. ἔστι γὰρ ἰδεῖν μὲν λευκὸν, παχὺ καὶ ὅμοιον ἑαυτῷ πανταχόθεν· ἔτι δὲ καὶ λεῖον ἁπτομένῳ καὶ ἥκιστα δυσῶδες. πολλάκις δὲ λευκὸν μέν ἐστιν, ἀλλ' ὅτι δυσῶδες εἶναι δοκεῖ, οὐ καλόν ἐστιν· ὡς ἐνίοτε οὐ λευκὸν, ἀλλὰ πελιδνὸν φαίνεται. διὸ εἶπεν ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς Ἱπποκράτης, ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· ἢν δὲ ὕφαιμον καὶ βορβορῶδες καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται. καὶ πάλιν, ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· καὶ τὰ ἑξῆς. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῶν ἰχώρων νομιστέον, ὡς οὐ σμικρὰ συμπτώματα ὑφ' ἑαυτῶν γίνεται. καὶ ὁ Πλάτων δὲ ταὐτό πως λέγει εἰπών· ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥὸς πρᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς, ὀξείας δὲ, ἄγριος. δῆλον γάρ ἐστιν ὅτι ἐπὶ πάντων χυλῶν τε καὶ χυμῶν ὑγρό-

venit, sed humor est summe vitiatus. Ergo quum natura integre superat, pus optimum efficitur. Est autem hoc ad adspectum album, crassum et omni ex parte sibi simile, tangenti autem laeve ac minime foetidum. Saepe autem album quidem est, sed quia foetidum videtur esse, non est bonum; sicut interdum non album, sed lividum apparet. Propterea ipse in Aphorismis extulit hanc sententiam: *quicunque suppurati uruntur aut secantur, si pus purum albumque fluxerit, evadunt; sin subcruentum, foeculentum ac foetidum, moriuntur*, et hanc: *quorum jecur suppuratum aduritur, si pus purum albumque fluxerit, evadunt*, et quae sequuntur. Eodem modo est de ichoribus existimandum, quod non parva symptomata ex ichoribus oriantur. Idem ferme censet Plato, quum ait: *Ichor, qui sanguinis serum est, mitis, qui vero atrae bilis quae acida sit, ferus.* Perspicuum enim est in omnibus et succis et humoribus humiditatem quandam serosam tenuemque reperiri; differre tamen pro natura eorum humorum, quo-

της τις ὀῤῥώδης καὶ λεπτή ἐστι. διαφέρει δὲ κατὰ τὰς φύσεις τῶν χυμῶν, ὧν εἰσιν ὀῤῥοί. καὶ χαλεπώτατος ἔσται ὁ τῆς μελαίνης χολῆς· ἧττον δὲ χαλεπὸς ὁ τῆς ξανθῆς· καὶ τούτου μᾶλλον ὁ τοῦ φλέγματος. ἐπιεικέστατος δὲ πάντων ὁ τοῦ αἵματος ἰχώρ. καὶ δὴ κἀν τοῖς ἕλκεσιν ἰχὼρ μὲν καλεῖται τὸ λεπτὸν περίττωμα, ῥύπος δ' ἕλκους τὸ παχύ. καὶ διὰ μὲν τὸ λεπτὸν περίττωμα ὑγρὸν τὸ ἕλκος γίνεται, διὰ δὲ τὸ παχὺ ῥυπαρόν. τὴν δὲ περὶ τῶν χυμῶν θεωρίαν, ἐν οἷς ἰχῶρές εἰσιν, οὐ μόνον αὐτὸς οἶδεν Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ Πλάτων, καὶ περὶ τῶν νοσημάτων ἐκ τῶν καθέκαστα χυμῶν ὁρμωμένων διαλέγεται ὧδέ πως, περὶ νοσημάτων ὅσα διὰ χολὴν γίνεται ἀρχόμενος· ὅσα δὲ φλεγμαίνειν λέγεται τοῦ σώματος ἀπὸ τοῦ καίεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι διὰ χολὴν γέγονε πάντα. περὶ δὲ φλέγματος ὧδε· φλέγμα δὲ ὀξὺ καὶ ἁλμυρὸν πηγὴ πάντων νοσημάτων, ὅσα γίνεται καταῤῥοϊκά. περὶ δὲ μελαίνης χολῆς λέγει μὲν ἐκεῖνα, ἅπερ ἡμεῖς ἤδη γεγράφαμεν, ταὐτὰ δὲ λέγουσι καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ δοκιμώτατοι, Διοκλῆς, Πλειστόνικος, Φιλότιμος, Ἡρόφιλος καὶ ἄλλοι πολλοί. Ἱπποκράτης

rum ſerum ſunt. Erit autem inſeſtiſſimum atrae bilis ſerum, minus inſeſtum flavae, hocque minus pituitae, omnium mitiſſimus ichor ſanguinis. In ulceribus autem ichor tenue excrementum appellatur, ſordes ulceris id, quod craſſum eſt, atque ex tenui excremento ulcus humidum redditur, ex craſſo ſordidum. Hanc vero humorum contemplationem, in quibus ichores ſunt, non ſolum novit Hippocrates, ſed etiam Plato, et de morbis, qui ex ſingulis humoribus oriuntur, ita fere diſſerit, quum de morbis qui a bile progrediuntur, agere incipit: *quaecunque partes corporis pati inflammationem dicuntur, eae omnes a bile incenduntur et inflammantur.* De pituita ad hunc modum: *pituita acida et ſalſa morborum omnium, qui diſtillatione fiunt, fons eſt.* De atra vero bile dicit ea, quae a nobis jam ſcripta ſunt. Eadem conſueverunt Ariſtoteles, Theophraſtus et medici praeſtantiſſimi, Diocles, Pliſtonicus, Philotimus, Herophilus et alii plerique. Hippocra-

δὲ οὐ μὴ μόνον περὶ τούτων λέγει, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ αἵματος τοῦ ἰχωροειδέος ἐν ταῖς ἐπιδημίαις, ὅπερ εἶναι οἱ ἰατροὶ βούλονται, τὸ μετά τινος ἰώδους καὶ κακοήθους δυνάμεως, κατὰ τὴν ἔννοιαν, καθ᾽ ἣν γέγραπται ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν· καὶ ὑπὸ τῷ δέρματι, φησὶν, ἰχῶρες ἐγίνοντο, ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο καὶ κνησμὸν ἐνεποίουν· εἶτα φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι ἀνίσταντο καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. πρὸς δὲ τούτοις ἴσθι ὅτι τινὰ τῷ ὅλῳ γένει παρὰ φύσιν ἐστὶν, ὧν ἁπάντων τριττὴ ἡ διαφορά. τινὰ μὲν γὰρ ἐκ μεταβολῆς γίνεται τῶν στερεῶν σωμάτων, ὡς ἡ μυρμηκία καὶ ἡ λεύκη καὶ ὁ ἀλφὸς, ἐλέφας τε καὶ ψώρα καὶ λέπρα, τινὰ δ᾽ οὐδ᾽ ὅλως [277] ὄντα πρότερον ὕστερα γίνεται, καθάπερ καὶ ἡ μελικηρὶς, ἀθερώματά τε καὶ στεατώματα. προσέχειν οὖν ἀεὶ χρὴ τὸν νοῦν ἐπὶ πάντων τῶν παρὰ φύσιν ἀκριβῶς, ἐπισκοπούμενον ἐκ τίνος γένους ἐστὶ, καὶ πότερον αὐτομάτως γέγονεν, ἢ ἔκ τινος τῆς αἰτίας, καὶ πότερον ὠφελεῖ, ἢ βλάπτει· εἰ καὶ μήτ᾽ ὠφελεῖ μήτε βλάπτει, ὡς αὐτός φησιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ

tes non modo de his egit, sed etiam de ichoroide sanguine in libris de morbis vulgaribus loquutus est, quem sanguinem medici esse volunt cui venenosa quaedam malignaque facultas sit adjuncta, ut est in secundo de morbis vulgaribus sententia, *sub cute*, inquit, *ichores gignebantur, hique inclusi incalescebant pruritumque excitabant, tum pustulae, ut ambustis, exurgebant, ac sub cute exuri sibi videbantur.* Praeterea vero scito quaedam esse toto genere praeter naturam, quorum omnium est triplex differentia, quaedam ex solidarum partium mutatione fiunt, ut myrmecia, vitiligo, leuce et alphos, elephas, scabies et lepra. Quaedam non omnino sunt praeter naturam prius, sed postea fiunt, ut meliceris, atheromata et steatomata. Quare semper adhibenda mens accurate est ad omnia, quae praeter naturam sunt, ut cujus sint generis expendas, et utrum sponte sua, an ex aliqua causa orta sint pernoscas, et utrum prosint, an noceant, utrum denique neque prosint, neque noceant, ut ab ipso dictum est. Quia

Ed. Chart. VI. [277.]
ὅμοια πιτύροις ἀπὸ τοῦ τῆς κεφαλῆς δέρματος πολλάκις ἀποπίπτει, διὸ ἀξιοῖ σκοπεῖν πότερον καὶ ταῦτα ὠφέλιμά ἐστιν ἢ βλαβερά. γίνεται δὲ τὸ σύμπτωμα τοῦτο ὑπὸ μοχθηρῶν ἰχώρων τοὺς κνησμοὺς ἐμποιούντων. ἐν δὲ αὐτῷ τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς γίνεται ὁ καλούμενος ἀχώρ· ὃς ἐκ τοῦ γένους τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ὑπάρχει. οὗτος γὰρ λεπτοῖς πάνυ τρήμασι κατατιτρᾶται, νοτίδα λεπτὴν ἔχουσιν ὑγρότητος ἀτρέμα γλίσχρας. ἔστι δὲ καὶ ὁ λειχὴν πάθος τοῦ δέρματος, διττὸν δὲ εἶδος λειχῆνος, ὁ μὲν ἥμερος καὶ πρᾳότερος, ὁ δὲ ἄγριος καὶ χαλεπώτερος. ἀφίστανται δὲ καὶ ἐπὶ τούτων καὶ αἱ λεπίδες τοῦ δέρματος καὶ ὑπὸ τὰς λεπίδας τόπος ἐρευθέστερος καὶ ἐγγὺς ἡλκωμένου φαίνεται. τὸ δὲ πάθος αὐτὸ γίνεται ἀπὸ φλέγματος ἁλμυροῦ καὶ τῆς ξανθῆς χολῆς. οὕτω δὲ καὶ ὁ ἀλφὸς διττός ἐστιν, ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ μέλας. γίνεται δὲ ὁ μὲν μέλας ὑπὸ μελαίνης χολῆς, ὁ λευκὸς δὲ ὑπὸ τοῦ φλέγματος οὐχ ἁλυκοῦ. περὶ δὲ τὸ πρόσωπόν ἐστιν οὐ μόνον ἔφηλις, περὶ ἧς αὐτὸς εἶπεν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἴονθοι καὶ φακὸς καὶ κατάγματα τῶν ὀστέων.

vero etiam quaedam furfurum ſimilia a capite excidunt, idcirco monet ſpectandum eſſe, utrum haec quoque damnum, an utilitatem afferant. Caeterum hoc ſymptoma gignitur ab ichoribus pravis pruritus concitantibus. In capitis etiam cute naſcitur is, qui achor nominatur. Eſtque ex genere tumorum, qui praeter naturam ſunt. Hic enim tenuibus quibusdam foraminibus perforatur, quae tenuem quendam vaporem humiditatis modicae glutinoſae continent. Impetigo quoque affectio cutis eſt. Ejus ſunt duae ſpecies, altera cicur et mitior, altera agreſtis et moleſtior; in his ſquamae a cute abſcedunt et locus, qui ſub ſquamis eſt, rubicundior videtur et prope ad ulceratum accedit. Morbus autem ipſe a ſalſa pituita flavaque bile exoritur. Alphos quoque duplex eſt, albus et niger. Fit niger ab atra bile, albus a pituita, non ſalſa. In vultu autem eſt non ſolum ephelis, cujus mentionen fecit, ſed et vari et lentigines et oſſium fracturae: quae omnia ſpe-

Ed. Chart. VI. [277.]

ἅπαντα σκοπεῖσθαι χρὴ, πότερον λόγῳ κρίσεως, ἢ ἀποστάσεως, ἢ κατ᾽ ἄλλον τινὰ τρόπον γίνεται.

κβ'.

Τροφὴ, οὐ τροφή. ἢν μὴ οἷόν τε ᾖ τρέφεσθαι, ὄνομα τροφὴ, ἔργον δὲ οὐχί· ἔργον τροφὴ, οὔνομα δὲ οὐχί.

Ὀρθῶς ἐλέγετο τὸ πρόσθεν ῥηθὲν, τὸ δεῖν πρόσθεσιν μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δὲ πρόσφυσιν, ἔπειτ᾽ ὀξομοίωσιν γενέσθαι τῷ μέλλοντι τρέφεσθαι. καὶ ὅτι κυρίως μὲν τὸ τρέφον ἤδη τροφὴ, τὸ δ᾽ οἷον μὲν τροφὴ, οὔπω δὲ θρέψαν, ὁποῖόν ἐστι τὸ προσφυόμενον ἢ τὸ προστιθέμενον· τροφὴ μὲν οὐ κυρίως, ὁμωνύμως δὲ τροφὴ καλεῖται. τὸ δὲ ἐν ταῖς φλεψὶ περιεχόμενον καὶ τούτου ἔτι μᾶλλον τὸ κατὰ τὴν γαστέρα, ὡς μέλλον ποτὲ θρέψειν, εἰ καλῶς κατεργασθείη, κέκληται τροφή. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, ὡς εἴρηται, καὶ τῶν ἐδεσμάτων ἕκαστα τροφὰς ὀνομάζομεν, οὔτε τῷ τρέφειν ἤδη

ctanda ſunt, an ut criſes, an ut abſceſſus, an alio modo quodam exoriantur.

XXII.

Alimentum non alimentum; niſi alere queat, nomine alimentum, re autem minime; re alimentum, nomine vero non item.

Quod paulo ante dixit recte dictum eſt, appoſitionem fieri, deinde agglutinationem, tum aſſimilationem cum eo, quod nutriendum ſit, et illud proprie alimentum vocari, id quod jam alit: quod vero velut alimentum eſt, necdum aluit, quale eſt quod agglutinatur aut quod apponitur, alimentum non proprie, ſed homonyme nominari; quod autem venis continetur et eo magis etiam quod in ventriculo eſt, utpote quod quandoque nutriturum ſit, ſi probe conficiatur, alimentum eſſe appellatum. Eodem modo, ut dictum eſt, ſingula edulia vocamus alimenta, non quod jam alant

Ed. Chart. VI. [277.]
τὸ ζῶον οὔτε τῷ τοιοῦτον ὑπάρχειν, οἷον τὸ τρέφον, ἀλλὰ τῷ δύνασθαί τε καὶ μέλλειν τρέφειν, καλῶς κατεργασθέν. ἔστι μὲν οὖν τροφὴ καὶ οὐ τροφή· τὸ γὰρ ἤδη ὁμοιούμενον τροφὴν καλεῖ. οὕτω δὲ καὶ τὸ δυνάμενόν τε καὶ μέλλον τρέφειν τροφὴν ὀνομάζομεν, τὸ δὲ μὴ δυνάμενόν ποτε τρέφειν τῷ μὲν ὀνόματι λέγεσθαι τροφὴ δύναται, ἔργῳ δὲ οὐκ ἔτι. οὕτω καὶ τὸ τῷ ἔργῳ τροφὴ οὐκ ἔστι τροφὴ κατὰ τοὔνομα, ἀλλὰ κατὰ τὸ πρᾶγμα καὶ κατ' ἐνέργειαν. περὶ δὲ τῶν τροφῶν, ἐν αἷς αἱ δυνάμεις φαρμακώδεις εἰσὶ καὶ περὶ τῶν φαρμάκων * * ὡς ἡ θεραπεία γινομένη διὰ τῶν τροφῶν, ἐν αἷς ἡ τοῦ φαρμάκου δύναμίς ἐστι, βελτίων ἐστὶ τῆς διὰ τῶν φαρμάκων, τὰς τῶν τροφῶν δυνάμεις ἐχόντων. διὸ εὐλαβοῦ τὰς καθάρσεις ποιεῖν διὰ τῶν καθαρῶν. δεῖ γάρ τι μιγῆναι. εἰ δὲ συμβαίνει φαρμακεύειν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνοις τοῦ σκοποῦ, μὴ προσθήσεις ἄλλο τι πλὴν τὸ ἐπιτήδειον, ἐν ᾧ δύναμις ὑπάρχῃ τρόφιμος. τούτου δὲ γένους ἐστὶν, ὅσα * * *

---

animantes, neque quod talia ſint, quale eſt id quod alit: ſed quod poſſint alere nutrituraque ſint, ſi probe fuerint confecta. Eſt ergo alimentum et non alimentum. Quod enim jam aſſimilatum eſt, alimentum vocat. Sic quod poteſt nutrire nutriturumque eſt, alimentum nuncupamus. Quod vero nunquam poteſt alere, nomine quidem poteſt alimentum appellari, re vero non poteſt. Pari modo quod re ipſa alimentum eſt, non eſt alimentum nomine, ſed re et actione. De alimentis autem, in quibus medicamenti facultates ſunt, ac de medicamentis *
Sicut curatio, quae fit iis alimentis, in quibus medicamenti facultas ineſt, praeſtantior cenſetur quam ea, quae medicamentis facultates alimentorum in ſe habentibus fiat. Proinde cave ne purgationes ex puris rebus moliaris, ſiquidem aliquid admiſcendum eſt. Si vero ut in medicamento purgante contingat, ne finem non conſequaris, ne quid aliud adjungito, niſi quod idoneum ſit, in quo alendi inſit facultas. Hujus autem generis ſunt quaecunque *

κγ΄.

[278] Ἐς τρίχας τροφὴ καὶ ἐς ὄνυχας καὶ ἐς τὴν ἐσχάτην ἐπιφανείην ἔνδοθεν ἀφικνέεται. ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης ἐνδοτάτω ἀφικνέεται, ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία.

Δέδεικται μὲν ἐν τοῖς ἄνωθεν εἰρημένοις ὅτι ἕκαστον μόριον ἕλκει τὴν οἰκείαν αὐτῷ τροφήν· καὶ ὅτι φυσικὸν ἔργον ἐστὶν ἡ ἀνάδοσις τροφῆς, ἐκ κοιλίας μὲν εἰς ἧπαρ, ἐξ ἥπατος δὲ εἰς ὅλον τὸ σῶμα· καὶ ὅτι τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ἡ πρώτη τε καὶ ἀναγκαιοτάτη σχεδὸν ἁπασῶν ἡ θρέψις ἐστὶν εἶδός τι οὖσα τῆς ἀλλοιωτικῆς ἐνεργείας. ἐπειδὴ δὲ ἡ κατὰ τὴν γαστέρα πέψις ἀλλοίωσίς ἐστι καὶ ἡ ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ ἡ καθ' ἕκαστον μόριον, διὰ τοῦτο ἕπεται μὲν ἐξομοίωσις, οὐ ταὐτὸν μὲν ὄνομα τῇ θρέψει, τὸ δ' ἔργον οὐχ ἕτερον. εἰσὶ μέντοι τινὲς ἡγούμενοι οὐδεμίαν οὐδενὶ μορίῳ ὑπάρχειν ἑλκτικὴν δύναμιν τῆς οἰκείας ποιότητος. ἡμῖν δὲ οὐδὲ τὸ διὰ τοῦ αὐτοῦ πόρου τὴν ὁλκὴν γίνεσθαι καὶ τὴν

XXIII.

Alimentum in pilos et in ungues et in extimam ſuperficiem ab internis partibus pervenit. Ab externis partibus alimentum ab extima ſuperficie ad intima pervenit, confluxio una, conſpiratio una.

In iis, quae ſupra attulimus, oſtenſum eſt, unamquamque partem trahere alimentum ſibi aptum; atque alimenti diſtributionem opus eſſe naturale, ut ex ventriculo in jecur, ex jecore in totum corpus diſtribuatur, itemque omnium naturalium actionum principem ac maxime neceſſariam propemodum eſſe nutritionem, quae actionis alterantis quaedam ſpecies eſt. Quoniam autem concoctio, quae in ventriculo fit, alteratio quaedam eſt, itemque ea, quae in venis, quaeque in ſingulis fit partibus, ideo conſequitur aſſimilatio, quae ut nomine non eadem ſit, quod nutritio, re certe diverſa non eſt. Sunt tamen, qui nullam ineſſe ulli parti attractricem fa-

Ed. Chart. VI. [278.]
ἀπόκρισιν ἐν διαφόροις τοῖς χρόνοις οὐδὲν χαλεπὸν δεικνύναι, εἴ γε καὶ τῆς γαστρὸς ὁ στόμαχος οὐ μόνον ἐδέσματα καὶ πόματα παράγων εἰς ἑαυτὸν, ἀλλὰ κἀν ταῖς ναυτίαις τὴν ἐναντίαν ἐνέργειαν ποιῶν ἐναργῶς φαίνεται. ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ ἡ ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστις, ἢ διὰ τοῦ ἑαυτοῦ αὐχένος πληροῦται καὶ ἐκκενοῦται. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ στόμαχος τῶν μητρῶν ὁδός ἐστιν εἴσω μὲν τοῦ σπέρματος, ἔξω δὲ τοῦ κυήματος. δέδεικται δὲ ἤδη ἡμῖν ὅτι δι' ὧν εἰς ἧπαρ ἐνεδόθη τι φλεβῶν ἐκ γαστρὸς, αὖθις εἰς αὐτὴν ἐξ ἥπατος ἐν ταῖς ἀσιτίαις ταῖς μακροτέραις δύναται ἕλκεσθαι ἡ τροφή. τῶν δὲ φλεβῶν τῶν ἐν τῷ μέσῳ τεταγμένων ἥπατός τε καὶ τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν ὁ αὐτὸς λόγος. ὅτε μὲν γὰρ ἐν τούτοις ἄφθονος εἴη περιεχομένη τροφὴ, διὰ τῶν εἰρημένων εἰς ἧπαρ ἀναφέρεται φλεβῶν· ὅτε δὲ εἴη κενὰ καὶ δεῖται τροφῆς, διὰ τῶν αὐτῶν αὖθις ἐξ ἥπατος ἕλκεσθαι. τούτων μὲν οὕτως ἐχόντων πᾶν μόριον ἕλκει μὲν τὸ ἰσχυρότερον, ἐκκενοῦται δὲ τὸ ἀσθενέστερον. καὶ τοῦτό

cultatem propriae qualitatis arbitrentur. Nobis autem nihil difficile est ostendere per eundem meatum effici attractionem et excretionem, temporibus tamen diversis, quando gula ventriculi non solum esculenta et potulenta in seipsum adducit, sed etiam quum nausea tentatur, contrariam obire actionem evidenter conspicitur. Idem facit vesica, quae sub jecore est, quae ejusdem colli usu impletur et vacuatur. Simili quoque modo uteri collum intro est via spiritus, foras vero foetus. Ostensum enim est, per quas venas a ventre in jecur facta est digestio, rursus ex jecore in ipsum trahi nutrimentum in longiore inedia posse. Venarum, quae medium spatium inter jecur et partes citra ventrem occupant, eadem ratio est. Quum enim in eis magna alimenti contineatur copia, per easdem venas sursum fertur jecur. Quum autem vacuae sint alimentique indigeant, per easdem rursus a jecore trahunt. Quae quum ita sint, omnis pars, quae robustior sit, trahit; quae imbecillior, evacuatur. Idque vel

Ed. Chart. VI. [278.]

γε ἢ ἁπλῶς καὶ φύσει καὶ κοινῇ πᾶσίν ἐστιν, ἢ ἰδίως τῷδέ τινι γίνεται. καὶ φύσει μὲν καὶ κοινῇ πᾶσι τοῖς ζώοις ἡ μὲν καρδία τοῦ ἥπατος, τὸ δ' ἧπαρ ἐντέρων τε καὶ γαστρὸς, αἱ δ' ἀρτηρίαι τῶν φλεβῶν ἰσχυρότεραί εἰσιν ἑλκύσαι τε τὸ χρήσιμον ἑαυτοῖς ἀποκρῖναί τε τὸ μὴ τοιοῦτον. καθ' ἕκαστον δὲ ἡμῶν ἰδίως ἐν μὲν τῷδε καιρῷ τὸ ἧπαρ ἰσχυρότερον ἕλκειν, ἐν δὲ τῷδε ἡ γαστήρ. ἐπισπᾶται γὰρ ῥᾳδίως ἐκ τοῦ ἥπατος, ὅταν αὐτὴ μὲν ὀρέγοιτο τροφῆς σφοδρῶς, ἐμπεπλησμένον δὲ εἴη τὸ ἧπαρ. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἧπαρ ἕλκει, ὅταν ποτὲ καὶ αὐτὸ δεῖται τροφῆς, καὶ ὡς ἐξ ἀλλήλων ἕλκει τὰ μόρια τροφὴν, οὕτω καὶ ἀποτίθεταί ποτ' εἰς ἄλληλα τὸ περιττόν. ὥστε οὐ θαυμαστὸν, εἰ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας, τῆς κατὰ τὸ δέρμα, ὡς νῦν Ἱπποκράτης φησὶ, μέχρι τῶν ἐντέρων καὶ τῆς γαστρὸς ἀφικνεῖταί τι μεταλαμβανόμενον. καὶ μὴ μόνον τὸ πνεῦμα ἢ τὸ περίττωμα, ἀλλὰ καὶ ἡ τροφὴ αὐτὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ὅθεν ἀνηνέχθη, καταφέρεται. ἐλάχισται γὰρ ῥοπαὶ τῶν κινήσεων τὴν ἐκκριτικὴν ταύτην οἵα-

abfolute et natura et communiter omnibus ineft, vel proprie in aliqua efficitur. Et natura quidem, generatimque omnibus et animantibus, cor quam jecur, jecur quam inteftina et venter, arteriae quam venae funt ad trahendum id, quod eis utile eft, et ad id, quod tale non eft, excernendum valentiores. In fingulis autem nobis proprie hoc tempore trahit vehementius jecur, in alio ventriculus. Hic enim facile attrahit ex jecore, quum vehementer alimentum appetit plenumque jecur eft. Quomodo etiam jecur trahit, quum ipfum quoque indiget alimento: et ut partes viciffim ex fefe alimentum trahunt, fic etiam quod fupervacaneum eft, in fefe viciffim deponunt. Quare non eft mirandum, fi ab extima fuperficie, quae ad cutim eft, ut nunc ait Hippocrates, usque ad inteftina et ventrem aliquid translatum perveniat, ac non fpiritus modo et excrementum, fed etiam nutrimentum ipfum ab ultima fuperficie eo, unde primum afcendit, rurfus deferatur, fiquidem exiguum momentum expultricem facultatem huc illuc im-

κίζουσι δύναμιν. [279] αἱ δὲ κινήσεις ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν διερεθιζόντων, ὡς ἐν τοῖς καθαίρουσι φαρμάκοις, ἰσχυρότεραί τε πολὺ καὶ μονιμώτεραι γίνονται καὶ διαμένουσιν, ἔστ᾽ ἂν καὶ ἡ περὶ τοῖς σώμασι τῶν ἀγγείων διάθεσις ἡ τὸ πλησίον ἕλκουσα παραμένῃ. αὕτη γὰρ εἰς τὸ συνεχὲς ἐκκενοῖ τὸ μόριον, ἐκεῖνο δ᾽ αὖ εἰς τὸ μετ᾽ αὐτὸ, καὶ τοῦτο οὐ παύεται μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας, ὥστε μεταδιδόντων τῶν ἐφεξῆς ἀεὶ μορίων ἑτέρων ἑτέροις τὸ πρῶτον πάθος τάχιστα διικνεῖσθαι μέχρι τῶν ἐσχάτων. δῆλον μὲν οὖν ἐστιν ὅτι ἐκ παντὸς εἰς πᾶν φέρεταί τι καὶ μεταλαμβάνεται καὶ ὅτι, ὡς γράφεται πρὸς αὐτοῦ, μία πάντων ἐστὶ σύμπνοιά τε καὶ σύῤῥοια. φαίνεται γὰρ τοῦτο σαφῶς ἐπί τε τῆς καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν ἁπασῶν καὶ τοῦ θώρακος καὶ τοῦ πνεύμονος. καθ᾽ ἑκάστην γὰρ σχεδὸν τοῦ καιροῦ ῥοπὴν τὰς ἐναντίας κινήσεις τε ἅμα τῶν ὀργάνων καὶ φορὰς τῶν ὑλῶν ἐστιν ἰδεῖν γιγνομένας. καὶ ὥσπερ εἰσπνέομεν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ καὶ αὖθις πάλιν ἐν ἑτέρῳ ἀντεκπνέομεν, οὕτω καὶ τροφὴν ἐν ἑτέρῳ μὲν χρόνῳ τὸ ἧπαρ

pellit. Motus autem qui ab internis partibus irritant, ut in purgantibus medicamentis fit, et vehementiores funt et diuturniores, durantque dum affectio, quae in ore vaforum eft, quae nimirum trahit, quod vicinum eft, permaneat. Haec enim in partem continentem evacuat; illa in eam rurfus, quae fibi proxima fuccedit, nec finis fit, donec ad ultimam fuperficiem perventum fit, ita ut partibus deinceps pofitis, fibi femper altera alteri impertientibus, prima affectio celerrime usque ad extrema perveniat. Perfpicuum igitur eft ex toto in totum aliquid ferri mutuoque recipi et, ut ipfe fcribit, *unam effe omnium confpirationem et confluxionem.* Id autem aperte cernitur in corde arteriisque omnibus, itemque thorace et pulmone. Siquidem omni fere temporis momento fimul inftrumentorum, fimul materiarum contrarios motus fieri confpicies, et quemadmodum alio tempore fpiritum ducimus et alio viciffim emittimus, fic alimentum alio tempore jecur

Ed. Chart. VI. [279.]
ἐκ τῆς γαστρὸς, ἐν ἑτέρῳ δὲ ἡ γαστὴρ ἐκ τοῦ ἥπατος ἐπισπᾶται. ἐκεῖνο μὲν γινώσκειν χρὴ, ὡς δύο εἰσὶν ὁλκῆς εἴδη, τὸ μὲν τῇ πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίᾳ, τὸ δ' οἰκειότητι ποιότητος γιγνόμενον. καὶ ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθία τὸ κουφότερον ἕλκει πρότερον, ἡ δὲ κατὰ τὴν τῆς ποιότητος οἰκειότητα πολλάκις τὸ βαρύτερον, ἂν τῇ φύσει συγγενέστερον ὑπάρχῃ. τὸ μέντοι κουφότερον φαίνεται ἀεὶ πρότερον ἀκολουθεῖν καὶ ταῖς ἀρτηρίαις καὶ τῇ καρδίᾳ. ὡς δὲ τρέφεσθαι δεομένοις εἰς αὐτοὺς τοὺς χιτῶνας ἕλκεται τὸ οἰκεῖον. ὁ δὲ δὴ τρόπος τῆς θρέψεως τῶν μορίων τοιόσδε ἐστί· τοῦ σώματος ἑαυτῷ συνεχοῦς τὰ μὲν ἐπιπολῆς μέρη πρῶτα ὁμιλούσης ἀπολαύει τροφῆς, ἐκ τούτων δ' αὖ μεταλαμβάνει κατὰ τὸ συνεχὲς ἕλκοντα τὰ τούτων ἐφεξῆς, εἶτ' ἐξ ἐκείνων αὖθις ἕτερα. καὶ τοῦτο γίνεται ἄχρις ἂν εἰς ἅπαντα τὰ μόρια διαδοθείη ἡ ποιότης τῆς τροφῆς. οὐχ ὁμοίως δὲ πάντα τὰ μόρια τρέφεται, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ πλέον ἀλλοιουμένου δεῖται χυμοῦ, τὰ δ' ἧττον.

trahit ex ventriculo, alio vero ventriculus extrahit e jecore. Illud autem non est praetereundum, duo esse genera tractionis, unum fit successione ad id, quod vacuatur, alterum qualitatis familiaritate. Quod autem fit successione ad id, quod vacuatur, prius id trahit, quod levius est. Quod vero fit qualitatis familiaritate, saepe quod est gravius, modo id sit magis natura cognatum. Quanquam quod levius est, videtur cor et arterias prius petere. Quatenus vero etiam alimentum exigunt, in ipsas tunicas quod accommodatum est trahitur. Partes autem hoc potissimum modo nutriuntur, corporis, quod sibi continuum est, summae primum partes admoto sibi nutrimento fruuntur. Ab his rursum per continuum trahentes, sumunt eae, quae deinceps sunt. Deinde ab illis rursus aliae. Atque id fit usque dum alimenti qualitas in omnes sit partes distributa. Nec tamen partes omnes eodem modo aluntur, sed aliae sanguinem magis, aliae minus alteratum postulant. Quae autem hujusmodi sint alibi

Ed. Chart. VI. [279.]

ὅσα δὲ τοιαῦτά ἐστιν εἴρηται ἐν ἄλλοις καὶ οὐ χρὴ μηκύνειν ἔτι τὸν λόγον.

κδ'.

Ξυμπαθέα πάντα, κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα· κατὰ μέρος δὲ τὰ ἐν ἑκάστῳ μέρει μέρεα πρὸς τὸ ἔργον.

Περὶ γενέσεως τοῦ τῶν ζώων σώματος τέσσαρες κατὰ τὴν διαίρεσιν εὑρίσκονται δόξαι. πρώτη μὲν ἡ ἐξ ἀναισθήτων τε ἅμα καὶ ἀπαθῶν, δευτέρα δὲ ἡ ἐξ αἰσθητικῶν μὲν, ἀπαθῶν δέ. τοῦτο δ' ἀδύνατον. διὸ ἀπεχωρήσαμεν ἀμφοτέρων τῶν δοξῶν. λοιπαὶ δ' εἰσὶ δύο, μία μὲν ἐξ αἰσθητικῶν τε ἅμα καὶ πασχόντων στοιχείων τὸ σῶμα αἰσθανόμενον συνιστῶσα, δευτέρα δὲ ἡ οὐκ ἐξ αἰσθητικῶν μὲν, πασχόντων δέ. εἰ μὲν οὖν προσέχεις τὸν νοῦν, εὑρήσεις ὅτι πάντα τὰ τῶν ζώων σώματα αἰσθητικά ἐστι καὶ παθητικά. ἀλλὰ καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα εἰς ἄλληλα δρᾷ καὶ πάσχει πολυειδῶς. ἐκ δὲ τῶν μὴ μεταβαλλόντων τὰς ποιότητας

dictum eſt, neque opus nunc eſt orationem producere longius.

XXIV.

Conſentientia omnia, univerſae compagi omnia, parti vero partes in unaquaque parte ad opus.

De ortu corporis animantium quatuor opiniones per diviſiones inveniuntur, prima, quae ex non ſentientibus ſimul et non patientibus, ſecunda, quae ex ſenſibilibus quidem, ſed impatibilibus ipſum conſtituit. Quod fieri non poteſt: ideo ab utraque opinione diſceſſimus. Reliquae ſunt duae, quarum altera ex ſenſibilibus patientibusque elementis corpus ſentiens efficit, altera non ex ſenſibilibus illa quidem, ſed ex patientibus. Verum ſi mentem adhibeas, omnia corpora animantium et ſenſibilia et patibilia eſſe comperies. Imo vero prima ipſa elementa viciſſim agunt et patiuntur multis modis. Ex elementis

Ed. Chart. VI. [279. 280.]
στοιχείων οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι τι τῶν ἑτερογενῶν· ἐκ δὲ τῶν μεταβαλλόντων ἐγχωρεῖ. ὁρῶμεν γάρ ποτε ἐν πολλαῖς ταῖς μεταξὺ γινομέναις μεταβολαῖς τὸ τέως μέλαν αὖθις γενέσθαι λευκὸν καὶ τὸ τέως λευκὸν, αὖθις μέλαν, [280] καὶ τὸ νῦν ἀναίσθητον αὖθις αἰσθητικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ γῆς καὶ ἀέρος ἀλλοιουμένων τε καὶ μεταβαλλομένων καὶ κεραννυμένων δι' ὅλων ἀξιοῦσι γενέσθαι τι τῶν συνθέτων σωμάτων αἰσθητικὸν, τἀληθὲς λέγουσιν. ὅτι δέ τινες λέγουσι τὰ σώματα μὴ εἶναι αἰσθητικὰ, ἐπειδὴ τῇ ἐνεργείᾳ οὐκ αἰσθάνεται, καὶ ἐν τῷδε ἐνδεχόμενα λέγουσι. τὸ γὰρ ἡμέτερον σῶμα καίτοι φανερῶς ὑπάρχον αἰσθητικὸν, ὅμως οὐκ αἰσθάνεται, πρὶν παθεῖν ὑπό τινος. διὸ ἤτοι ἐξ αἰσθητικῶν τε καὶ πασχόντων τῶν πρώτων στοιχείων, ἤτοι ἐξ ἀναισθήτων μὲν, ἀλλὰ μεταβάλλεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι δυναμένων ἀνάγκη συνίστασθαι τὸ μέλλον αἰσθήσεσθαι, ἀληθής ἐστιν ἡ τοῦ παλαιοῦ δόξα, πάντα εἶναι συμπαθῆ. ἢ νῦν λέγει περὶ τῶν μόνων τοῦ σώματος ἡμῶν μορίων ση-

autem qualitates non transmutantibus aliquid diversi generis fieri non potest, ex transmutantibus potest. Videmus enim interdum in multis mutationibus, quae interjectis mediis fiunt, quod hactenus fuit nigrum, rursus fieri album, et quod hactenus album fuit, vicissim nigrum, et quod nunc sensile est, mox effici non sensile. Quicunque igitur ex igne, aqua, aëre et terra alteratis, transmutatis et per se tota temperatis, aliquod ex compositis corporibus sensibile fieri censent, ii verum pronunciant. Quod vero quidam ajunt, corpora non esse sensibilia, quia actu non sentiunt, fortuito loquuntur. Etenim nostrum corpus etsi est perspicue sensibile, tamen non sentit prius, quam ab aliquo quidpiam patiatur. Quare sive ex sensibilibus et patientibus primis elementis, sive ex non sensibilibus, sed quae mutari alterarique possint necessario constitutum est, quod sensum sit habiturum, vera est senis sententia: *omnia esse consentientia.* An de solis corporis nostri partibus nunc loquitur, significans omnes esse sibi

Ed. Chart. VI. [280.]

μαίνων πάντα εἶναι ἀλλήλοις συμπαθῆ, τουτέστιν εἰς ὑπηρεσίαν ἑνὸς ἔργου πάνθ᾽ ὁμολογεῖν. δῆλον γὰρ ὅτι τὰ μεγάλα τοῦ παντὸς ζώου μόρια, καθάπερ χεῖρες καὶ πόδες καὶ ὀφθαλμοὶ καὶ γλῶττα, ἐγένοντο χάριν τῶν ὅλων τοῦ ζώου ἐνεργειῶν· καὶ ὁμολογεῖ πάντα πρὸς ταύτας. ἀλλὰ καὶ τὰ μικρότερα πρὸς τοὔργον τοῦ παντὸς ὀργάνου καὶ αὐτὰ ἀναφέρεται. οἷον ἐν τῷ ὀφθαλμῷ, ἑνὶ ὄντι ὀργάνῳ τῆς ὄψεως καὶ ἐκ πολλῶν μορίων συνεστῶτι, ἅπαντα τὰ μόρια πρὸς ἓν ἔργον, τουτέστι πρὸς τὸ ὁρᾷν ὁμολογεῖται· τῶν δ᾽ ἄλλων μορίων ὁ αὐτὸς λόγος. οὕτω μὲν οὖν ἡ γαστὴρ καὶ τὸ στόμα καὶ πόδες καὶ χεῖρες. τοῦτο δὲ οὐ πάντες εἰδέναι βούλονται, καίτοι κατὰ τόνδε τὸν λόγον εἰρηκότος τοῦ συγγραφέως. συγγνωστέον μέντοι καὶ πολλοῖς, ἀγνοοῦσι διὰ τὴν ἀσάφειαν τῆς λέξεως. καὶ γὰρ κατὰ τὸν παλαιὸν ἡρμήνευται τρόπον καὶ ταχέως καὶ ἀπὸ τῶν ἄνωθέν τε καὶ κάτωθεν ἀδιαλύτως, καθάπερ ἐστὶ πλεῖστα τῶν ἐν τῷδε τῷ γράμματι, ἢ αὐτοῦ τοῦτον τὸν τρόπον πρῶτον γράψαντος, ἢ τοῦ βιβλιογράφου, ὡς εἰκός ἐστι, σφαλέντος,

mutuo consentientes, hoc est omnes in unius operis ministerium conspirare. Perspicuum enim est, magnas omnis animalis partes, ut manus, ut pedes, ut oculos, ut linguam, omnium animalis actionum causa factas esse, omnesque ad actiones obeundas consentire. Quin etiam minores ad totius instrumenti actiones ipsae quoque referuntur, sicut in oculo, quod unum est aspectus instrumentum et ex multis constat particulis, omnes particulae ad unum opus, hoc est ad videndum consentiunt. Aliarum partium est eadem ratio. Sic ventriculus, sic os, sic pedes, sic manus faciunt; non omnes tamen id nosse volunt, quamvis hoc sermone id exposuerit hic auctor. Multis tamen danda venia est, propter dicendi obscuritatem non intelligentibus. Hanc enim sententiam et prisco more et succincte extulit et sursum et deorsum sine copulatione, ut dicta est maxima pars eorum, quae hoc libro continentur, vel quod ipse primum ita scripserit, vel quod librarius, ut verisimile est, errarit, aut ad extremum quod

Ed. Chart. VI. [280.]
ἢ τέλος μετατεθειμένων καὶ καινωθησομένων πολλῶν πρός τε τοῦ Καπίτωνος καὶ Διοσκορίδου καὶ τῶν ἄλλων τολμηρῶν ἐξηγητῶν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις τοῦ Ἱπποκράτους πραγματείας συμβέβηκεν. ἀλλ' οὐ πρόκειται νῦν ἡμῖν τῶν ἄλλων ἐξελέγχειν τὰ σφάλματα, ἀλλὰ τὴν Ἱπποκράτους λέξιν ἐξηγήσασθαι. φησὶ γοῦν αὐτὸς κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα συμπαθέα, κατὰ δὲ μέρεα τοῦ μέρεος ἑκάστου πρὸς τὸ ἔργον, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι τὰ μόρια πάντα, ὡς εἶπον, πρὸς ἓν ἔργον συντείνει· καὶ ἕκαστον μόριον ὡσαύτως, ὡς πρὸς τὸ ζῆν πάντα καὶ πρὸς μέσας τοῦ σώματος ἐνεργείας καὶ πρὸς τὰς μερικὰς ἐνεργείας τὰ κατὰ μέρη· ὡς αἱ χεῖρες τῆς ἀντιλήψεως χάριν ἐγένοντο, οἱ δ' ὀφθαλμοὶ τῆς ὄψεως, οἱ δὲ πόδες τῆς βαδίσεως καὶ τἄλλα τὸν αὐτὸν τρόπον. εἰ μὲν οὖν ὡς ὀφθαλμῶν καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν ἅπασιν ἔνδηλον τοὔργον, οὕτω καὶ θώρακος καὶ πνεύμονος καὶ καρδίας καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἦν, οὐκ ἂν ἀναγκαῖον εἴη πολλὰ περὶ τούτων εἰπεῖν· νυνὶ δὲ πλείστων ἄδηλον τοὔργον καὶ μὴ μόνον τοῖς πολλοῖς καὶ τυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις. διὸ οὐκ ἐνδέχεται τῶν

multa ſint immutata et innovata a Capitone, a Dioſcoride et aliis audacibus interpretibus, ſicut in aliis Hippocratis ſcriptis contigit. Sed nunc non eſt nobis propoſitum aliorum errata arguere, ſed Hippocratis explicare ſententiam. Ait igitur: *in totius corporis compage omnia conſentiunt et partis cujusque partes ad ejus actionem conſpirant.* Quibus verbis nos docet, omnes partes, ut dixi, in unam actionem conſpirare, unamquamque eodem modo: ut omnes ad vitam et ad omnes corporis actiones conſentiunt, ſic ſingulae ad ſingulas actiones conſpirent, ſicut manus apprehenſionis cauſa factae ſunt, oculi aſpectus, pedes inceſſus et caeterae partes pari modo. Si igitur ut manuum, oculorum pedumque actio omnibus manifeſta eſt, ita etiam pectoris, pulmonis, cordis et aliarum omnium partium eſſet, non eſſet neceſſe de eis multa dicere; nunc vero actio plurimarum abdita eſt, nec ſolum vulgo et cuivis homini, ſed etiam medicis ac philoſophis, proinde ſit

Ed. Chart. VI. [280. 281.]

κατὰ μέρος ἐξευρεῖν καὶ τὰς ἐνεργείας καὶ τὴν χρείαν οὐδενός. εὔδηλον δ' ὅτι ὅσοι περὶ τὰς ἐνεργείας τῶν ὀργάνων σφάλλονται, οὗτοι καὶ τὴν χρείαν τῶν μορίων ἀγνοοῦσι. ταύτης δὲ μὴ γινωσκομένης οὔτε πῶς πάντα συμπάσχει κατὰ τὴν οὐλομελίαν οὔτε κατὰ τὰ μέρη δυνατόν ἐστι γινώσκεσθαι. ἄνευ γὰρ τῆς τοιαύτης θεωρίας πῶς τῶν ἐγκεφάλου μορίων ἢ καρδίας ἢ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων σπλάγχνων ἑτοίμως ἐξευρήσομεν ἑκάστου τὴν ὠφέλειαν; διαφέρουσι δὲ περὶ τούτων καὶ φιλόσοφοι πολλοὶ καὶ εὐδόκιμοι καὶ οἱ ἰατροὶ οὐ τυχόντες. [281] ὁ μὲν γὰρ τὴν καρδίαν, ὁ δὲ τὰς μήνιγγας, ὁ δὲ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ἑαυτῷ φησιν ἔχειν τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονοῦν· ὥστε καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων τὴν ὠφέλειαν ἄλλος ἄλλην ἐρεῖ. ἵνα γοῦν τὴν ἀλήθειαν γνῶμεν, δι' ὀλίγων ῥημάτων διδάσκει Ἱπποκράτης τούς γε δυναμένους μανθάνειν τὰ αὐτοῦ. οὐ δύναται δὲ εὑρηθῆναι χωρὶς τοῦ περὶ χρείας μορίων ἀκριβῶς ἐπεσκέφθαι. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ γινώσκειν, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀρίστη κατασκευὴ

ut neque actionem, neque ufum partium fingularum inveniamus. Quum interdum evidens fit, quicunque in actionibus inftrumentorum falluntur, eos etiam partium ufum ignorare, hoc autem ignorato, nec quomodo omnia in totius corporis compage fimul confentiant, neque quomodo id in fingulis partibus fiat, cognofci poteft. Etenim hac neglecta contemplatione, quomodo particularum cerebri aut cordis aut aliorum fere omnium vifcerum fingulorum utilitatem fine mora inveniemus? His de rebus diffentiunt multi clarique philofophi et medici non vulgares. Alius enim in corde, alius in membranis, alius in cerebro animae principatum ftatuit. Proinde partium, quae in illis funt, alius aliam utilitatem effe vult. Ergo ut veritatem cognofcamus, paucis verbis docet Hippocrates eos, qui ab ipfo poffunt perdifcere. Sed ea inveniri non poteft, nifi partium utilitas fit accurate confiderata. Quod in eo pofitum eft, ut quae fit optima corporis con-

Ed. Chart. VI. [281.]
τοῦ σώματος. ταῦτα δὲ ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων ἀκριβῶς ἐξείργασται.

κε΄.

Ἀρχὴ μεγάλη εἰς ἔσχατον μέρος ἀφικνέεται, ἐξ ἐσχάτου μέρευς εἰς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται.

Ἀρχὴν λέγομεν εἶναι τὸ μόριον ὃ τοῖς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ πεφυκόσιν ἤτοι δύναμιν ἢ πάντως γε τὴν ὕλην χορηγεῖ. ἵνα δὲ τὸ ζῶον ἅμα τε θερμὸν ᾖ συμμέτρως, εἰς ὅσον πρέπει τῷ ζώῳ γενέσθαι θερμῷ καὶ τοὺς τόπους ἀμείβειν δύνασθαι, δύο ἀρχὰς ἐπεκτήσατο, τὴν μὲν ἑτέραν ὀργάνων διαφυλαξάντων αὐτῷ τὴν κατὰ φύσιν θερμότητα, τὴν δὲ ἑτέραν τῶν ὑπηρετησόντων ἁπάσαις ταῖς καθ᾽ ὁρμὴν ἐνεργείαις. ἐπειδὴ δὲ τὸ κύημα πληρωθῇ τοῦ αἵματος, τότε τρεῖς εἰσιν αἱ ἀρχαὶ, ἡ καρδία καὶ ὁ ἐγκέφαλος καὶ τὸ ἧπαρ. ἔστι μὲν τάδε ἀρχαὶ, ἀδιάρθρωτα δὲ καὶ ἄμορφα ἔτι, πῆξιν δὲ ἤδη

ſtitutio, cognoſcatur. Haec autem in libris de uſu partium ſunt diligenter pertractata.

XXV.

Principium magnum in ultimam partem pervenit, ex ultima parte ad principium magnum pervenit, una natura eſſe et non eſſe.

Principium eſſe dicimus partem, quae iis a ſe exortis aut facultatem aut materiam omnino praebet. Ut autem animal ſit moderate calidum, quatenus ei convenit ut calidum fiat ac mutare locum queat, duo principia nactum eſt, alterum inſtrumentorum, quae naturalem calorem conſervent, alterum eorum, quae omnibus ex appetitu actionibus obtemperent. Ubi vero foetus ſit repletus ſanguine, tum tria ſunt principia, cor, cerebrum, jecur. Haec tamen principia indiſtincta adhuc ſunt et informia, ſed quae coagulationem quandam notabilemque

Ed. Chart. VI. [281.]
τινὰ καὶ μέγεθος ἀξιόλογον ἔχοντα. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τὰς μὲν τρεῖς ἀρχὰς ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς· ὑπογραφὴν δέ τινα ἁπάντων ἄλλων μορίων. ἔπειτα δὲ τὰ ἐν τοῖς κώλοις καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τῷ σώματι πάντα διαρθροῦται. τριῶν μὲν οὖν οὐσῶν ἔμαθες ὅτι ὁ ἐγκέφαλός ἐστιν ἀρχὴ τῶν προαιρετικῶν ἐνεργειῶν, ἡ καρδία δὲ τῶν ζωτικῶν ὀνομαζομένων, τὸ δὲ ἧπαρ τῶν περὶ τροφῆς, ἃς δὴ καὶ φυσικὰς ὀνομάζουσιν. νῦν δὲ ἐπειδὴ ἐν τῇ καρδίᾳ ἡ ἀρχὴ ζωῆς συνίσταται καὶ αὐτή ἐστιν ἀρχή τε καὶ πηγὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἧς ἄνευ οὐ δύναται ζῶόν ποτε ζῆν, διὰ τοῦτο τὴν καρδίαν αὐτὴν ἀρχὴν μεγάλην καλεῖ· ἐξ αὐτῆς γὰρ ὁρμῶσα ἡ ἔμφυτος θερμότης εἰς πάντα τοῦ ζώου μόρια, καὶ τὰ ἐγγυτάτω καὶ τὰ πορρωτάτω, ἅπερ αὐτὸς ἔσχατα λέγει, κατὰ πᾶσαν ὥραν καὶ πάντα χρόνον ἀφικνέεται καὶ πάλιν εἰς αὐτὴν παλινδρομεῖ, ὡς τοιαύτην τινὰ γενέσθαι ἀμοιβὴν, οἵαν δὴ ἔφαμεν πολλάκις πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίαν εἶναι. καὶ ταύτης στερούμενον τὸ ζῶον οὐχ οἷόν τε μὴ μόνον οὐκ ἐνεργεῖν τι τῶν ὅλων πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ μηδ᾽ ὅλως ζῆν.

magnitudinem habeant. Progreffu autem temporis licet haec tria principia evidenter intueri et quandam etiam aliarum omnium partium defcriptionem; denique et artus et quae in toto funt corpore diftinguuntur. Quum igitur tria fint, nofti cerebrum effe voluntariarum actionum principium, cor earum, quae vitales nominantur, jecur earum, quae ad nutrimentum pertinent, quas etiam naturales vocant. Quumque in corde fit vitae principium, ipfumque fit et origo et fons innati caloris, fine quo nunquam vivere animal poteft, ideo ipfum cor magnum principium nuncupat. Siquidem ab ipfo dimanans nativus calor in omnes animantis partes et proximas et remotiffimas, quas ipfe ultimas vocat, omnibus horis omnique tempore pervenit et rurfus ad idem principium revertitur, ut talis quaedam fiat viciffitudo, quam perfaepe effe ad vitam neceffariam admonuimus et qua privatum animal non poffe non folum nihil plane agere rerum omnium, fed ne omnino quidem vivere. Ac fortaffe hoc unam

Ed. Chart. VI. [281. 282.]
καὶ ἴσως τήνδε μίαν φύσιν καλεῖ, ὡς τοιαύτης οὔσης ἄνθρωπος εἴη, μὴ οὔσης δὲ οὐκ εἴη.

κστ'.

Νούσων διαφοραὶ ἐν τροφῇ, ἐν πνεύματι, ἐν θερμασίῃ, ἐν αἵματι, ἐν φλέγματι, ἐν χολῇ, ἐν χυμοῖσιν, ἐν σαρκὶ, ἐν πιμελῇ, ἐν φλεβὶ, ἐν ἀρτηρίῃ, ἐν νεύρῳ, μυῒ, ὑμένι, ὀστέῳ, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, στόματι, γλώσσῃ, στομάχῳ, κοιλίῃ, ἐντέροισι, φρεσὶ, περι- [282] τοναίῳ, ἥπατι, σπληνὶ, νεφροῖσι, κύστει, μήτρῃ, δέρματι. ταῦτα πάντα καὶ καθ' ἓν καὶ κατὰ μέρος. μέγεθος αὐτῶν μέγα καὶ οὐ μέγα.

Ἦν ἐπὶ τοῦ τῶν νοσημάτων ἀριθμοῦ ζήτησις παρὰ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς. εἶπον γάρ τινες ἑπτὰ τὰ πάντα εἶναι αὐτά· ἄλλοι δὲ ἐλάττω τούτων ἢ πλείω. ἄλλοι δὲ, ὡς οἱ ἀπὸ Κνίδου, τὸν τῶν μορίων τοῦ σώματος ἀριθμὸν τῆς νόσου προσέγραψαν, ὡς εἶναι τῆς χολῆς νόσους ἑπτά· τῆς

naturam nuncupat, ut quum hic calor adſit, homo ſit, quum ille abſit, homo eſſe deſinat.

XXVI.

Morborum differentiae in alimento, in ſpiritu, in calore, in ſanguine, in pituita, in bile, in humoribus, in carne, in pinguedine, in vena, in arteria, in nervo, muſculo, membrana, oſſe, cerebro, ſpinali medulla, ore, lingua, gula, ventriculo, inteſtinis, ſepto transverſo, peritonaeo, jecore, liene, renibus, veſica, utero, cute, haec omnia tum ſigillatim, tum per partes, magnitudo ipſorum magna et non magna.

De numero morborum apud omnes veteres medicos extitit quaeſtio. Quidam enim omnes morbos eſſe ſeptem numero dixerunt, alii aut plures aut pauciores. Alii, ut Cnidii, numerum partium corporis ad numerum morborum accommodarunt, ut bilis ſint morbi ſeptem, veſicae

Ed. Chart. VI. [282.]
δὲ κύστεως ιβ', νεφρῶν δὲ δ', τοῦ μηροῦ δὲ β', τοῦ ποδὸς ε'. ὡς καὶ στραγγουρίας τέσσαρας, τετάνους τρεῖς, ἰκτέρους δ', καὶ φθίσεις γ', καὶ κυνάγχας πολλὰς, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰς τῶν ἐντέρων διαθέσεις πολλάς. ὅπερ οὔτε ἀληθὲς, οὔτε ἀναγκαῖόν ἐστιν. * * *
ἀλλ' εἰ νῦν κινήσαιμι τὴν περὶ διαφωνίας αὐτῶν διέξοδον, ἀπάξω τοῦ χρησίμου τὸν λόγον. διττὸν γὰρ δή που γένος ἐστὶ νοσημάτων, ἕτερον μὲν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασιν, ἕτερον δὲ ἐν τοῖς ὅλοις ὀργάνοις, ὡς ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν εἰσὶν αἱ δυσκρασίαι, τῶν δ' ὅλων ὀργάνων ἓν μὲν τὸ παρὰ τὴν διάπλασιν, ἓν δὲ τὸ παρὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν μορίων, ἄλλο δὲ τὸ παρὰ τὸ ποσὸν ἑκάστου καὶ τὸ παρὰ τὴν θέσιν. ἔστι καὶ ἡ τῆς συνεχείας λύσις, ὡς εἶναι ἓξ τὰ πάντα τῶν νοσημάτων γένη· αἱ δὲ καθ' ἕκαστον αὐτῶν διαφοραὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων εἰδῶν ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς εἴρηται. ἄλλας δὲ τῶν νόσων διαφορὰς νῦν αὐτὸς λέγει· ὡς ἐκ τῆς τροφῆς, ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πολλῶν. καὶ γὰρ ἐκ τῆς τρο-

duodecim, renum quatuor, femoris duo, pedis quinque, ſicut etiam difficultatis urinae quatuor, diſtentiones tres, morbi regii quatuor, tabis tres, anginae multos, eodemque modo inteſtinorum multas affectiones poſuerunt, quod neque verum eſt, neque neceſſarium. * * * Verum ſi nunc de illorum diſſenſione dicere aggrediar, ſermonem ad inutilia deflectam. Morborum enim duplex eſt genus, alterum in partibus ſimilaribus, alterum in totis organis. Ut in ſimilaribus ſunt intemperies, ſic et in inſtrumentis unum in ſigura ſpectatur; alterum in numero partium, tertium in cujusque quantitate, quartum in ſitu obſervatur. Eſt vero etiam ſolutio continui, atque ita ſena ſunt omnia genera morborum. Horum autem cujusque differentiae ad ultimas usque ſpecies in libro de differentia morborum expoſitae ſunt. Alias vero morborum differentias ipſe nunc connumerat, quae ab alimento, ab aere nos ambiente et ab aliis multis rebus oriuntur. Etenim ſieri morbos ex alimento in libro de natura hominis atte-

Ed. Chart. VI. [282.]

φῆς γίνεσθαι νοσήματα εἶπεν αὐτὸς κατὰ τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ταυτὶ γράφων· αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται αἱ μὲν ἀπὸ διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν. καὶ τὴν διάγνωσιν ἑκατέρων προστίθησιν. ἐπεὶ δὲ μὴ μόνον ἀπὸ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν θερμῶν λουτρῶν ἢ ψυχρῶν καὶ γυμνασίων, ἀργίας τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ λύπης καὶ θυμοῦ καὶ ψύξεως καὶ ἐγκαύσεως γίνονται, εἰκότως προσέγραψεν, ἐν θερμασίῃ καὶ τὰ λοιπά. ἐπειδὴ δὲ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχει πρὸς μὲν τὰς φλέβας ἡ ἐκ τῆς κοιλίας εἰς αὐτὰς ἀναδιδομένη τροφὴ, πρὸς δὲ τὰς σάρκας ἡ ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς ἐκείνας, ἣν παρεῖχε τὰ ἐσθιόμενά τε καὶ πινόμενα πρὸς τὴν γαστέρα. διὰ τοῦτο ἐκ τῶν κακοχυμιῶν πάμπολλα συμβαίνει γενέσθαι νοσήματα, ὡς ἐρυσιπέλατά τε καὶ καρκίνους καὶ γάγγραινας, φαγεδαίνας τε καὶ ἄνθρακας καὶ ἕρπητας, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. ἐνίοτε δὲ τὰ ἐδέσματά ἐστι μοχθηρὰ ἢ φύσει ἢ διὰ σηπεδόνα τινά. καὶ φύσει καθάπερ κρόμμυά τε καὶ σκόροδα καὶ κάρδαμα καὶ πράσα, διὰ σηπεδόνα τε ὥσπερ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ τἄλλα τὰ γεύματα. τοι-

δὲ γάλα, ὅπερ ἐστὶν ἀκριβῶς εἰργασμένη τροφὴ, ἐκ τούτων γίνεται. ἐξ αἵματος μὲν γὰρ ἔτι κυουμένοις ἡμῖν ἡ τροφή. ἐξ αἵματος δὲ καὶ ἡ τοῦ γάλακτος, ὡς εἶπον, γένεσις ὀλιγίστην μεταβολὴν ἐν μαστοῖς προσλαβόντος. * * *ἄριστον μὲν τοῖς βρέφεσι τὸ τῆς μητρός ἐστι γάλα, πλὴν εἰ νενοσηκὸς εἴη· ὅταν δὲ ἄμεμπτον εἴη, τότε ἐστὶν αὐτοῖς κατὰ φύσιν, καὶ τὰ βρέφη συνηθεστάτῃ τε καὶ οἰκειοτάτῃ χρῆται τροφῇ. καὶ ἡ φύσις μὴ μόνον τὴν τοιαύτην τροφὴν παρασκευάζει τοῖς βρέφεσιν, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις αὐτοῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς συμφύτους παρέχει τῆς χρήσεως αὐτῆς. ἐπισκέπτεσθαι δὲ καὶ δοκιμάζειν ἀκριβῶς δεῖ τὸ γάλα γεύσει καὶ ὄψει καὶ ὀσφρήσει. τὸ γὰρ ἄριστον ἔσται τὸ γευομένοις καὶ ὀσμωμένοις ἡδύ· ὀφθήσεται δὲ λευκόν τε ἅμα καὶ ὁμαλὸν καὶ μέσον πως τοῦ ὑγροῦ τε καὶ παχέος. τὸ δὲ μοχθηρὸν ἤτοι παχὺ ἢ ὑγρὸν ἢ ὀῤῥῶδες ἢ πελιδνὸν καὶ ἀνώμαλον ἐν συστάσει καὶ τῇ χρόᾳ. ἀλλὰ καὶ τοῖς γευομένοις πικρὸν ἢ ἁλμυρὸν ἢ τινος ἑτέρας ἀλλοκότου ποιότητος μετέχον φανήσεται. φησὶ δὲ μὴ μόνον τὸ γάλα εἶναι τρο-*

eſt alimentum exacte confectum, ex iis efficitur. Quum enim adhuc in utero ſumus, ſanguine alimur. Et ex ſanguine qui perexiguam in mammis mutationem aſſumat, lac, ut dixi, conficitur. * * * Lac matris, niſi aegrotet, eſt infantibus optimum. Quumque culpa vacat, tunc eis naturale eſt et infantes uſitatiſſimo accommodatiſſimoque alimento fruuntur. Ac natura non modo hoc infantibus alimentum parat, ſed facultates eis inſitas ab ipſo ſtatim initio tribuit, quibus uti eo poſſint. Conſiderandum explorandumque accurate eſt lac guſtu, viſu et odoratu. Quod enim optimum eſt guſtantibus odorantibusque erit ſuave, intuentibus vero candidum ſimul et aequale et medium quodammodo inter liquidum et craſſum. Quod vero vitioſum eſt aut craſſum aut liquidum aut ſeroſum aut lividum, et conſiſtentia coloreque inaequale. Sed et guſtantibus amarum aut ſalſum aut abſurdae cujusdam qualitatis particeps videbitur. Ait autem non ſolum alimentum eſſe

Ed. Chart. VI. [292.]
φὴν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς εἶναι τῶν ἄλλων τροφῶν ἰδέας, ὡς τοῦ οἴνου, τῶν σαρκῶν, τῶν ὀσπρίων καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν, ἅπερ αἱ γυναῖκες προμασώμεναι καὶ ἐντιθεῖσαι τοῖς στόμασι τῶν παιδίων εἰώθασι τῇ πείρᾳ διδαχθεῖσαι. ἢ καὶ τοῦτο λέγει αὐτὸς περὶ παντὸς γένους τῆς τροφῆς, ᾗ ὁσημέραι χρῶνται οἱ θνητοί; τοῦτο γὰρ ἄμεινον. εἶπε γὰρ μίαν μὲν εἶναι δύναμιν τῷ γένει, ἰδέας δὲ πολλάς.

θ΄.

Καὶ κατὰ χώρην καὶ ἐθισμόν.

Ἐπιβλέπειν χρὴ τὴν ἐνεστῶσαν ὥραν τοῦ ἔτους εἴτε ἐαρινὴ, εἴτε θερινὴ, εἴτε φθινοπωρινὴ, εἴτε χειμερινὴ ἐστὶν, καὶ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ εἰσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὴν ἡλικίαν αὐτῶν. ὡς εἰ τὸ χωρίον θερμὸν ἢ ψυχρὸν, καὶ πότερον νέοι ἢ ἀκμάζοντες ἢ πρεσβῦται. δεῖ δὲ καὶ τὸ ἔθος γνώριμον ἡμῖν εἶναι. ἔνιοι γὰρ τὰ βρώματα καὶ πόματα ὅσα συνήθη δυσπεπτότερα ὄντα ῥᾷον πέττουσιν ἢ τὰ ἀσυνήθη

lac, ſed multas etiam eſſe aliorum alimentorum ſpecies, ut vinum, carnes, legumina et alia permulta, quae mulieres prius mandunt et uſu edoctae in ora infantium indere ſolent. An vero hoc ipſe dixit de omni genere alimenti, quo mortales quotidie utuntur? Id enim praeſtat accipere, nam et unam facultatem genere multasque ſpecies dixerat.

IX.

Et pro regione et conſuetudine.

Praeſens anni tempus ſpectandum eſt, utrum vernum, an aeſtivum, an autumnale, an hibernum ſit. Regio quoque attendenda eſt, in qua homines degunt. Sed et aetatis habenda eſt ratio, ut ſcias, an regio ſit calida, an frigida, et utrum ſint pueri, aut adoleſcentes, aut ſenes. Conſuetudo quoque nota eſſe nobis debet, quando ſunt, qui cibos et potus, quibus uti ſolent et difficiliores ſunt

Ed. Chart. VI. [292. 293.]
εὐπεπτότερα ὄντα. διὸ πάνυ πολλὴν ἐπίσκεψιν ποιεῖν δεῖ περὶ συνηθείας καὶ ἀσυνηθείας, εἰ μέλλοι μὴ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν χωλεύειν. εἴρηται δὲ περὶ ἔθους καὶ ἐν ἑτέροις ὑπομνήμασιν. διὰ τοῦτο πρὸς τὰ ἐφεξῆς μεταβήσομαι.

ί.

[293] *Τρέφεται δὲ τὰ μὲν ἐς αὔξησιν καὶ τὸ εἶναι, τὰ δὲ ἐς το εἶναι μόνον,] ὡς γέροντες, τὰ δὲ πρὸς τούτων καὶ ἐς ῥώμην.*

Τὰ βρέφη καὶ τὰ παιδία καὶ τὰ μειράκια ἕλκουσι τὴν τροφὴν, ὡς αὔξησιν λάβωσι καὶ ὡς σώζειν τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν. οἱ δὲ γέροντες οὐκ ἔτι αὐξάνονται. καὶ διὰ τοῦτο κἂν τρέφωνται, ὅμως αὔξησιν οὐ λαμβάνουσιν, ἀλλ' εἰς τὸ εἶναι μόνον τρέφονται. καθεστηκότες δὲ τελευταῖον καὶ εἰς τὸ εἶναι καὶ εἰς ῥώμην, ὡς καί τινες εἰς ταῦτα πάντα.

---

ad concoquendum, facilius concoquant quam insolitos et ad concoquendum faciliores. Quare magnopere spectanda est consuetudo et dissuetudo, nisi multum velis in medicina claudicare. Sed de consuetudine dictum in aliis commentariis est. Propterea ad ea, quae deinceps sequuntur, pertransibo.

X.

Aluntur quaedam ad incrementum et essentiam, quaedam ad essentiam solum, ut senes, quaedam praeterea et ad robur.

Infantes, pueruli et adolescentuli alimentum trahunt, ut incrementum sumant atque ut essentiam suam tueantur. Senes non amplius augentur. Proinde licet alantur, tamen incrementum non sumunt, sed aluntur, ut solum sint. Postremo autem qui aetatem consistentem agunt et ad essentiam et ad robur aluntur, sicut nonnulli, ut haec omnia consequantur.

Ed. Chart. VI. [293.]

ιά.

Διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων ἐν πᾶσι.

Διὰ τί μὲν ἡ ἀθλητικὴ διάθεσις οὐ φύσει, δι' ἑτέρων ἐξηγούμεθα. ἀκούειν δέ σε χρὴ νῦν τὴν ἕξιν τῶν σωμάτων μὴ τῶν ὁπωσοῦν γυμναζομένων, οἷον ἤτοι σκαπτόντων ἢ ἄλλο τι πραττόντων, ὅσα κατὰ φύσιν ἄνθρωποι ποιοῦσιν, ἀλλ' οἷς τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα οἰκεῖόν ἐστι, τὸ γυμνάζεσθαι κατ' ἀθλητικὴν τῶν ἀντιπάλων ἰσχὺν ἐπασκοῦσιν, οὓς ἀθλητὰς ἐκάλουν, οἵπερ τὸν βίον ἅπαντα ἐν γυμνασίοις διατρίβουσιν, τοῦ καταβάλλειν ἑτέρους ἕνεκα. πρὸς δὲ τὸ τοῦτο ποιεῖν πειρῶνται ἀεὶ περιβάλλεσθαι μέγεθος ὄγκου κατὰ τὸ σῶμα καὶ πλῆθος χυμῶν, ὅθεν πᾶν τὸ σῶμα τρέφεται. τὴν δὲ τοιαύτην διάθεσιν αὐτὸς εἶπεν εἶναι σφαλερὰν, ὅτι ἐπειδὴ τὰ ἀγγεῖα ὑπερπληρωθῇ ποτῶν ἢ σιτίων, κίνδυνος αὐτοῖς ἐστι τοῦ διαῤῥαγῆναι ἢ καταπνιγῆναι ἢ καὶ σβεσθῆναι τὴν ἔμφυτον αὐτῶν θερμασίαν· ὅτι μὲν χρὴ φεύγειν

XI.

Affectio athletica non eſt natura. Habitus ſalubris melior in omnibus.

Cur athletarum affectio non ſit naturalis, alibi expoſuimus. Hoc autem loco habitum corporum intelligere debes non eorum, qui quovis modo exercentur, ut qui fodiunt aut remigant aut quid aliud agunt eorum, quae homines naturaliter faciunt, ſed eorum, quorum hoc ſtudium eſt proprium, ut ſeſe exercendo contra vim athleticam adverſariorum ſe muniant, quos athletas vocarunt, qui aetatem omnem in exercitationibus conſumunt, ut alios dejiciant. Ad haec autem peragendum magnam molem corpori adjicere et humorum copiam, unde totum corpus alitur, ſemper afferre ſtudent. Hanc autem affectionem ipſe eſſe periculoſam cenſuit, quia ubi vaſa impleta cibis potibusque ſunt, periclitantur ne aut illa diſrumpantur, aut nativus calor ſuffocetur, aut extingua-

Ed. Chart. VI. [293.]
τε καὶ δεδιέναι τοιαύτην τὴν διάθεσιν πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται σαφῶς· τῆς δὲ φυσικῆς ἕξεως, ὅταν ὑγιεινὴ εἴη καὶ οἵα τε εἴη καλεῖσθαι εὐεξία ἁπλῶς, προσήκει παντὶ τρόπῳ σπουδάζειν, καὶ ὥσπερ ταύτην ἐπαινοῦσι πάντες, οὕτω τὴν ἀθλητικὴν πᾶς καὶ ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ἐμέμψατο, ὅτι, ὥς φησι Πλάτων, πρὸς οἰκονομίας καὶ πρὸς στρατείας καὶ πρὸς ἑδραίαυς ἀρχὰς ἐν πόλει δύσκολος, μάλιστα δὲ πρὸς μαθήσεις ἀστινασοῦν καὶ ἐννοήσεις τε καὶ μελέτας χαλεπή.

ιβ'.

Μέγα τὸ ποσὸν εὐστόχως ἐς δύναμιν ξυναρμοσθέν.

Ἐν ταῖς τροφαῖς καὶ ποιότης καὶ ποσότης ἐστὶ, καὶ μὴ μόνον δεῖ τῆς ποιότητος αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ποσότητος στοχάζεσθαι. πάνυ μὲν γὰρ πρὸς δύναμιν συμφέρειν φαμὲν, εἰ τὸ ποσὸν ταῖς δυνάμεσι συναρμόζῃ, καὶ τότε πείτεσθαι

tur. Dictum autem perſpicue ab Hippocrate eſt, hanc affectionem eſſe et fugiendam et pertimeſcendam. Habitui autem naturali, quum ſalubris ſit et bonus habitus appellari abſolute poſſit, omni modo ſtudere convenit, et ſicut hunc omnes ornant laudibus, ſic athleticum omnes et medici et philoſophi vituperarunt, propterea quod, ut ſcriptum reliquit Plato, et ad rem familiarem tuendam et ad militarem et ad urbanos magiſtratus gerendos incommoda eſt, et quod familiam ducit, omne diſcendi ſtudium et omnem intelligendi meditandique diligentiam impedit.

XII.

Arduum quantitas proba conjectura ad facultatem accommodata.

In alimentis qualitas et quantitas eſt. Nec ſolum debemus conjectura conſequi qualitatem, ſed etiam quantitatem. Nos vero in aliis ad vires non parum conferre dicimus, ſi quantitas facultatibus noſtris accommodetur, ac

Ed. Chart. VI. [293. 294.]
τὴν τροφὴν καλῶς ἴδομεν καὶ διαδίδοσθαι καὶ τὰ περιττὰ ἐκκρίνεσθαι καὶ τὰς ἄλλας τὰς φυσικὰς ἐνεργείας κατὰ τρόπον ἕπεσθαι. ἐναντίως δὲ, ἐὰν ἁμαρτάνῃς τι.

ιγ'.

[294] Γάλα καὶ αἷμα τροφῆς πλεονασμός.

Τὸ γάλα περίττωμα χρηστῆς ὑπάρχει τροφῆς, καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἀνθρώπῳ οἱ τιτθοὶ τοῖς στέρνοις εὐλόγως πρόσκεινται, πρῶτον μὲν ὅτι οὗτος ὁ τόπος ἐστὶν αὐτοῖς οἰκειότατος, δεύτερον δὲ ὅτι ὡς σκέπη τις τῇ καρδίᾳ προσγίνεται, καὶ τρίτον ὅτι περίττωμα χρηστῆς τροφῆς ἐνταυθοῖ πλεῖστον ἐπ' ἀνθρώπων ἀθροίζεσθαι δύναται. περὶ δὲ τοῦ αἵματος οὐδεὶς ἀγνοεῖ πῶς γίνεταί τε καὶ ἐκ τίνων ὡς ὑλῶν καὶ διὰ τίνων ὀργάνων, εἰ μὴ καὶ πάντα καὶ κατὰ τὴν ἀνατομὴν καὶ ὅλην ἰατρικὴν ἀγνοεῖ.

tunc alimentum probe concoqui ac diſtribui et excrementa excerni et alias naturales actiones ordine procedere cernimus, ſicut ſecus, ſi qua in re pecces.

XIII.

Lac et ſanguis alimenti redundantia.

Lac eſt utilis alimenti excrementum. Quocirca jure factum eſt ut in homine mammae ſint in pectore collocatae, primum quia is locus eſt eis aptiſſimus, deinde quia velut tegumentum quoddam cordi accedit, tertio quia utilis excrementi plurimum in hominibus poteſt eo in loco colligi. De ſanguine autem et quomodo gignatur et ex quibus veluti materiis fiat et per quae inſtrumenta, nemo ignorat, niſi idem omnium, quae in diſſectionibus corporum medicinaque tractantur, ſit ignarus.

Ed. Chart. VI. [294.]

ιδ'.

Περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, ἐς ἔμβρυον καὶ ἐς τούτου τροφήν.

Τέσσαρές εἰσι τῶν κυουμένων χρόνοι· πρῶτος μὲν, ἐν ᾧ κατὰ τὰς ἀμβλώσεις τε καὶ τὰς ἀνατομὰς ἡ τοῦ σπέρματος ἰδέα κρατεῖ, δεύτερος δὲ, ἐν ᾧ καρδία καὶ ἐγκέφαλος καὶ ἧπαρ, κἂν ἔτι ἄμορφα τυγχάνῃ, πῆξιν ἤδη τινὰ καὶ μέγεθος ἔχει· τρίτον δὲ ὅταν τὰς τρεῖς ἀρχὰς ταύτας ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς, ὑπογραφὴν δέ τινα τῶν ἄλλων μορίων. τέταρτος δέ ἐστι χρόνος, ἡνίκα μὴ μόνον αἱ τρεῖς ἀρχαὶ, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ γαστέρα καὶ τὰ ἐν κώλοις ἅπαντα διηρθρωται. οὐ γὰρ ἀποτετμημένος εἷς ὅρος ἐστὶ τοῖς ἐμβρύοις οὔτε τῆς διαπλάσεως οὔτε τῆς ἀποκυήσεως. καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτὸς ὡς τὰ πολλὰ συμφώνους εἶναι τὰς περιόδους καὶ πρὸς τὸ κύημα καὶ ἐπειδὰν ἔχει τὰς τοῦ ζώου δυνάμεις πρὸς τὴν τροφὴν αὐτοῦ.

XIV.

Circuitus ad multa consoni, ad foetum et hujus alimentum.

Foetuum tempora sunt quatuor: primum est, in quo in abortu vel in dissectionibus superat adhuc seminis forma. Secundum, in quo cor, cerebrum et jecur, licet adhuc sint informia, quandam tamen concretionem et magnitudinem habent. Tertium est, quum tria principia evidenter licet intueri et quaedam aliarum partium descriptio apparet. Quartum illud tempus est, quum non solum tria principia, sed etiam partes ad ventrem artusque pertinentes omnes distincta sunt. Foetibus enim non est unus praefinitus terminus, neque perspicuae conformationis, neque egressionis in lucem. Quocirca ipse dixit, *ad multa*, hoc est plerumque consonos esse circuitus et ad foetum et postquam animalis facultates nactus est, ad sui ipsius alimentum.

ιε'.

Αὖθις δ' ἄνω ῥέπει ἐς γάλα καὶ τροφὴν καὶ ἐς βρέφος.

Μεγάλη συμπάθειά ἐστι τῆς τε μήτρας καὶ τῶν τιτθῶν. καί εἰσιν ἀμφότερα ταῦτα τὰ μόρια εἰς ἑνὸς ὑπηρεσίαν ἔργου παρεσκευασμένα. συνῆψε δὲ ἡ φύσις αὐτὰ διὰ τῶν φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν, ἅπερ ἀγγεῖα ἐκ τῶν ἄνω φέρεται κάτω τοῦ σώματος, καὶ ἐκ τῶν κάτω ἄνω, ἵνα ὅταν ἐν ταῖς μήτραις αὐξάνηταί τε καὶ διαπλάττηται τὸ ἔμβρυον, ἐκείνῳ μόνῳ αἱ κοιναὶ φλέβες τὴν ἐξ ἀμφοτέρων ἐπάρδωσι τροφήν. ὅταν δὲ ἀποκυηθὲν τύχοι, τοῖς τιτθοῖς αὖθις ἐπιῤῥεῖ σύμπασα· ὥσπερ γὰρ τὸ ἔμβρυον ἔτι ἐν τῇ μήτρᾳ ἕλκει τὴν τροφὴν τὴν ἐξ αἵματος εἰς αὐτὴν, μὴ φερομένων καταμηνίων. συῤῥοῦντος, οὕτως τοῦ βρέφους ἤδη κυηθέντος ἐκεῖνο τὸ περιττὸν, ὅσον ἀθροιζόμενον ἡ φύσις ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ εἴωθεν ἐκκρίνειν, εἰς γάλα τρέπεται καὶ εἰς τιτθοὺς ἀναφέρεται πρὸς τὴν τοῦ παιδίου τροφήν. ἔστι γὰρ τὰ γάλακτα

XV.

Rurſus autem ſurſum repit ad lac, ad alimentum et infantem.

Magnus eſt uteri mammarumque conſenſus. Haecque utraque pars eſt ad unius operis miniſterium praeparata. Natura autem eas venis arteriisque conjunxit, quae vaſa a partibus corporis ſuperioribus ad inferiores et ab inferioribus ad ſuperiores feruntur, ut quando in utero foetus augeatur ac conſormetur, ei ſoli venae communes ex utrisque alimentum affundant. Quum vero ſit in lucem editus, mammis iterum totum affluat alimentum. Ut enim foetus, dum adhuc in utero eſt, alimentum trahit e ſanguine illuc confluente, quum interim menſtruae purgationes in uterum non comportentur, ita puerulo jam partu edito illud excrementum, quod collectum natura ſingulis excernere menſibus ſolebat, in lac convertitur et ſurſum ad mammas fertur, ut eo puerulus nutriatur. Lac enim

Ed. Chart. VI. [294. 295.]
τῶν ἐπιμηνίων ἀδελφὰ, ὥς φησιν Ἱπποκράτης. τὸ μὲν οὖν τῶν καταμηνίων ἄνω ῥέπον γάλα γίνεται καὶ τὸ βρέφος τρέφει τε καὶ αὔξάνει. διὰ ταῦτα γέγραφεν αὐτὸς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς. ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύονται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν· καὶ ἑτέρωθί που· ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα ἐκ τῶν μαστῶν πολὺ ῥεὲν ἀσθενοῖ τὸ ἔμβρυον· ὡς ἂν εἰς τοὺς μαστοὺς [295] τοῦ περιττοῦ πάντως ἀνιόντος, ὃ κατέλιπεν ἐν ταῖς φλεψὶ τὸ κυούμενον, μὴ δυναμένου τοῦ ἐμβρύου τὴν ἱκανὴν θρέψιν ἐπισπᾶσθαι.

ιστ'.

Ζωοῦται τὰ μὴ ζῶα, ζωοῦται τὰ ζῶα, ζωοῦται τὰ μέρεα τῶν ζώων.

Ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεται τὰ ὄντα καὶ ἐκ τῶν ὄντων ἄλλα ὄντα καὶ τὰ μέρη αὐτῶν· τὸ μὲν κύημα κατὰ τὸν πρῶτον καὶ δεύτερον χρόνον, ἡνίκα ὑπογραφήν τινα καὶ οἷον

est menstruo germanum, ut proditum ab Hippocrate est. Quocirca sanguis menstruorum sursum repens sit lac et infantem alit atque auget. Quamobrem in Aphorismis habetur: *si mulieri uterum gerenti purgationes procedant, foetus valere non potest;* et alio quodam in loco: *si gravidae lac copiose mammis profluet, foetum imbecillum reddit.* Quippe cum quicquid supervacaneum est, sursum ad mammas ascendat, quod foetus in venis reliquit, nec ipse quantum ad sui nutritionem satis est, queat attrahere.

XVI.

Animantur quae non sunt animalia, animantur quae sunt animalia, animantur partes animalium.

Ex iis quae nulla sunt, fiunt ea quae sunt, et ex iis quae sunt, fiunt alia et item ipsorum partes; foetus enim primo secundoque tempore, quum descriptionem quandam

Ed. Chart. VI. [295.]

σκιαγραφίαν ἔχει πάντων τῶν μορίων, μή πω ζῶον δεῖ καλεῖσθαι, ἀλλ' ὡς φυτὸν ἅπασαν τὴν γένεσιν ἔχει. ὥσπερ γὰρ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει εἰς τὸ κάτω τε καὶ κατὰ τῆς γῆς ἡ ῥίζωσις, οὕτω καὶ τοῖς κυουμένοις ἡ εἰς τὴν μήτραν ἔμφυσις τῶν κατὰ τὸ χωρίον ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν. καὶ ὥσπερ τὰ φυτὰ διττὴν ἔχει ἐκ τῶν σπερμάτων ἔκφυσιν, καθ' ἣν μὲν ἄνω προάγει τὸ πρέμνον καὶ τοὺς πτόρθους, εἰς δὲ κάτω κατασχίζει τὴν ῥίζωσιν, οὕτω καὶ τοῖς ἐμβρύοις πολυσχιδεῖς εἰσι τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν, ὡς πρέμνων μὲν εἰς ὅλον τὸ κυούμενον, ὡς ῥιζῶν δὲ εἰς τὴν μήτραν τελευτῶσαι. ἀλλὰ καὶ διπλῆ ἐν αὐτοῖς ἀρχὴ κινήσεώς τε καὶ διαπλάσεως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εὑρίσκεται. τὰ γοῦν μὴ ἔτι ζῶα γίνεται ζῶα, καὶ τὰ ζῶα τῇ δυνάμει γίνεται ἐνεργείᾳ, καὶ τὰ μέρη αὐτῶν κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον.

ιζ'.

Φύσιες πάντων ἀδίδακτοι.

adumbrationemque omnium partium habet, nondum animal vocari debet, ſed velut planta omnem habet ortum. Ut enim in plantis in parte inferiori et ſub terra eſt radix, ſic in foetu eſt exortus arteriarum et venarum chorii in uterum. Et ſicut plantae duplicem habent exortum e ſeminibus prodeuntem, per quem truncum et ramos ſurſum emittunt, deorſum vero radices in multas partes diſfundunt, ſic in foetibus multiplici ſciſſione diſpertitae venae atque arteriae in totum corpus, ut truncus, in uterum vero ut radices terminantur. Quin etiam duplex in ipſis et motionis et conformationis principium ab ipſo ſtatim initio reperitur. Ita quae animalia non ſunt, ſiunt animalia, et quae poteſtate animalia ſunt, ea ſiunt re ipſa animalia et partes item ipſorum eodem modo.

XVII.

Naturae omnium non edoctae.

Ed. Chart. VI. [295.]
Οὕτως ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γράφεται, ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιεῖ καὶ τὰς θείας δυνάμεις ἑαυτῆς ἐπιδείκνυται. οὐδεὶς γὰρ διδάσκει εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὸ βρέφος πῶς δεῖ τὴν γλῶτταν κινεῖν ἢ τοὺς τιτθοὺς ἐπιλαμβάνειν ἢ τὸ γάλα τῆς μητρὸς καταπίνειν, ἢ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας ἁπάσας ἐνεργεῖν· οὗ μηδέν ἐστιν εὑρίσκεσθαι θαυμασιώτερον. ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ καθ' ἑκάστην ὥραν καὶ ἀπὸ πάντων γίνεται, διὰ τοῦτο οὐδεὶς, εἰ μή τις τῶν καλῶν τε καὶ σοφῶν γινομένων φίλος εἴη, θαυμάζει.

ιη΄.

Αἷμα ἀλλότριον ὠφέλιμον, αἷμα ἴδιον ὠφέλιμον. αἷμα ἀλλότριον βλαβερὸν, αἷμα ἴδιον βλαβερόν. χυμοὶ ἴδιοι βλαβεροὶ, χυμοὶ ἀλλότριοι βλαβεροί· χυμοὶ ἀλλότριοι ξυμφέροντες, χυμοὶ ἴδιοι ξυμφέροντες· τὸ ξύμφωνον τὸ διάφωνον, τὸ διάφωνον τὸ ξύμφωνον· γάλα ἀλλότριον ἀστεῖον,

---

In fexto de morbis vulgaribus libro fic fcriptum invenitur: *quum vero natura non edocta fit, nec didicerit, quae oportet efficit, ac divinas fui facultates indicat.* Nemo eft enim, quum primum natus infans eft, qui ipfum doceat quomodo aut linguam movere, aut mammas accipere, aut maternum lac deglutire, aut omnes naturales actiones obire debeat, quo nihil inveniri poteft admirabilius. Sed quoniam haec et omni tempore et fingulis horis et ab omnibus geruntur, idcirco ipfa, nifi idem amicitia junctus fit iis qui clari ac fapientes evaferunt, admiratur.

XVIII.

Sanguis alienus utilis; fanguis proprius utilis; fanguis alienus noxius; fanguis proprius noxius; humores proprii noxii, humores alieni noxii; humores alieni conferentes, humores proprii conferentes; confonum, diffonum; diffonum, confonum. Lac alienum bonum; lac

Ed. Chart. VI. [295. 296.]

γάλα ἴδιον βλαβερόν· γάλα ἀλλότριον βλαβερὸν, γάλα ἴδιον ὠφέλιμον.

Ταῦτα πάντα δεῖ λαμβάνειν ἐν ταῖς διαφόροις περιστάσεσιν, ὡς ὅταν φθειρόμενόν τί ἐστιν ἢ μειούμενον, ἢ περιττὸν ἢ κακούμενον, ἢ ἄλλως πως ἀλλοιούμενον, ὡς καὶ τὸ τῆς μητρὸς γάλα οἰκεῖόν ἐστι τῷ υἱῷ, ὅτι οὐσία αὐτοῦ ἐστὶν οὐσία τοῦ αἵματος ἐξ οὗ γέγονεν. ἀλλ' ὅταν τὸ γάλα τῆς μητρὸς φθειρόμενον τυγχάνει, τότε ζητεῖν χρὴ ἄλλο προσῆκον τῷ παιδί. ταὐτὸ τοῦτο ἰστέον καὶ περὶ χυμῶν. λαπάθου μὲν γὰρ εἴ τις φάγοι τὰ φύλλα, τὴν κοιλίαν ἐκταράσσεται, εἰ δέ τις τὸ σπέρμα λάβοι, ἐπεχομένην αὐτὴν ἕξει. ὁμοίως δ' οὖν καὶ ὁ τῆς κράμβης χυλὸς [296] καὶ ὁ τῶν γερόντων ἀλεκτρυόνων ζωμὸς, καὶ οἱ τῶν θαλαττίων κοχλιῶν χυμοὶ καὶ αἱ σάρκες αὐτῶν.

---

proprium noxium; lac alienum noxium; lac proprium utile.

Haec pro varietate attributorum accipienda sunt, velut quum quidpiam corruptum sit aut diminutum aut redundans aut vitiatum aut alio modo quodam immutatum. Sicut etiam lac matris est filio aptum, quia ipsius substantia est substantia sanguinis ex quo genitus est. Verum si lac maternum corruptum sit, tum aliud, quod infanti conferat, quaerendum erit. Idem est de humoribus sentiendum. Rumicis enim si quis foliis vescatur, alvus subducetur, si semen comedat, alvus cohibebitur. Simili quoque modo brassicae succus et gallorum veterum jus et marinarum cochlearum humor et ipsarum carnes efficient.

ιθ'.

Σιτίον νέοισιν ἀκροσαπές. γέρουσι δὲ ἐς τέλος μεταβεβλημένον, ἀκμάζουσιν ἀμετάβλητον.

---

* * * τὰ ζῶα πάντα, ἐξ ὧν τρέφεσθαι δεῖ τοὺς γέροντάς τε καὶ τοὺς παρακμάζοντας, μίαν τὴν ἡμέραν καὶ νύκτα θνητευτὰ ἐᾷν. * καλῶς πεπεμμένας τροφὰς * * * νέοις τε καὶ ἀκμάζουσιν καὶ τὰ σύντονα ἔργα ἐνεργοῦσιν ὀπτὰ ἢ ἑφθὰ ἐπιμελῶς * * ποιότητα γὰρ ἢ ποσότητα τῆς τροφῆς οὐκ ἐνδείκνυται. * Ἱπποκράτης μὲν τὸν σκοπὸν τῆς ποσῆς τροφῆς ποιεῖ τὴν δύναμιν, λέγων, τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς. ἡ μὲν γὰρ δύναμις τὸ γένος τῆς προσφορᾶς ἀπαιτεῖ. καὶ τοῦτο μὲν ἄνευ διαφορᾶς, τὴν δὲ ποιότητα μετὰ διαφορᾶς. νῦν δὲ *

XIX.

Cibus junioribus parum immutatus, ſenibus ſumme immutatus, aetate vigentibus haud immutatus.

---

* * Cuncta animalia, quibus ali ſenes et quorum aetas inclinat, unum diem et noctem mortua ſinere. * * alimenta rite concocta. * * Adoleſcentibus et florenti aetati et iis qui in vehementibus operibus verſantur, toſta aut elixa diligenter. * Qualitatem enim aut quantitatem alimenti non indicat. * Hippocrates autem facit ut vires ſint quas attendamus in alimenti copia aeſtimanda, quum ait: *quae augentur, plurimum innati caloris habent*, ergo plurimo egent alimento. Vires enim genus alimenti indicant. Atque id ſine differentia, qualitatem vero cum differentia. Nunc autem

---

Ed. Chart. VI. [296.]

κ'.

Ἐς τύπωσιν λέ ἥλιοι, ἐς κίνησιν ο'. ἐς τελειότητα σι'. ἄλλοι δὲ φασιν ἐς μορφὴν μέ. ἐς κίνησιν οστ'. ἐς ἔξοδον σι'. ἄλλοι ν' ἐς ἰδέην. ἐς πρῶτον ἅλμα ρ'. ἐς τελειότητα τ'. ἐς διάκρισιν μ'. ἐς μετάβασιν π'. ἐς ἔκπτωσιν σμ'.

Οὐκ ἔστιν ὡρισμένος τις χρόνος τοῖς ἐμβρύοις, ὡς εἶπον, οὔτε τῆς σαφοῦς διαπλάσεως, οὔτε τῆς κινήσεως, οὔτε τῆς ἀποκυήσεως. Ἱπποκράτης δὲ πρῶτος ἔγραψε περὶ διαπλάσεως αὐτῶν ἀληθῶς· καθάπερ ἀποδέδεικται ἐν τῷ περὶ τῆς κυουμένων διαπλάσεως κἀν τῷ περὶ σπέρματος ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περὶ φύσεως παιδίου ταὐτὸ τοῦτο ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς γέγραπται. διόπερ οὐ χρὴ μηκύνειν τὸν λόγον. ὅλως δὲ οὐχ εἷς ἐστιν ὅρος, ἀλλ' ὁ μὲν χρόνος τῆς διαπλάσεώς ἐστιν ἡμερῶν λέ. ἢ τῶν μ'. ἢ καὶ μέ. καὶ ὁ μὲν τῆς κινήσεως αὐτοῦ χρόνος ἐστὶ διπλάσιος τοῦ τῆς διαπλάσεως, ἣν αὐτὸς τύπωσιν καλεῖ. ὁ δὲ χρόνος τῆς ἀποκυή-

XX.

Ad conformationem ſoles 35, ad motum 70, ad perfectionem 210. Alii vero tradunt ad formam 45, ad motum 76, ad exitum 210, alii ad ſpeciem 50, ad primum ſaltum 100, ad perfectionem 300, ad diſtinctionem 40, ad tranſitum 80, ad elapſum 240.

Non eſt in foetibus definitum tempus neque manifeſtae conformationis, neque motus, neque exortus. Hippocrates primus de ipſorum conformatione vere ſcripſit, ſicut in libro de foetuum formatione itemque in libris de ſemine demonſtratum eſt. Idem quoque in libro de natura pueruli accurate et perſpicue ſcriptum legimus. Quocirca non eſt magis producenda oratio. Omnino autem non eſt unus terminus, ſed conformationis tempus eſt dierum 35. aut 40. aut 45, tempus motionis duplum eſt ejus, in quo conformatur, quod ipſe typoſin nominat.

Ed. Chart. VI. [296. 297.]
σεως τριπλάσιός ἐστι τοῦ τῆς κινήσεως. ὅπερ ἀληθὲς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἶναι δοκεῖ.

κα'.

Οὐκ ἔστι καὶ ἔστι. γίνεται δὲ ἐν τούτοισι καὶ πλέω καὶ ἐλάσσω. καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος. καὶ εἴπομεν δὲ καὶ πλέω πλεόνων καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων. οὐ πολλὸν δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω· τὰ δὲ ἐλάσσω τοσαῦτα καὶ ὅσα ἄλλα τούτοισιν ὅμοια.

Ἔστι μὲν τὰ ἔμβρυα, ἐπειδὴ γέγονε ἤδη καὶ διάπλασιν ἔχει τινά. οὐκ ἔστι δὲ ὅτι οὔπω τέλεια. αὖθις δὲ ὡς ἀπ' ἀρχῆς λέγει, ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, ἃς προέγραψε, καὶ πλείω καὶ ἐλάττω γίνεσθαι παιδία, ὡς διδάσκων ἡμᾶς μὴ ἕνα εἶναι τὸν ὡρισμένον αὐτῶν χρόνον, [297] ἀλλὰ διάφορον κατὰ τὴν φύσιν τοῦ σπέρματος καὶ τῆς μήτρας καὶ τῆς ὥρας καὶ χώρας καὶ τῶν πολλῶν. οἱ δὲ παλαιοὶ ἐξη-

Tempus denique egreſſus in lucem, eſt triplum ejus, in quo movetur. Quod ut plurimum eſſe verum videtur.

XXI.

Non eſt et eſt. Naſcuntur autem in his et plures et pauciores et ex toto et ex parte. Dicimus etiam plures pluribus et pauciores paucioribus. Neque vero multo plures quam pauciores. At pauciores tot et quaecunque alia his ſimilia.

Foetus ſunt, quoniam geniti jam ſunt et conformationem quandam habent. Non ſunt autem, quia nondum perfecti ſunt. Rurſus autem velut ſumpto initio ait, in his diebus, quos ante praeſcripſit et plures et pauciores infantes exoriri, quaſi nos doceat non unum eſſe eis definitum tempus, ſed diverſum pro natura ſeminis, uteri, temporis, anni, regionis ac praeterea multarum aliarum rerum. Veteres autem interpretes hunc locum aliter in-

Ed. Chart. VI. [297.]

γηταὶ ἄλλως λαμβάνουσι τὸ χωρίον. ἡγοῦνται γὰρ περὶ τῆς ὀκταμήνου γενέσεως τοῦτο λέγεσθαι. καὶ γὰρ ὁ Γλαυκίας οὕτως τὸ ῥηθὲν ἐκφέρει, οὐκ ἔστι δὲ καὶ ἔστι τὸ ὀκτάμηνον βρέφος. καὶ πάντα ἐνθάδε μεταφέρει, ἅπερ γέγραπται ἐν τῷ περὶ ὀκταμήνων, ὧν οὐδὲν περιγίνεται. Σαβῖνος δέ φησι ταῦτα φαίνεσθαι μὲν μετὰ τὴν ἔκτρωσιν καὶ οὕτως εἶναι ὡς ζῶα· οὐκ εἶναι δὲ ὡς εὐθὺς θνήσκοντα, ὡς τίκτεσθαι μὲν, οὐ περιγίνεσθαι δέ. ἄλλοι δέ * *

κβ'.

Ὀστέων τροφὴ ἐκ κατάξιος, ῥινὶ δὶς πέντε, γνάθῳ δὲ καὶ κληΐδι καὶ πλευρῇσι διπλάσιαι, πήχει τριπλάσιαι, κνήμῃ καὶ βραχίονι τετραπλάσιαι, μηρῷ πενταπλάσιαι, καὶ εἴ τι ἐν τούτοισι δύναται πλέον ἢ ἔλασσον.

Τὰ τῶν ὀστέων τῆς ῥινὸς κατάγματα ὑγιαίνει τε καὶ κρατύνεται δέκα ἡμέραις, γνάθου δὲ καὶ κληΐδος καὶ μετώ-

telligunt. Hoc enim de partu, qui octavo menſe edatur, dictum arbitrantur. Etenim Glaucias ſic legit: *non eſt et eſt infans octavo menſe natus,* et huc transſert ea omnia, quae in libro de octavi menſis partu ſcripta ſunt, quo in libro habetur, neminem eo menſe natum eſſe ſuperſtitem. Sabinus autem ait, hos foetus poſt partum apparere quidem et ita tanquam animalia eſſe, at non eſſe, ut mox moritura, ita ut in lucem quidem edantur, non vivant tamen. Alii vero *

XXII.

Oſſium alimentum ex fractura, naſo bis quinque, maxillae, claviculae et coſtis duplicia, cubito triplicia, tibiae et brachio quadruplicia, femori quintuplicia et ſi quid in his plus aut minus poteſt.

Naſi oſſium fracturae decem diebus convaleſcunt et corroborantur, maxillae, claviculae et frontis viginti, hu-

Ed. Chart. VI. [297.]
που εἴκοσιν, ὤμου δὲ τριάκοντα, κνήμης καὶ βραχίονος τεσσαράκοντα, μηροῦ δὲ πεντήκοντα. εἰσὶ μέντοι αἰτίαι πολλαὶ, δι' ἃς ταῦτα τὰ νῦν λεγόμενα ὑπαλλάττεται. καὶ γὰρ ἥ τε τοῦ ἔτους ὥρα καὶ χώρα καὶ φύσις καὶ ἡλικία τοῦ θεραπευομένου σώματος καὶ δίαιτα καὶ ὁ τρόπος τῆς δέσεως ποιοῦσι πολλάκις ὡς θᾶττον ἢ βραδύτερον τὰ κατάγματα κρατύνεσθαι καὶ πωροῦσθαι. ἔστι δὲ καὶ τὸ μὲν πάχος τῆς ὕλης ἐπιτηδειότερον εἰς τὸ παγῆναί τε καὶ γενέσθαι πῶρον, ἡ δ' ὑγρότης ἀνεπιτήδειος. ἔτι δὲ καὶ ἡ δύναμις ἰσχυρὰ θᾶττον ἐργάζεται τὸ ἑαυτῆς ἔργον, ἡ δ' ἀσθενεστέρα βραδύτερον. περὶ πάντων δὲ τούτων εἴρηται τελειότερον ἐν τοῖς εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν ὑπομνήμασιν.

κγ'.

Αἷμα ὑγρὸν καὶ αἷμα στερεόν· αἷμα ὑγρὸν ἀστεῖον, αἷμα στερεὸν φλαῦρον. πάντα δὲ τὰ φλαῦρα καὶ ἀστεῖα πρός τι.

Θερμὸν καὶ ὑγρὸν τῇ φύσει τὸ αἷμα. διὰ τοῦτο ἡνίκα

meri triginta, tibiae brachiique quadraginta, femoris quinquaginta. Multae tamen caufae funt quae faciunt ut haec varientur. Nam et anni tempus et regio et natura et aetas ejus corporis, cui remedium adhibetur, et victus ratio et deligandi modus faepe faciunt ut vel citius vel ferius fracturae corroborentur et callo obducantur. Materiae quoque craffitudo eft aptior ad corroborandum et callum inducendum, ficut humiditas inepta eft. Jam vero validae vires citius opus fuum perficiunt, imbecillae tardius. De his autem omnibus in commentariis ad libros de fracturis dictum eft accuratius.

XXIII.

Sanguis humidus et fanguis folidus: fanguis humidus probus, fanguis folidus pravus. Omnia autem prava et proba ad aliquid referuntur.

Sanguis calidus et humidus fuapte natura eft. Ideo

Ed. Chart. VI. [297. 298.]
εἴη κατὰ φύσιν αὐτοῦ, ἀστεῖον καὶ καλὸν εἶναί φησιν· ὅταν δὲ στερεὸν καὶ ἔξω τῆς φύσεως αὐτοῦ, φαῦλον, τουτέστιν οὐ καλὸν, ἀλλὰ βλαβερόν. τὸ δὲ φαῦλον σημαίνει νῦν τὸ μοχθηρὸν, ὃ ἀντίκειται τῷ ἀγαθῷ, ἃ πρός τι εἶναι λέγεται.

κδ'.

Ὁδὸς ἄνω, κάτω, μίη.

Αἱ ὁδοὶ καὶ οἷον ὀχετοὶ ἐν τῷ σώματί εἰσι τὰ καλούμενα ἀπ' αὐτοῦ ἀγγεῖα. ταῦτα ἄνωθεν κάτω καὶ κάτωθεν ἄνω πορεύονται, τῇ σχέσει μόνῃ διαφέροντα. ὥσπερ καὶ κλίμακες τῇ τε ἀναβάσει καὶ τῇ καταβάσει ὑπηρετοῦσι.

κε'.

[298] Δύναμις τροφῆς κρέσσων ἢ ὄγκος. ὄγκος τροφῆς κρέσσων ἢ δύναμις. καὶ ἐν ὑγροῖσι καὶ ἐν ξηροῖσιν ἀφαιρέει, καὶ προστίθησι τοῦτο αὐτό· τῷ μὲν ἀφαιρέει, τῷ

quum naturae suae statum servat, ipsum esse probum et bonum censet. Quum vero solidus est, hoc est, extra suam naturam, esse malum ait, hoc est, non esse probum, sed noxium. Nam quod φαῦλον dixit, hoc loco vitiosum significat, quod bono opponitur, quae ad aliquid referri dicuntur.

XXIV.

Via sursum, deorsum, una.

Viae et veluti canales quidam in corpore sunt, quae ab ipso vasa appellantur. Haec superne deorsum et inferne sursum progrediuntur ac sola relatione differunt, sicut scalae et ascensui et descensui deserviunt.

XXV.

Facultas alimenti melior quam moles. Moles alimenti melior quam facultas et in humidis et in siccis. Detrahit et apponit idem. Huic quidem detrahit, illi vero

Ed. Chart. VI. [298.]
δὲ προστίθησι τὸ αὐτό· φλεβῶν διασφύξιες, καὶ ἀναπνοὴ πνεύματος καθ' ἡλικίαν, καὶ ξύμφωνα καὶ διάφωνα καὶ νόσου καὶ ὑγείης, τροφὴ γὰρ καὶ πνεῦμα.

---

* * δύναμις ἀσθενὴς οὐ δύναται πέττειν πολὺ τροφῆς, κἂν εἴη ἀγαθὴ τροφή. διὸ δεῖ σύμμετρον εἶναι τὸ τῆς τροφῆς ποσὸν τῇ τοῦ σώματος δυνάμει τε καὶ
* *

κστ'.

Ὑγρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον ἢ ἡ ξηρή· ξηρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον ἢ ἡ ὑγρή. ἡ δυσαλλοίωτος δυσεξανάλωτος, ἡ εὐπρόσθετος εὐεξανάλωτος.

Πρὸς ἄλλην μὲν καὶ ἄλλην φύσιν ἀναφερόμενον τοῦτο ἀληθὲς εἶναι δοκεῖ. ἔστι γὰρ φύσις τις τοῦ σώματος, ἐν

apponit idem. Venarum pulsationes et spiritus respiratio pro aetate consentiunt et dissentiunt, et morbi et sanitatis sunt indicia, magisque sanitatis quam morbi et morbi magis quam sanitatis: spiritus enim etiam alimentum est.

---

* Vires imbecillae multum alimenti, licet probum sit, concoquere non possunt. Propterea curandum est, ut modus alimenti habita ratione virium corporis statuatur. *

XXVI.

Humidum alimentum facilius transmutatur quam siccum. Alimentum siccum facilius quam humidum transmutatur. Quod difficile alteratur, difficile consumitur. Quod facile apponitur, facile consumitur.

Hoc ad aliam aliamque naturam relatum verum videtur esse. Quaedam enim est corporis natura, in qua

Ed. Chart. VI. [298.]
ἢ μᾶλλον ἡ ὑγρὰ τροφὴ ἢ ἡ ξηρὰ εὖ μεταβάλλεται. ἔστι δὲ καὶ ἐν ᾗ τὸ ἐναντίον εὑρίσκεται. οὕτω καὶ ἡ δυσαλλοίωτος τροφὴ δυσεξανάλωτος, καὶ ἡ εὐπρόσθετος εὐεξανάλωτος. πρώτου μὲν οὖν γένους ἐστὶ τὸ βόειον κρέας καὶ κοχλίαι καὶ πάντα τὰ σκληρόσαρκα, καὶ τῶν οἴνων οἱ παχεῖς καὶ κιῤῥοὶ, καὶ λευκοὶ ἅμα καὶ παχεῖς. δευτέρου δὲ οἱ οἶνοι λευκοὶ μὲν τὴν χρόαν, λεπτοὶ δὲ τὴν σύστασιν, οὓς καλοῦμεν ὑδατώδεις. τῶν δ' ἄλλων πάντων ὅσον ὑπέρχεταί τι κατὰ τὴν γαστέρα σαφὲς, ἀνάλογον τῷ χρόνῳ τῆς θρέψεως ἀναλίσκεται. τοιοῦτος μὲν γάρ ἐστιν ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς, ὁ δὲ χόνδρος οὔ. ἀλλὰ καὶ πολλὴν καὶ ἐν πολλῷ χρόνῳ τροφὴν παρέχει. ποιεῖν δὲ δεῖ τὴν παραβολὴν ἐπὶ τοῖς ὁμοίως ἔχουσι κατὰ τὸ ποιὸν τῆς συστάσεως καὶ κατὰ τὸ ποιὸν τῆς σκευασίας, ὥσπερ ἴσασιν οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες, ὡς τὰ ὀπτώμενα μᾶλλον κατισχύει τὰ σώματα, ἢ τὸ ἑψημένον. * τ' ἄλλα εἴδη πάντα τῆς ἑψήσεως. *

potius humidum quam ficcum alimentum bene transmutatur. Eſt etiam quaedam, in qua contrarium uſu venit. Sic alimentum, quod difficulter alteratur difficulter conſumitur et quod facile apponitur facile alteratur. Primi generis eſt caro bubula et cochleae et quae carnem duram habent omnia et vinum craſſum et fulvum et quod ſimul album craſſumque eſt. Secundo genere continentur vina albi coloris et tenuis conſiſtentiae, quae aquea vocamus. Ex aliis omnibus quatenus aliquid manifeſte ventrem ſubit, eatenus ad proportionem temporis, quo alit, conſumitur. Talis eſt ptiſanae ſuccus, alica vero non item. Siquidem et multum alit et multo ſpatio temporis id facit. Comparatio autem facienda eſt in iis, quae et in qualitate conſiſtentiae et qualitate apparatus ſunt ſimilia, quod medici perſpectum habent, ut aſſa magis corroborent corpora, quam elixa. *
Caetera omnia elixandi genera.

κζ'.

Καὶ ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον. ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι' ὀσφρήσιος, ὁκόσοι δὲ βραδυτέρης προσθέσεως δέονται, στερεῇ τροφῇ. μύες στερεώτεροι, δυσεύκτητοι τῶν ἄλλων, πάρεξ ὀστέου καὶ νεύρου, δυσμετάβλητα τὰ γεγυμνασμένα κατὰ γένος αὐτὰ αὐτῶν ἰσχυρότερα τοῦ ὄντος, διὰ τοῦτο αὐτὰ ἑωϋτῶν, δυστηκτότερα· πῦον τὸ ἐκ σαρκὸς, πυῶδες τὸ ἐξ αἵματος καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης, πῦον τροφὴ ἕλκεος. πῦον τροφὴ φλεβὸς, ἀρτηρίης, μυελὸς τροφὴ ὀστέου, διὰ τοῦτο ἐπιπωροῦται.

Οὕτως κἀν τοῖς ἀφορισμοῖς γέγραπται, ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου. τὰ γὰρ ὑγρά τε καὶ ποτὰ ὅσα τρέφειν πέφυκε, τοῦτο ποιοῦσι θᾶττον, ἢ τὰ στερεὰ τῶν σωμάτων. κἂν γὰρ τὰ στερεὰ μᾶλ- [299] λον τρέφει, ἀλλ' ὅμως ταῦτα πλεονεκτεῖ τῷ τάχει. διὰ ταῦτα γοῦν τοῖς ταχείας δεομέ-

XXVII.

Et quicunque celeri appositione indigent, iis humidum medicamentum ad resumendas vires optimum. Quicunque vero adhuc celeriore, per olfactum. Quibuscunque vero tardiore appositione opus est, iis solidus cibus exhibendus. Musculi solidiores difficilius reliquis colliquescunt excepto osse et nervo. Quae exercitata sunt aegre immutantur ipsaque in suo genere seipsis, quam pro natura, valentiora sunt, ideo ipsa inter se aegrius colliquescunt. Pus ex carne, purulentum ex sanguine et ex reliquo humore. Pus ulceris alimentum, pus venae et arteriae alimentum, medulla ossis alimentum, ideo callo firmatur.

Sic etiam in aphorismis scriptum est: *facilius impleri corpora potu quam cibo.* Quae enim humida poculentaque sunt, quae nimirum ad alendum apta sunt, id celerius quam solida corpora efficiunt. Quamvis enim solida magis nutriant, haec tamen celeritate illis praestant.

Ed. Chart. VI. [299.]
νοις προσθέσεως, τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ποτὸν προσήκει, τοῖς δὲ τῆς ταχυτέρας τὰ ὀσφραντὰ, τοῖς δὲ βραδυτέρας τὰ στερεὰ τῶν σωμάτων. τὸ μέντοι σῶμα ἤδη ἀσθενὲς, ἢ διὰ μακρὰν νόσον ἢ διὰ κένωσιν ἢ μοχθηρὸν χυμοὶ, δεῖται τροφῆς μὲν μὴ βαρείας, εὐπέπτου τε καὶ εὐόσμου, ὅτι ἀγαθὴ ὀσμὴ προστίθησί τι ἐν τῷ σώματι καὶ τὴν κρᾶσιν αὐτοῦ προσρυθμίζει καὶ τὴν θερμασίαν κρατεῖ τὴν φυσικὴν, ἐν ᾗ τὴν ζωὴν εἶναί φαμεν. * *

κη'.

Δύναμις πάντα αὔξει καὶ τρέφει καὶ βλαστάνει.

Εἴρηται ὅτι ἔστι μέν τις ἑλκτικὴ δύναμις τῆς οἰκείας ποιότητος, ἔστι δέ τις καὶ καθεκτικὴ τῶν ληφθέντων καὶ αὖθις ἀποκριτικὴ τῶν περιττωμάτων, καὶ ἡ ἀλλοιωτικὴ, καὶ ὅτι πάντα τοῦ ζώου μόρια ταύτας ἔχει τὰς δυνάμεις. ἕλκει γὰρ τὰ μόρια καθ' ὅλον τὸ σῶμα ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς κοίλης

Proinde fit ut quibus celeri appofitione opus eft, humida poculentaque conveniant. Quibus vero etiam celeriore, iis per odoratum fuccurramus. Quibus tardiore, folida corpora praebeamus. Quamquam corpus, quod jam debile aut evacuatione aut a vitiato humore fit redditum, poftulat alimentum non grave illud quidem, fed quod facile concoquatur, quodque fuavis fit odoris. Caufa eft, quia fuavis odor nefcio quid addit ad corpus et ejus temperaturam accommodat et naturalem calorem corroborat, in quo calore nos effe vitam afferimus. * *

XXVIII.

Facultas omnia auget et alit et propagat.

Dictum eft, facultatem quandam effe, quae fibi aptam qualitatem trahit, aliam effe quae retinet ea quae fumpta funt, ficut rurfus aliam, quae rejicit excrementa, aliam denique, quae alterandi munere fungitur, et has facultates in omnibus animantis ineffe partibus. Partes enim

Ed. Chart. VI. [299.]
πεφυκυιῶν φλεβῶν τὴν τροφήν. αὐτὴ δ' αὖ ἡ κοίλη ἐκ τῶν καθ' ἧπαρ. αἳ δ' αὖθις ἐκ τῶν ἐπὶ τὰς πύλας ἀναφερομένων, ἐκεῖναι δ' αὖ πάλιν ἐκ τῆς γαστρός τε καὶ τῶν ἐντέρων. τὴν δὲ γαστέρα αὐτὴν ἔξωθεν πληροῦν ἀνάγκη. ταῦτα δὲ πάντα ποιεῖ μὲν ἡ δύναμις πρός τε τὴν αὔξησιν καὶ τὴν θρέψιν καὶ τὴν βλάστησιν τοῦ ζώου, καὶ μάλιστα μὲν διὰ τῶν φλεβῶν φαίνεται τοῦτο ἐργάζεσθαι· ἃς ἴδομεν οὐ παραγούσας μόνον τὴν τροφὴν ἐκ τῆς γαστρὸς, ἀλλ' ἑλκούσας ἅμα καὶ παρασκευαζούσας τῷ ἥπατι τὸν ὁμοιότατον ἐκείνῳ τρόπον. πῶς δὲ ταῦτα πάντα γίνεται, ἐπειδὴ
* *

κθ'.

Ὑγρασίη τροφῆς ὄχημα.

Τὸ κοῦφόν τε καὶ ξανθὸν περίττωμα δεξαμένην κύστιν ἡ φύσις ἐπέθηκε τῷ ἥπατι. τὸν δὲ τὸ παχὺ καὶ ἰλυῶδες ἕλκοντα τὸν σπλῆνα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι κατέθετο.

alimentum in totum corpus a venis a cava prognatis trahunt. Cava autem rurfus trahit ab iis, quae funt in jecore, eae deinde ab illis, quae furfum ad portas feruntur. Illae rurfus ex ventriculo et inteftinis. Ipfum porro ventriculum extrinfecus impleri neceffe eft. Haec autem omnia facit facultas, ut augeat animal, nutriat atque propaget. Idque potiffimum moliri per venas videtur, quas nos non modo alimentum e ventriculo deducere videmus, fed etiam attrahere fimul et jecori praeparare fimillimo modo, quo ipfum facit. Quomodo autem haec generantur omnia, quoniam * *

Humiditas alimenti vehiculum.

XXIX.

Natura veficam jecori adjunxit, qua leve flavumque excrementum exciperetur, lienem vero finiftra in parte collocavit, qui craffum limofumque excrementum traheret.

Ed. Chart. VI. [299.]
ἀποθέμενος οὖν ὁ παρασκευαζόμενος ἐν τῷ ἥπατι χυμὸς εἰς τροφὴν τοῦ ζώου τὰ εἰρημένα περιττώματα καὶ πέψιν κτησάμενος, ἐρυθρὸς καὶ καθαρὸς ἐπὶ τὰ κυρτὰ μόρια τοῦ ἥπατος ἀνέρχεται, διαδέχεται δ' αὐτὸν ἐνταῦθα μεγίστη φλὲψ καὶ πρὸς ἄμφω τὰ τοῦ ζώου μέρη τό τε ἄνω καὶ τὸ κάτω φέρει. κατὰ ταύτην δὲ τὴν φλέβα πολλῆς ὑγρότητος λεπτῆς τε καὶ ὑδατώδους μεστόν ἐστι τὸ αἷμα. οὔτε γὰρ ἐκ τῆς γαστρὸς εἰς τὰς φλέβας ἀναληφθῆναι καλῶς οἷόν τε ἦν τὸν ἐκ τῶν σιτίων χυμὸν οὔτε ῥᾳδίως διεξέρχεσθαι τὰς ἐν τῷ ἥπατι φλέβας, εἰ μή τις αὐτῷ λεπτοτέρα καὶ ὑδατώδης ὑγρότης ἀνεμέμικτο. τρέφεσθαι μὲν γὰρ οὐδὲν ἐξ αὐτῆς δύναται μόριον. διὸ τὴν ὑγρασίαν τῆς τροφῆς ὄχημα καὶ οὐ τροφὴν οὐ μόνος ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ ἄριστοι τῶν ἰατρῶν ἀπεφήναντο. πρὸς γοῦν αὐτὴν τὴν χρείαν ὑπηρετεῖ τοῖς ζώοις καὶ οὐκ ἐνδέχεται ἀναδοθῆναι τὸ τρέφον ἐκ τῆς κοιλίας, μὴ παραπέμποντος ὑγροῦ τινος * *

Quum igitur humor, qui in jecore paratur ad animalis alimentum, duo praedicta excrementa depofuit et coctionem eft adeptus, ruber et purus furfum ad gibbas jecoris partes afcendit. Illic autem ipfum excipit vena maxima et ad utramque animalis partem inferiorem et fuperiorem devehit. In hac vena fanguis eft multa humiditate tenui et aquea plenus. Siquidem humor ex cibis proveniens neque poterat ex ventriculo in venas commode tranfumi, neque facile venas, quae in jecore funt, pertranfire, nifi quaedam tenuior et aquea humiditas effet admixta. Ex ea tamen nutriri nulla pars poteft. Idcirco humiditatem effe alimenti vehiculum et non alimentum non folum Hippocrates, fed omnes fere optimi medici cenfuerunt. Hunc igitur ipfum praeftat animantibus, neque quod nutriturum eft, a ventriculo poteft diftribui, nifi ab aliqua re ita liquida deducatur. * *

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Α.

Ed. Chart XI. [1.] Galen. V. (37.)

α'.

[1] Οἱ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας ὁκοῖα μὲν πάσχουσιν οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινεν αὐτέων, καὶ ἄχρι μὲν τουτέων καὶ μηδὲ ἰητρὸς δύναιτό τις ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἑκάστου πυθοίατο ὁκοῖα πάσχουσιν. ὁκόσα δὲ προκαταμα-

HIPPOCRATIS DE ACUTORUM MORBORUM VICTU LIBER ET GALENI COMMENTARIUS I.

I.

Qui Cnidias appellatas ſententias conſcripſerunt, hi ſane quae ſingulis in morbis aegri patiantur et quomodo eorum quaedam ſuccedant, recte ſcripſerunt. Ac certe quivis ad haec usque etiam non medicus ſcribere potuerit, ſi probe ex ſingulis aegrotis quae patiantur reſciverit. Verum quae medicum aegro non referente

θεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν.

Οὐ μόνον οὐδὲν ὧν οἱ κάμνοντες πάσχουσι παρέλιπον οἱ τὰς Κνιδίας γράψαντες γνώμας, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἐνίων ἐμνημόνευσαν, ὡς ὀλίγον ὕστερον δείξω. καὶ οὔπω τοῦτο τέχνης ἔργον, εἰ μηδὲν παρέλιπον τῶν καὶ τοῖς ἰδιώταις γνωσθῆναι δυναμένων· οὐ γὰρ οὗτος ὁ σκοπὸς τοῖς τεχνίταις ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ τὰ χρήσιμα πρὸς τὴν θεραπείαν ἅπαντα γράφειν, ὥστε [2] καὶ προσθεῖναί τινα δεήσει πολλάκις, ὧν μὴ γινώσκουσιν οἱ ἰδιῶται πάντως, ἀφελεῖν τε πολλὰ τῶν γινωσκομένων αὐτοῖς, ἐὰν μηδὲν φαίνοιτο συνεργοῦντα πρὸς τὸ τῆς τέχνης τέλος. (38) Καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα εἰς τέκμαρσιν. Τέκμαρσίς ἐστιν ἡ διὰ τεκμηρίου γνῶσις, τεκμήριον δὲ ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τὸ συλλογιστικὸν σημεῖον, τεκμήριον δὲ οὐχ ἁπλῶς ἅπαν σημεῖον,

praediſcere oportuit, eorum multa praetermiſſa ſunt, in aliis alia, nonnullaque, ad conjectationem peropportuna.

Qui Cnidias ſcripſerunt ſententias, non ſolum quae aegri patiuntur, eorum nihil praetermiſerunt, verum etiam ultra decentia nonnulla memoriae prodiderunt, ut paulo poſt ſum demonſtraturus. Ac nondum id artis opus eſt, ſi quae ab idiotis cognoſci queunt, eorum nihil praetermiſerint, non enim hic artificibus eſt ſcopus, *ſed alius,* quae *nimirum* ad curationem idonea ſunt, omnia ſcribere. Quare tum ſaepiuscule nonnulla, quae vulgus indoctum prorſus non agnovit, erunt adjicienda, tum multa, quae ab eo cognoſcuntur, ſi nihil ad artis finem conferre videantur, auferenda. *Nonnullaque ad conjectationem peropportuna.* Conjectatio eſt, quae per conjecturam fit cognitio. Conjecturam vero veteres nominant ratiocinativum ſignum, conjectura autem non ſimpliciter omne ſignum

ὡς ἐν τῷ περὶ τεκμηρίου καὶ σημείου δέδεικται λόγῳ. τὰ οὖν εἰς τὴν τοιαύτην γνῶσιν ἀναγκαῖά τε καὶ χρήσιμα τοῖς ἰατροῖς οὐχ ἅπαντά φησι γεγράφθαι κατὰ τὰς Κνιδίας γνώμας, ἀλλὰ παραλελεῖφθαι πολλά.

β'.

Ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τουτέοισι πολλὰ ἑτεροίως γινώσκω, ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξίεσαν.

Ἐπειδὴ πολλὰ παραλελεῖφθαι τοῖς Κνιδίοις ἰατροῖς εἶπεν εἰς τέκμαρσιν χρήσιμα, τίνα λέγει τέκμαρσιν αὐτὸς ἐφεξῆς ἐδίδαξεν, ὡς χρὴ εἰπὼν ἕκαστα ἰητρεύειν· εἰς γὰρ τὴν τούτων εὕρεσιν ὅ τί περ ἂν ᾖ χρήσιμον, ἐκ τῆς τέχνης ἐστίν. ἴσως οὖν τις δόξειε παραλελεῖφθαι τὰ πρὸς τὴν διάγνωσίν τε καὶ πρόγνωσιν διαφέροντα τεκμήρια· τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, περιέχεται γὰρ ἐξ ἀνάγκης ταῦτα τοῖς εἰς θεραπείαν διαφέρουσιν, ὡς εἴ γε μηδὲν εἰς τὴν τῆς ἀρίστης

existit, ut in libro de conjectura et signo demonstratum est. Quae igitur medicis ad hujusmodi cognitionem tum necessaria tum utilia existunt, ea non omnia Cnidiis in sententiis scripta, imo multa praetermissa esse protulit.

II.

Quum autem ad conjectationem refertur, quomodo singula curare oporteat, in his multa aliter quam illi differuerint sentio.

Postquam multa ad conjectationem utilia a Cnidiis medicis praetermissa esse protulit, quam dicat conjectationem ipse deinceps docuit his verbis: *quomodo singula curare oporteat.* Nam quodcunque ad horum inventionem utile fuerit, id ex arte est. Fortassis igitur aliquis censuerit conjecturas tum ad dignotionem, tum ad praenotionem conferentes esse praetermissas. Verum non ita se res habet, hae namque necessario in rebus ad curationem ido-

θεραπείας εὕρεσιν ἡ διάγνωσις τῶν νοσημάτων ἢ ἡ πρόγνωσις τῶν ἀποβησομένων συνετέλουν, παντάπασιν ἂν ἦσαν περιτταὶ, νυνὶ δὲ ὅτι συντελοῦσι, διὰ τοῦτό εἰσι χρήσιμαι. ὅτι μὲν οὖν διάγνωσις τῶν παθῶν ἀναγκαιοτάτη πρὸς τὴν θεραπείαν ἐστὶν οὐδὲ λόγου δεῖ. πρῶτον γὰρ διαγνῶναι χρὴ τί ποτέ ἐστι τὸ πάθος, εἶθ᾽ οὕτως ἐπιχειρεῖν αὐτὸ θεραπεύειν. ὅτι δὲ καὶ ἡ πρόγνωσις εἰς τὴν θεραπείαν χρήσιμος κατὰ τὸ προοίμιον ἐδίδαξεν αὐτὸς τοῦ προγνωστικοῦ. ὥστε ἄν τις λέγῃ πάντα τὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἤτοι γε εἰς διάγνωσιν ἢ εἰς θεραπείαν εἶναι χρήσιμα ἢ εἰς πρόγνωσιν, δυνάμει λέγει ταὐτόν· ἡ μὲν γὰρ θεραπεία δι᾽ ἑαυτὴν ἀσκεῖται τοῖς ἰατροῖς, ἡ δὲ πρόγνωσις καὶ διάγνωσις ἕνεκα τῆς θεραπείας· ὅθεν οὐδὲ τὸ τέλος τῆς τέχνης διάγνωσιν ἢ πρόγνωσιν εἶπεν εἶναί τις ὥσπερ τὴν θεραπείαν. ἄκουε δὴ νῦν τὴν θεραπείαν τὴν τῶν νοσημάτων ἀναίρεσιν ἤδη γεγενημένων, οὐ γινομένων ἔτι. γέγραπται δὲ περὶ τούτων ἁπάντων ἱκανῶς ἐν τῷ περὶ τοῦ τέλους τῆς ἰατρικῆς βιβλίῳ καὶ νῦν οὐ χρὴ τὸ πάρεργον ἔργον ποιεῖσθαι, τὴν

neis continentur. Quod ſi ad optimae curationis inventionem nihil conferrent morborum dignotio ac futurorum praenotio, hae prorſus forent ſupervacaneae, nunc autem quod conferant, ob id exiſtunt utiles. Ergo quod affectuum dignotio ad curationem maxime neceſſaria ſit, ratione perpendere non opus eſt. Primum enim quisnam ſit morbus dignoſcere oportet, deinde ipſius curationem ita ſuſcipere. Quod vero praenotio ad curationem quoque ſit utilis, in prognoſtici praefatione demonſtravit *Hippocrates.* Quare ſi quis quae ad medicinam ſpectant omnia aut ad dignotionem aut ad curationem aut praenotionem utilia eſſe dicat, potentia idem dicit. Curatio ſiquidem per ſe a medicis inſtituitur, at praenotio et dignotio propter curationem. Quare nemo finem artis dignotionem vel praenotionem, quemadmodum curationem, aſſeveraverit. Jam vero percipe, curationem morborum everſionem jam obortorum, non autem etiamnum oborientium eſſe. Sed de his omnibus libro de fine medicinae

γνώμην τοῦ παλαιοῦ κατανοήσαντας ἤδη καὶ χωρὶς τῆς περὶ τοῦ τέλους ἀκριβολογίας. γεγραμμένης δὲ τῆς προκειμένης ῥήσεως καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἐν πολλοῖς τῶν ἀξιοπίστων ἀντιγράφων οὐκ ἄκαιρόν ἐστι κἀκείνης μνημονεῦσαι· διαφέρει δὲ τῆς προγεγραμμένης ἑνὶ γράμματι τῷ ἢ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσα, [3] ὁκόταν δὲ εἰς τέκμαρσιν λέγηται ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν. οἱ δὲ οὕτω γράφοντες τέκμαρσιν μὲν τήν διάγνωσίν τε καὶ πρόγνωσιν ἀκούουσι, τὸ δὲ, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν τὴν θεραπείαν, οὐ βουλόμενοι ταύτην περιέχεσθαι ἐν τῷ τῆς τεκμάρσεως ὀνόματι· εἰ δέ γε τοῦθ' οὕτως ἔχει, κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, ἐν ᾗ φησιν, πολλὰ παρεῖται ἄλλα ἐν ἄλλοισι καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν, οὐκ ὀρθῶς ἔσται παραλελοιπὼς τὸ θεραπευτικὸν μέρος τῆς τέχνης. εὔδηλον δ' ὅτι φήσουσιν ἐκεῖνοι δι' αὐτὸ τοῦτο πάλιν ἐπαναλαβεῖν καὶ γράψαι τὴν ἑξῆς ῥῆσιν, ἵνα προσθῇ καὶ τὸ θεραπευτικόν. ἔνθα δὲ οὐκ ἔστι περὶ πράγματος εἰς θεραπείαν χρησίμου διαφωνία πε-

abunde fcriptum eft. Atque nunc praeter propofitum opus nos conftruere non oportet, qui jam fenis mentem etiam citra accuratam de fine tractationem deprehendimus. Quum autem propofita dictio alio quoque modo plerisque in exemplaribus fide dignis fcripta fit, ejus mentionem facere non intempeftivum eft. Differt autem a praefcripta dictione unica litera, *hoc eft vel*, ut ad hunc modum textus fit: *Quum autem ad conjectationem referatur, vel quomodo fingula curare oporteat.* Qui ita fcribunt, per conjectationem, dignotionem et praenotionem intelligunt, et per haec verba: *quomodo fingula curare oporteat*, curationem, nolentes eam conjectationis nomine contineri. Quod fi ita habet, in ante fcripta dictione qua dicit: *multa praetermiffa funt in aliis alia, nonnullaque ad conjectationem peropportuna,* non recte curatricem artis partem praetermiferit. Patet autem quod ifti afferent, ob id ipfum fequentem dictionem repetiviffe ac fcripfiffe, quo curatricem artis partem adderet. Verum ubi de re ad curationem utili difceptatio non eft, fermonem protrahere

ριττὸν τὸ μακρολογεῖν· ἐπ᾽ ἐκεῖνα τοίνυν σπεύσωμεν, ἐν οἷς καὶ διδάσκει τὰ πρὸς τὴν θεραπείαν χρήσιμα.

γ΄.

Καὶ οὐ μόνον διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσιν ἀκέεσιν ἐχρέοντο· τὰ γὰρ πλεῖστα αὐτέοισιν εἰρέαται, πλὴν τῶν ὀξέων νούσων, φάρμακα ἐλατήρια διδόναι καὶ ὀῤῥὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν. εἰ μὲν οὖν ταῦτ᾽ ἦν ἀγαθὰ καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νουσήμασιν, ἐφ᾽ οἷσι παρῄνεον διδόναι, πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἦν ἐπαίνου, ὅτι ὀλίγιστα ἐόντα αὐτάρκειά ἐστιν· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει.

Καὶ ὀλίγοις τὸν ἀριθμὸν τοῖς ἰάμασιν αὐτούς φησι κεχρῆσθαι, πλὴν τῶν ὀξέων νοσημάτων, ὡς ἐν τούτοις εἰρηκότων πολλὰ, καὶ γὰρ οὕτως εἰρήκασι· τὰ δὲ ἐπὶ τῶν χρο-

ſuperfluum eſt. Quare ad ea, in quibus ad curationem utilia etiam docet, properemus.

III.

Atque non ſolum ob id non laudo, verum quod et paucis numero remediis uſi ſint. Nam plurima ab ipſis relata ſunt (praeterquam in morbis acutis) medicamenta deorſum purgantia exhibenda, tum ſerum, tum lac pro tempeſtate propinandum. Haec igitur ſi bona eſſent et morbis in quibus dari monuerunt, convenientia, longe laude digniora eſſent, quod paucisſima ſufficerent. Sed nunc non ita ſe res habet.

Paucis quoque numero medicamentis ipſos ait, praeterquam in acutis morbis, uſos fuiſſe, ac ſi in his multa enarraverint. Etenim ita protulerunt. Quae vero de diuturnis morbis dixerunt, haec revera contra ſe habent.

νίων ὄντως πάλιν καὶ ταῦτα. καὶ γὰρ δι' ἐλατηρίων καὶ ὀῤῥοῦ καὶ γάλακτος ὡραίως πινομένων αὐτοῖς περαίνεται.

δ'.

Οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισιν.

Ἐπιδιεσκευάσθαι λέγεται βιβλίον ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφὲν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχον τὴν αὐτὴν καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτὰς, τινὰ μὲν ἀφῃρημένα τῶν ἐκ τοῦ προτέρου συγγράμματος ἔχει, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα· παράδειγμα δ' εἰ βούλει τούτου σαφηνείας ἕνεκα τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλιδος ἔχεις ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. οὕτως δὲ καὶ τὰς Κνιδίας γνώμας ἐπὶ ταῖς προτέραις δευτέρας ἐξέδοσαν οἱ ἀπὸ τῆς Κνίδου ἰατροὶ, τινὰ μὲν ἐχούσας τὰ αὐτὰ πάντη, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ἀφῃρημένα, καθάπερ γε καὶ ὑπηλλαγμένα· τοῦτ' οὖν τὸ δεύτερον βι-

Etenim per medicamenta alvum deorfum purgantia tum ferum tum lac potui exhibita ab illis perficiuntur.

IV.

Qui vero fecundum librum recognoverunt, de iis fane quae fingulis affumenda fint, medice magis differuerunt.

Secundum priori fuccedentem librum fcriptum recognofci dicimus, qui quum documentum idem easdemque plurimas dictiones habeat, nonnulla quidem e priore libro detracta, quaedam vero addita, alia denique permutata continet. Hujus rei exemplum fi defideres, perfpicuitatis gratia, fecundum Eupolidis Autolycum ex priore compofitum habes. Ita vero et Cnidias fententias Cnidii medici a prioribus fecundas ediderunt, quae nonnulla quidem prorfus eadem, quaedam vero addita, alia denique detracta ac etiam immutata continebant. Hunc itaque

βλίον ὁ Ἱπποκράτης ἰατρικώτερον συγκεῖσθαί φησι τοῦ προτέρου.

ε΄.

[4] Ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέγραψαν οὐδὲν ἄξιον λόγου, καίτοι μέγα τοῦτο παρῆκαν.

Ἡ διὰ τῶν συνηθῶν ὑλῶν ἀγωγὴ τῆς θεραπείας ὀνομάζεται δίαιτα, καθάπερ ἡ διὰ τῶν συνηθῶν τομῶν τε καὶ καύσεων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργεῖται, χειρουργία, καὶ τρίτη γε ἐπ᾽ αὐτοῖς μοῖρα τῆς ἰατρικῆς ἐστιν ἡ φαρμακευτικὴ, διὰ φαρμάκων καὶ αὐτὴ δηλονότι περαιτομένη. μέμφεται δὲ τοῖς ἑαυτοῦ πρόσθεν ὁ Ἱπποκράτης, ὡς οὐδὲν ἄξιον λόγου περὶ διαίτης γεγραφόσιν· τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ ὡς οὐδὲν αὐτῶν συγγραψάντων διαιτητικὸν θεώρημα, [γράφουσι γὰρ] ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἄξιον λόγου· δείξει δ᾽ αὐτὸς ὁποῖόν τι τὸ ἄξιον λόγου διὰ τῶν ἐφεξῆς.

ſecundum librum primo magis medicum eſſe Hippocrates aſſerit.

V.

Sed neque de victus ratione quicquam effatu dignum veteres conſcripſerunt, quanquam magnum id praetermiſerunt.

Is qui per conſuetas materias ſit curationis ductus, diaeta appellatur, quemadmodum qui per conſuetas tum ſectiones, tum uſtiones et caeteras quae manibus fiunt operationes, chirurgia, ac tertia ab his medicinae pars eſt pharmaceutice, quae nimirum medicamentis abſolvitur. Accuſat autem priſcos Hippocrates, quod de victus ratione nihil eſſatu dignum conſcripſerint, idque protulit, non quod nullum diaeteticum documentum conſcripſerint, (ſcripſerunt enim) ſed quod non eſſatu dignum. Quid autem ſit eſſatu dignum ſequentibus docebit.

στ'.

(39) *Τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι.*

Οὐ μόνον οὐκ ἠγνόουν τὰς πολυτροπίας τῶν νοσημάτων, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ὑπὲρ αὐτῶν ἔγραψαν, ὡς ἐφεξῆς δείξω.

ζ'.

Ἔνιοι δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νουσημάτων σάφα ἐθέλοντες φράζειν οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. μὴ γὰρ καὶ οὐκ εὐαρίθμητον ἦν, εἰ τουτέῳ τις σημαίνεται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τῷ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι καὶ μὴ τωὐτὸ νούσημα δοκέει εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ ὄνομα ἔχῃ. ἐμοὶ δὲ ἁνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα διήκει καλῶς, ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς, καὶ ὁκόσα ἔργα ταχέως, ταχέως, καὶ

VI.

Varia tamen ſingulorum morborum genera multiplicemque eorum diviſionem non ignorarunt quidam.

Non ſolum varia morborum genera non ignorarunt, verum etiam ulterius quam deceat de iis ſcripſerunt, quemadmodum deinceps ſum demonſtraturus.

VII.

Nonnulli vero ſingulorum morborum numeros dilucide pronuntiare volentes non recte ſcripſerunt. Neque enim eos *numerare facile fuerit, ſi quis ex eo aegrotantium morbum ſignis conjectet, quod alter ab altero re quadam differat, neque eundem eſſe morbum reputet, niſi idem nomen ſortiatur. Mihi vero placet in omni arte animum advertere. Etenim quae recte procedunt opera, ea quoque ſingula recte facere oportet, quae celeritatem poſtulant, ea quoque celeriter, et quae pure,*

ὁκόσα καθαρίως, καθαρίως· [5] καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως δεῖ διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα, διαφερόντως τῶν πέλας, ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή· μάλιστα δὲ ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασιν, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν καὶ περιπλευμονίην καὶ φρενῖτιν καὶ λήθαργον καὶ καῦσον καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα, ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστιν, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσιν.

Εἶπεν ὀλίγον ἔμπροσθεν ὅτι κατ᾽ ἀρχας εὐθέως ἔγραψαν οἱ ἀπὸ Κνίδου ἰατροὶ περὶ νοσημάτων περαιτέρω τοῦ προσήκοντος, χολῆς νοῦσοι ζ'· κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ κατωτέρω πάλιν ἀπὸ τῆς κύστεως νοῦσοι ιβ', καὶ πάλιν ἔτι κατωτέρω νεφρῶν νοσήματα δ', καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἀπὸ τῆς κύστεως νοῦσοι στραγγουριῶν τέσσαρες, εἶτα

pure et quae citra dolorem adminiſtrari deſiderant, ea quammaxime ſine dolore facere; caetera quoque hujus generis omnia aliter quam proximi ad meliorem formam reducere oportet. Sed maxime medicum probavero, qui acutis in morbis, quibus plurimi homines enecantur, longe melius caeteris ſe gerat. Sunt autem hi acuti morbi, quos prisci nominarunt pleuritidem, peripneumoniam, phrenitidem, lethargum, febrem ardentem et quicunque alii morbi ad hos conſequuntur, quorum febres omnino continuae interficiunt.

Dixit paulo ante Cnidios medicos ſtatim per initia de morbis plus quam deceat ſcripſiſſe, hi ſunt bilis morbi ſeptem; ad hunc autem modum ac rurſum in partibus inferioribus veſicae morbi duodecim, in iisdem quoque partibus inferioribus renum morbi quatuor, ac poſtea iterum veſicae morbi ſtranguriae duodecim, mox etiam-

πάλιν ἐφεξῆς τέτανοι γ', καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἴκτεροι δ'. εἶτα μετὰ τοῦτο φθίσιες γ'. εἰς γὰρ τὰς τῶν σωμάτων ποικιλίας ἔβλεπον ὑπὸ πολλῶν αἰτίων ἐξαλλασσομένας, παρέντες σκοπεῖσθαι τῶν διαθέσεων τὴν ταυτότητα, καθάπερ ὁ Ἱπποκράτης ἐποίησε μεθόδῳ χρησάμενος εἰς τὴν εὕρεσιν αὐτῶν, ᾗ μόνον δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν νοσημάτων ἀριθμόν. ἐπιδέδεικται δὲ ὑφ' ἡμῶν ἡ μέθοδος αὕτη κατ' ἀρχὰς εὐθέως τῶν τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίων· εἴρηται δὲ κἀν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐπ' ὀλίγον· ἐν συντόμῳ δὲ λόγῳ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς ἓν ἔχεις ὑπόμνημα ἡμέτερον. νυνὶ δ' ἀκολουθεῖν προσήκει ταῖς ῥήσεσιν, οὗτος γὰρ ὁ σκοπὸς τῆς ἐξηγήσεως, ὡς εἴ γέ τις ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι τὰς ἀποδείξεις γράφοι, μακρὸν ἀνύσας λόγον ἕνεκα τῆς τῶν νοσημάτων ἰάσεως, τὸ κυριώτατον ἀφεὶς ἔσται μέρος ὅ τί περ ἂν εἰς τὴν ἴασιν τῶν ὀλεθριωτάτων νοσημάτων διαφέρει. τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς προκειμένης ῥήσεως τοῦτό ἐστι, τὸ δὲ κατὰ μέρος τῆς λέξεως ἐφεξῆς δίειμι.

---

num deinceps tetani tres, posteaque icteri quatuor, praeterea denique tabes tres. Ad corporum enim varietates, quae multas ob causas immutabantur, respexerunt, praetermittentes affectuum identitatem perpendere, quemadmodum accurate perpendit Hippocrates, ad eorum inventionem methodo usus, qua duntaxat morborum numerum invenire conceditur. Methodus autem ipsa statim per initia librorum methodi medendi a nobis demonstrata est. Prodita quoque est paucis in libro de elementis secundum Hippocratem. Habes etiam nostrum conciso sermone unum de morborum differentiis commentarium. Sed nunc dictiones observandae sunt, is enim explicationis scopus existit. Quod si quis in explicationibus demonstrationes scripserit, longam orationem conficiens praecipuam (quae curationis morborum causa existit) partem praetermittet, quae ad maxime letalium morborum curationem praestantissima est. Summa quidem praesentis dictionis haec est, particularia vero dictionis deinceps explicabo.

η'.

Ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι καὶ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νοσημάτων ἀποθνήσκουσι πλείους ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν συμπάντων.

Δηλοῖ δὲ διὰ τοῦ λόγου τούτου τὰ μέν τινα πολλοῖς γίνεσθαι νοσήματα καθ' ἕνα χρόνον, ἅπερ ὅταν μὲν ὀλέθρια γένηται, λοιμὸν ὀνομάζουσιν, ὅταν δὲ ἐπιεικέστερα, ἑτέρᾳ τινὶ προσηγορίᾳ δηλοῦσιν, ἐπίδημα καλοῦντες· ὥστε εἶναι τὸ μὲν ἐπίδημον νόσημα τὸ κατὰ χρόνον τινὰ πλεονάσαν ἔν τινι χωρίῳ, τὸν δὲ λοιμὸν ἐπιδημίαν ὀλέθριον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο γένος νοσημάτων κοινὸν πολλοῖς, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατὰ χώραν ἐπι- [6] γινόμενον, τὰ ἔνδημα καλούμενα. τούτοις δὲ ἀντίκεινται πᾶσιν αἱ σποράδες νόσοι, διαφερόντως ἐνοχλοῦσαι τοὺς νοσοῦντας, οὐ κατὰ τὸν κοινὸν τρόπον συνιστάμεναι. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι καὶ παραπλήσιοι; τοὐναντίον

VIII.

Quum enim nullus communis pestilentis morbi modus populariter grassatus fuerit, sed sporadici morbi, ac similes fuerint, ab his morbis plures quam ab aliis omnibus moriuntur.

Declarat hac oratione morbos quosdam multis hominibus uno tempore oboriri, quos, quum perniciosi fuerint, pestem appellant, quum vero mitiores, altera quadam explicant appellatione, epidemios vocantes, ut epidemius quidem morbus sit, qui quodam tempore aliqua in regione vehementius grassatur, pestis vero, epidemia perniciosa. Est autem et aliud morborum genus multis commune, quod in regione oboritur endemiumque appellatur. His autem omnibus opponuntur sporadici morbi, qui aegrotos vehementer vexant, non communi consuetudine consiantes. Sed quid est quod ab Hippocrate dicitur: *sed sporadici morbi ac similes fuerint?* Nam contrarium dicen-

γὰρ ἐχρῆν εἰρῆσθαι καὶ μὴ παραπλησίας αὐτὰς ἀλλήλαις ὑπάρχειν, ὅπερ ἐστὶ μὴ ὁμοίας, εἴ γε τῇ τῶν νοσημάτων ὁμοιότητι τὸ ἔνδημον καὶ τὸ ἐπίδημον καὶ τὸ λοιμῶδες ἐκρίνετο. δυοῖν οὖν θάτερον, ἢ βελτίονα νομιστέον τὴν τοιαύτην γραφὴν, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι, ἢ παραπλησίας αὐτὰς εἰρῆσθαι χρὴ δοκεῖν, οὐκ ἀλλήλαις, ἀλλὰ ταῖς ἔμπροσθεν εἰρημέναις, τουτέστι ταῖς συνήθεσιν· ἐπειδὴ σπανιώτερα μὲν ἐπιδήμιά τε καὶ λοιμικὰ γίνεται νοσήματα, τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ καλούμενα σποραδικὰ συνήθως· ὑπὲρ ὧν καὶ νῦν ὁ λόγος αὐτῷ γενήσεται, καθάπερ ὑπὲρ τῶν ἐπιδημίων μὲν ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις· τῶν ἐνδήμων δὲ κατὰ τὸ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων· ἴδιον δὲ οὐδὲν ἐξαίρετον ἐποίησε σύγγραμμα περὶ λοιμῶν, ἐπειδὴ τῶν ἐπιδημίων ἓν ὑπάρχειν αὐτὸ δι' ἐκείνων ἐδίδαξεν.

θʹ.

Οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται οὐ κάρτα γινώσκουσι τοὺς εἰς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας.

dum erat, *et dissimiles eos inter se esse*, quod est non similes, siquidem morborum similitudine et endemium et epidemium et pestilens judicabatur. Duorum igitur alterum, aut meliorem hanc scriptam sententiam augurandum est: *sed morbi sporadici ac non similes fuerint*, aut similes eos dictos esse censendum, non inter se, sed morbis praedictis, hoc est, consuetis, quoniam rarius quidem tum epidemii tum pestilentes morbi oboriuntur, vocati vero ab eo sporadici frequentius, de quibus et praesens liber ab ipso habetur, ut et de epidemiis in libris epidemiorum morborum, et de endemiis in libro de aquis, aëre et locis. Nullum autem proprium de peste confecit librum, quoniam ex epidemiis unum esse illam per libros epidemiorum demonstravit.

IX.

Idiotae igitur non admodum cognoscunt eos, qui in his proximis praestant.

Τοὺς εἰς ταῦτα τὰ νοσήματά φησι διαφέροντας τῶν πέλας ἰατροὺς, οὐ πάντῃ γινώσκειν τοὺς ἰδιώτας· δῆλον δὲ ὅτι τὰ ὀξέα λέγει, περὶ ὧν προειρήκει.

ι΄.

Ἑτεροίων τε μᾶλλον ἐπαινέται ἰημάτων καὶ ψέκται εἰσίν.

Οὐ τῶν προσηκουσῶν, οὐδὲ τῶν ἀξίων ἐπαινεῖσθαι θεραπειῶν διαγνωστικοὺς εἶναί φησι τοὺς ἰδιώτας, ἀλλὰ τῶν ἑτέρων μᾶλλον, ὅθεν οὐδ' ἐπαινεῖν αὐτοὺς ὀρθῶς οὐδὲ ψέγειν· εἶτ' ἐφεξῆς ὡς προστιθεὶς ἀπόδειξιν ὧν εἶπεν τάδε γράφει.

ια΄.

(40) *Ἔπειτα μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τουτέων τῶν νουσημάτων εἰσὶν, ὥστε μελετητέα εἶναι· οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ ἰητροὶ*

Idiotas ait eos non omnino cognofcere medicos, qui ad hujusmodi morbos proximis praeftant. Quod autem acutos dicat, palam eft, de quibus ante differuit.

X.

Aliarumque curationum magis laudatores aut vituperatores exiftunt.

Non confentaneas, neque laudibus dignas curationes difcernere poffe idiotas enunciat, fed alienas magis, proindeque ipfos neque probe laudare neque vituperare. Deinceps tanquam eorum quae protulit demonftratione addita haec fcribit.

XI.

Deinde magnum id indicium, quod hi populares hujusmodi morborum intelligentia minime fruantur, ut quos ftudio confequi oportet. Nam qui medici non funt,

δοκέουσιν εἶναι μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νούσους. ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμανθάνειν ἐστὶν, ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι πρὸς τοὺς τὰ τοιάδε κάμνοντας· ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης χυλὸν καὶ οἶνον τοῖον ἢ τοῖον ἢ καὶ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσιν οἱ ἰητροὶ ταὐτὰ λέγειν, οἵ τε βελτίους καὶ οἱ χείρους· τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων.

---

[7] Ἐπεὶ ταῖς αὐταῖς ὕλαις τῶν διαιτημάτων οἵ τε βελτίους ἰατροὶ καὶ οἱ χείρους χρῶνται, διὰ τοῦτο τοῖς ἰδιώταις ἀδιάγνωστός ἐστιν ὁ βελτίων, οὐκ εἰδόσι διακρῖναι τίνες μὲν ἐν καιρῷ καὶ μετὰ τῆς δεούσης ποσότητος τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων τοῖς κάμνουσι προσφέρουσι, τίνες δὲ ἄνευ τούτων. ἀλλ' οὖν ἐνταῦθα περιγράψας ὁ Ἱπποκράτης τὸ δεύτερον προοίμιον, ἄρχεται τῶν ἐχομένων ἐπὶ τῆς προκειμένης ῥήσεως.

---

medici esse videntur maxime propter hos morbos. Facile est enim nomina, quae apud aegrotos his morbis affectos proferri consueverunt, ediscere. Si quis enim ptisanae cremorem nominaverit et vinum hoc aut illud aut etiam mulsum, haec omnia eadem plebeis tum praestantiores tum deteriores medici dicere videntur. At non ita se res habet, verum in his sane alii ab aliis magnopere differunt.

Quandoquidem hujusmodi materiis ad victus rationem spectantibus medici tum praestantiores tum deteriores utuntur, propterea quis sit praestantior, haud ab idiotis discernitur, qui discernere nequeunt, quinam tempestive ac decenti quantitate praesidiorum materias aegrotantibus administrent et quinam citra haec. Verum Hippocrates hic descripto secundo prooemio, a praesenti oratione consequentia exorditur.

ιβ'.

Δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖσιν ἰητροῖσιν, ἐπίκαιρα ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει ἢ μεγάλας βλάβας. ἀκαταμάθητα μὲν οὖν καὶ τάδε ἐστί· διὰ τί ἄρα ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελοῦσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους καὶ νομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν, οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιέονται ὅπως κριθὴν μηδεμίην καταπίῃ ὁ κάμνων, μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγέονται εἶναι, ἀλλὰ δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν διηθέοντες διδόασιν· οἱ δὲ αὖ τινες αὐτέων οὐδ' ἂν πτισάνην παχείην δοῖεν, οὔτε χυλὸν, οἱ μὲν μέχρις ἢν ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων, οἱ δὲ καὶ διὰ τέλεος ἄχρις ἢν κριθῇ ἡ νοῦσος.

Δόξει μὲν εἶναι λογικώτερον τὸ προβεβλημένον ὑπ' αὐτοῦ, δυναμένων ἡμῶν καὶ χωρὶς τῶν τοιούτων σκεμμάτων ἰατρεύειν ὀρθῶς· ἐκ γὰρ τοῦ μαθεῖν τὰ ποιητέα, τὸ καλῶς

XII.

Videntur autem mihi ſcripto digna eſſe potiſſimum, quae a medicis ignorantur, iis ſcitu neceſſaria, et quae magnas utilitates aut magnas laeſiones adferunt. Quae itaque ignorantur, haec ſunt. Curnam in acutis morbis quidam medici totum aevum ptiſanas non colatas exhibentes traducunt ac ſeſe medicinam recte facere arbitrantur? Quidam vero prae omnibus moliuntur ut nullum hordeum aeger devoret (magnae enim laeſionis eſſe illud exiſtimant), ſed cremorem linteo colatum exhibent. Quidam praeterea ipſorum neque craſſam ptiſanam, neque cremorem exhibent, et hi quidem quousque ad diem ſeptimum aeger pervenerit, illi autem aſſidue quoad morbus judicatus fuerit.

Quod a praeceptore propoſitum eſt, id ſane logicum magis eſſe videbitur, quum nos etiam citra hujusmodi ſpeculationes recte mederi poſſimus. *Probe namque mor-*

ἰᾶσθαι τὰς νόσους περιγίνεται τοῖς ἰατροῖς, οὐκ ἐκ τοῦ ζητῆσαι τὴν αἰτίαν τῆς διαφωνίας τῶν διαφόρους θεραπείας γραψάντων ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νοσήμασιν· ἔστι δὲ κατ' ἀλήθειαν οὐ μόνον χρησιμώτατον, ἀλλὰ καὶ πρῶτον ἁπάντων ἐζητῆσθαι δεόμενον, ὡς δείξω προϊόντος τοῦ λόγου. πρότερον γὰρ, ὅτι τε ζητήσεως ἄξιόν ἐστιν ὃ προβάλλει καὶ ὅπως αὐτὸ λύει, διελθεῖν ἄμεινον. ὅτι μὲν οὖν ἄξιόν ἐστι ζητήσεως, ἐντεῦθεν μαθήσῃ. τῆς μὲν γὰρ τῶν φιλοσόφων διαφωνίας οὐδὲν ἔχομεν ἐμφανὲς τεκμήριον· οὔτε γὰρ εἰ γενητὸς ὁ κόσμος, οὔτ' εἰ φθαρτὸς, οὔτ' εἰ μὴ κενόν ἐστιν ἔξωθεν αὐτοῦ, οὔτ' εἰ ἄπειρος, οὔτ' εἰ μόνος οὗτος εἷς ἐστιν, οὔτ' εἰ πλείους, οὔτε πόσοι τὸν ἀριθμὸν, εἴπερ πλείους, οὔτ' εἰ πλῆθος ἀπερίληπτον ἢ ἄπειρον αὐτῶν, ἐναργεῖ τεκμηρίῳ χρήσασθαι δυνατόν· οὕτως δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ζητουμένων ἔνια μὲν οὐδ' ὅλως ἐπικρῖναι δυνάμεθα, τινὰ δὲ μετὰ πολλῆς ἐπισκέψεως. περὶ δὲ τῶν ὠφελούντων τοὺς κάμνοντας ἢ βλαπτόντων οὐχ ὁμοίως ἔχει·

bis mederi ex faciendorum ſcientia ſuppetit medicis, non ex indagatione cauſae controverſiae inter eos ortae, qui pugnantes ipſorum morborum curationes ſcripſerunt. Eſt autem ſecundum veritatem non ſolum perutile, verum etiam omnium primum quaeſitu neceſſarium, ut progreſſu ſermonis ſum demonſtraturus. Primum enim quod quaeſtione dignum ſit quod proponit et quemadmodum id ſolvat, percurrere ſatius eſt. Quod igitur quaeſtione dignum ſit, hinc diſces. Nullam enim de philoſophorum controverſia evidentem habemus conjecturam. Neque enim ſi ortus ſit mundus, neque ſi interiturus, neque ſi extra ipſum non ſit vanum, neque ſi immenſus, neque ſi is ſolus unus ſit, neque ſi plures, neque quot numero, ſi plures, neque ſi horum multitudo incomprehenſibilis ſit aut infinita, manifeſta conjectura dari poteſt. Si vero et aliorum multorum, quae in philoſophia quaeruntur, nonnulla quidem judicare prorſus non poſſumus, quaedam vero non ſine multa contemplatione. Verum de aegros juvantibus vel laedentibus non ſimili modo ſe res ha-

Ed. Chart. XI. [7. 8.] Galen. V. (40.)
τὸ μὲν γὰρ εὑρεῖν αὐτὰ χρόνου δεῖται μακροῦ, διαφέροντός τε τῶν πολλῶν ἀνδρός· ὅσα δὲ εὑρηκέναι τινὲς ἐπαγγέλλονται, δόξει ταῦτα ῥᾳδίαν ἔχειν τὴν κρίσιν. [8] εἰ μὲν γὰρ ὠφέλησε προσαχθέντα τοῖς κάμνουσιν, ἐπαινεῖν αὐτὰ χρὴ καὶ προσίεσθαι, βλάψαντα δὲ φεύγειν τε καὶ ἀποτρέπεσθαι, μηδὲν δὲ ἀξιόλογον εἰς βλάβην ἢ εἰς ὠφέλειαν ἐργασάμενα τῶν οὐδετέρων ὑπολαμβάνειν· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰατροὺς ἀφίστασθαι τῶν ἐναργῶς βλαπτόντων. ὅσα μὲν οὖν ὀλίγην ἔχει τὴν διαφορὰν, οὐδὲν θαυμαστὸν ἐπιμένειν αὐτοῖς τοὺς ὁπωσοῦν ἐξ ἀρχῆς δόξαντας· ὅσα δὲ πάμπολυ διέστηκεν, ὡς ἐπαινεῖσθαι μὲν ὑφ᾽ ἑτέρων, ψέγεσθαι δὲ ὑπ᾽ ἐνίων, ἐπὶ τούτων ἄν τις θαυμάσειεν ἢ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ μεγάλην ἔχοντα βλάβην ἢ τοὺς ψέγοντας τὰ κατὰ ἀλήθειαν ὠφέλιμα. τοῦτ᾽ οὖν ἐστιν αὐτὸ νῦν προβαλλόμενον ὑπὸ Ἱπποκράτους, ἐφ᾽ ἑνὸς τῶν κατὰ μέρος ὑποδειγμάτων· εἴρηται δὲ καὶ ὑπὸ Ἐρασιστράτου κατὰ τὸ πρῶτον βιβλίον περὶ πυρετῶν αὐτό τε καὶ ἡ λύσις αὐτοῦ διὰ ταχέων τε καὶ σαφῶς, ἀκολουθήσαντος αὐτοῦ τῷ Ἱπποκράτει πάντῃ.

bet. Nam ad ipſa invenienda longo opus eſt tempore viroque ſupra vulgus excellente; quae tamen ſeſe reperiſſe quidam profitentur, ea facilem habere judicationem videbuntur. Si namque aegris adhibita profuerint, ipſa laudare oportet atque admittere, ſi vero laeſerint, et vitare et rejicere, quae vero nihil ad praeſidium aut laeſionem commemorandum attulerint, ſub neutris comprehendere. Sed et medicos ab evidenter laedentibus abhorrere *oportet*. Ergo quae paucum quidem ſortiuntur diſſidium, nihil mirum ipſis eos immorari, qui quovis modo ab initio obſervarunt. Quae vero multopere ita diſſederunt, ut ab aliis quidem probentur, a nonnullis vero rejiciantur, in his eos quisque admirari poterit, aut qui magnopere laedentia probant, aut eos qui vere juvantia improbant. Id ipſum ſane eſt, quod nunc ab Hippocrate particulari uno exemplo proponitur. Dictum autem tum id, tum ipſius ſolutio ab Eraſiſtrato in primo libro de febribus et paucis et manifeſtis, Hippocratem plane ſequuto. Quum

διελθὼν γὰρ ἐν τῷ προειρημένῳ βιβλίῳ τοὺς ἐναντιωτάταις ἀγωγαῖς ἐπὶ τῶν πυρεττόντων χρωμένους ἰατροὺς, τούς τε μακραῖς ἀσιτίαις καταπονοῦντας τοὺς κάμνοντας καὶ Πετρωνᾶν τὸν κρέα τε καὶ οἶνον διδόντα, ἐπιφέρων φησὶ κατὰ λέξιν οὕτως. ἐπὶ πολλῶν μὲν οὖν πάνυ μεγάλαις πληγαῖς περιέπιπτον· εἰ δὲ πάντες κακῶς ἀπηλλάττοντο πυρέττοντες ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ τῆς θεραπείας, πεπαυμένοι ἂν ἦσαν τοῦ θεραπεύειν οἱ ἰατρεύοντες οὕτως· ἀλλ' ὡς ἔοικεν οὐκ ἐφαρμόζει πᾶσι τοῖς πυρετοῖς ἡ αὐτὴ ἀγωγὴ τῆς θεραπείας. ἐπαινεῖν οὖν χρὴ καὶ τὸν Ἐρασίστρατον καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ προβάλλοντες τοῦτο τὸ ζήτημα καὶ τὴν λύσιν ἔγραψαν· ἐπαινεῖν δὲ καὶ τὸν πρῶτον αὐτὸ προβάλλοντα, καὶ γινώσκειν οὐ μᾶλλόν τι περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων προβάλλεσθαι καὶ λύεσθαι τοῦτο τὸ ζήτημα· καὶ γὰρ ἡ ἀπόκρισις κοινὴ περὶ πάντων ἐστί. οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν ὀξέων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων ἐν τῇ θεραπείᾳ διεφώνησαν οἱ ἰατροὶ καὶ διὰ τοῦτο μέχρι πολλοῦ ταῖς ἑαυτῶν ἀγωγαῖς ἕκαστοι προσμένουσιν, ὅτι θεῶνταί

enim percurrit in praedicto libro tum eos, qui maxime contrarium febricitantibus victum praefcribunt, tum eos, qui longis inediis aegros conficiunt atque Petronam, qui tum carnes tum vinum exhibebat, deinde ad verbum ita loquitur: *In multis igitur maximas plagas incurrebant, fi autem omnibus male cederet febricitantibus haec curationis ratio. qui ita curabant, a curatione difceffiffent, fed, ut videtur, non febribus omnibus opem fert idem curationis modus.* Laudandi itaque cum Erafiftratus tum alii, qui quaeftionem hanc propofuerunt folutionemque fcripferunt. Laudandus quoque qui primus eam propofuit. Sciendum quoque, hanc quaeftionem non magis de acutis morbis quam de caeteris omnibus proponi folvique. Refponfio namque de omnibus communis eft. Non enim de acutis folum, verum etiam de caeteris morbis in curatione diffentanei fuerunt medici, ob idque diu finguli fuis in victus regulis permanent, quod quosdam ab

τινας ἐπ' αὐτῶν ἐναργῶς ὠφελουμένους. ἐπὶ τῶν ἄλλων οὖν ὅσοι μηδὲν ὀνίνανται, τάχα μὲν ὑπονοοῦσι καὶ τοὺς κάμνοντάς τι λαθραίως ἁμαρτάνειν· οὐ μὴν ἀλλὰ ὅπερ εἶπε καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν ἐπὶ τῶν κακῶς ἐπιδούντων τὰ μεθ' ἕλκους κατάγματα καὶ διὰ τοῦτο βλαπτόντων (οὐ γὰρ οἴονται, φησὶ, τὴν ἐπίδεσιν αἰτίην εἶναι, ἀλλὰ ἄλλην τινὰ ἀτυχίαν) οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ δίαιταν εἰκὸς αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν. ὃ δὲ εἶπε νῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, πρόδηλόν ἐστιν, ἐάν τις αὐτὴν ἀναγνῷ δὶς καὶ τρὶς αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ προσέχων τὸν νοῦν· εὑρήσει γὰρ ἐπὶ μερικοῦ παραδείγματος τὸν κοινὸν διδασκόμενον λόγον, ὃν δὴ καὶ καθόλου (41) καλεῖν εἰώθασιν οὐχ οἱ φιλόσοφοι μόνον, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν οἱ ἀπὸ πασῶν ἤδη τῶν λογικῶν τεχνῶν. ὁ μὲν οὖν Ἐρασίστρατος ἐναντιωτάτων ἀγωγῶν ἐμνημόνευσεν, ὁ δὲ Ἱπποκράτης τὰς ἀλλοκότους ἐάσας ἐπὶ τὰς μετριωτέρας ἧκεν. ἀλλόκοτοι γάρ εἰσιν ὄντως αἱ διὰ λιμαγχονίας ἐσχάτης καὶ αἱ διὰ τὸ πληροῦν ἀμέτρως, ὡς ὁ Πετρωνᾶς· μέτριαι δὲ τούτων, ὧν ἐμνημό-

his dilucide juvari conſpiciant. In caeteris autem, qui nihilo juvantur, fortaſſis quidem et clanculum aliquid aegros deliquiſſe ſuſpicantur; enimvero ut retulit et ipſe Hippocrates in libro de fracturis, de iis qui fracturas cum vulnere prave deligant, ob idque laedunt (*non enim*, ait, *deligationem cauſam eſſe exiſtimant*, *ſed aliud quoddam infortunium*) ſic et eos in victus ratione opinari par eſt. Quod autem praeſenti in oratione recenſuit *Hippocrates*, manifeſtum eſt, ſi quis ipſam apud ſe mente revolvens bis terque legerit. Nam ex particulari exemplo communem doceri ſermonem comperiet, quem et univerſalem vocare conſueverunt non philoſophi duntaxat, verum etiam prope omnes rationalium artium periti. Eraſiſtratus quidem maxime contrarias meminit victus rationes, Hippocrates vero abſurdis praetermiſſis ad moderatiores ſe contulit. Abſurdae enim revera ſunt tum quae per enecantem inediam ſummam, tum quae per repletionem immoderatam ſiunt, qua Petronas utebatur. Inter has moderatae, qua-

νευσεν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων γιγνόμεναι ὑπὸ τῶν ἀξιολόγων ἰατρῶν. ἔνιοι μὲν γὰρ τὴν κριθώδη πτισάνην ἐπ' αὐτῶν διδόασιν, ἔνιοι δὲ τὸν χυλὸν μόνον, ἔνιοι δὲ οὐδὲ τοῦτον (ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων καὶ πρὸ τῆς κρίσεως ἔνιοι δι' ὕδατος διήτων μόνον) ἄχρις ἂν ἡ νόσος κριθῇ, διαιτῶντες ἐν τῷ μεταξὺ πόμασι μόνοις, ὕδατί τε καὶ μελικράτῳ καὶ εἰ δεήσειεν ὀξυμέλιτι. ἡ μὲν οὖν αἰτία τῆς διαφωνίας ἐστὶν, ἣν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐφεξῆς ποιήσεται, καὶ καλῶς ἔφην αὐτὴν ὑπ' Ἐρασιστράτου [9] κατὰ τὸ πρῶτον εἰρῆσθαι περὶ πυρετῶν· ἔστι δὲ αὕτη τὸ τινὰς τοῦ χυλοῦ μόνον δεῖσθαι τῆς πτισάνης, τινὰς δὲ καὶ τῆς κριθώδους πτισάνης, ἐνίους δὲ μηδετέρου τούτων, ἀλλ' ἐπὶ πομάτων μόνον ἄχρι τῆς κρίσεως ὠφελίμως διαφυλάττεσθαι. καὶ δείξει γε ἐφεξῆς τίνες μέν εἰσιν οἱ τῆς κριθώδους πτισάνης δεόμενοι, τίνες δὲ οἱ πτισάνης χυλοῦ, τίνες δὲ οἱ μηδετέρου τούτων.

---

rum meminit Hippocrates, in acutis morbis ab inſignibus medicis praeſcribuntur. Nonnulli etenim hordeaceam quidem ptiſanam in his adminiſtrant, nonnulli vero duntaxat cremorem; quidam neque hunc (in acutis morbis ante criſin quidam ſolam aquam propinant) quoad morbus judicatus ſit. Interea pro victu ſolos potus exhibent, tum aquam, tum mulſam et ſi opus fuerit oxymel. Itaque controverſiae cauſa eſt, quam ipſe Hippocrates deinceps producturus eſt, eamque ab Eraſiſtrato in primo de febribus libro enunciari probe aſſerebam. Eſt autem ea, quod quidam ſolo ptiſanae cremore indigeant, quidam vero hordeacea ptiſana et nonnulli horum neutro, ſed potibus ſolis ad criſin usque proſpere ſerventur. Demonſtrabit autem in ſequentibus, qui ſint, qui hordeacea ptiſana et qui ſolo ptiſanae cremore et qui horum neutro indigent.

ιγ'.

Μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰητροί. ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται.

Ὅτι πρῶτος αὐτός ἐστιν ὁ τὸ ζήτημα προβαλὼν τοῦτο καὶ λύσας εὔδηλόν ἐστιν ἐκ ταύτης τῆς ῥήσεως· οὐδὲ γὰρ εἴθισται, φησὶ, τὰ τοιαῦτα προβάλλεσθαι παρὰ τοῖς ἰατροῖς· εἰ δὲ καὶ προβάλλοι τις αὐτοῖς, ἴσως οὐδὲ τὴν λύσιν εὑρήσει.

ιδ'.

Καίτοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι.

Καὶ κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐπὶ μερικοῦ παραδείγματος διδάσκει τινὰ τῶν καθόλου, πρῶτον μὲν ὡς ἡ τῶν με-

XIII.

Itaque hujusmodi quaestiones proponere non admodum medici consueverunt, neque vero fortassis si proponantur, solutae comperiuntur.

Quod primus praeceptor sit, qui quaestionem hanc proposuerit ac solverit, hac dictione innotescit, neque enim, inquit, tales quaestiones proponi a medicis consueverunt. Quod si eas aliquis proposuerit, fortassis solutionem non comperiet.

XIV.

Ac proinde calumniam adeo magnam patitur apud vulgus ars tota, ut nulla omnino ars medica esse existimetur.

Hoc quoque textu ex particulari exemplo rem quandam universalem edocet. Primum quidem, quod quale-

τιόντων ὁτιοῦν ἐπιτήδευμα διαφωνία δικαίως ὑποψίαν ἀγνοίας ἐνδείκνυται· δεύτερον οὖν πάλιν ὡς ἡ συμφωνία δικαίαν μεγάλην ἐλπίδα γνώσεως, ὅπερ μεγάλα καὶ ταῖς γραμμικαῖς ἀποδείξεσι συνετέλεσεν· οὐ μόνον γὰρ αὐτοὺς τοὺς μανθάνοντας πείθουσιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις δόξαν ἔχουσιν, ὡς ἀληθέσταται. γραμμικαῖς οὖν ἀποδείξεσι κεχρῆσθαί φασι τοὺς ἐναργῶς τι καὶ ἀναμφιλέκτως δείξαντας. ἐξεργάζεται δὲ τὸν περὶ τῆς διαφωνίας λόγον ἐπὶ τῆς ἐχομένης ῥήσεως.

ιε'.

Ὥστ' ἔν γε τοῖς ὀξυτάτοις τῶν νοσημάτων τοσόνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρώνακτες ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει ἡγεόμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι. καὶ σχεδὸν ἂν κατά γε τοῦτο τὴν τέχνην φαίην ὁμοιοῦσθαι τῇ μαντικῇ, ὅτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν [10] ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν, εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν· καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ δὲ τὰ

cunque vitae institutum sectantium dissensio justam ignorantiae suspicionem prodat, secundo contra consensus justam magnamque scientiae fiduciam ostendat, quod nimirum linearibus *mathematicorum* demonstrationibus magnopere contulit. Non enim discipulis solum persuadent, verum etiam apud vulgus tanquam verissimae disciplinae aestimationem consequuntur. Linearibus igitur *mathematicorum* demonstrationibus usos esse ait, qui manifeste aliquid et citra quamvis ambiguitatem demonstraverunt. Verum disceptationis rationem diligenter in sequenti oratione prosequitur.

XV.

Quare acutissimis in morbis tantopere dissentiunt inter se artifices, ut quae alter exhibet, optima esse existimans, ea mala jam alter esse auguretur. Ac fere ob id artem vaticinationi similem esse dixerint. Quoniam et augures eundem alitem, si sinister quidem appareat, bonum esse augurantur, si vero dexter, malum. Sed

τοιάδε, ἄλλα ἐπ' ἄλλοισιν· ἀλλ' ἔνιοι τῶν μάντεων τὰ ἐναντία τουτέων. φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ ἐπικαιροτάτοισι.

Μαντικὴν μὲν ὠνόμασε τὴν οἰωνιστικήν· καὶ ἱεροσκοπίαν δὲ, τὴν θυτικὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν καλουμένην, ἣν ὄντως καὶ οἱ ἄλλοι παλαιοὶ καλοῦσιν ἱεροσκοπίαν, ἐπειδὴ σκοποῦντες τὰ ἱερεῖα προλέγουσιν ἐξ αὐτῶν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ τὰ γενησόμενα· ἱερεῖα δὲ ἴσμεν ὀνομαζόμενα ἅπαντα τὰ τοῖς θεοῖς εἰς τιμὴν γιγνόμενα, οἷα τὰ τῶν θυομένων ἱερείων, ὧν τὰ σπλάγχνα θεώμενοι προλέγουσιν οἱ ἱεροσκόποι. τοὺς δὲ διὰ τῆς τῶν ὀρνίθων πτήσεως μαντευομένους, οὓς οἰωνιστάς τε καὶ οἰωνοσκόπους ὀνομάζουσι, τούτους νῦν μάντεις ἐκάλεσεν ὁ Ἱπποκράτης. καίτοι τὸ τοῦ μάντεως ὄνομα καὶ ἡ μαντικὴ κατὰ πασῶν τῶν οὕτω προλεγουσῶν τεχνῶν ἐπιφέρεται· μάντεις μὲν γὰρ καλοῦνται οἵ τε ἱεροσκόποι καὶ οἱ οἰωνισταὶ καὶ οἱ γενεθλιακοὶ προσαγορευόμε-

et in haruſpicina talia ſunt, alia in aliis. Verum vaticinantium nonnulli his contraria ſentiunt. Dico vero ſpeculationem hanc eſſe tum pulcherrimam tum plurimis ac maxime in arte commodis cognatam.

Vaticinandi ſcientiam appellavit auguralem diſciplinam, haruſpicinam vero immolandi artem a multis vocatam, quam vere alii priſci etiam haruſpicinam vocant, quoniam qui hoſtias intuentur, ac in iis ſcientiis verſati ſunt, ex ipſis ventura praenunciant. Hoſtias autem ſcimus nominari omnia, quae diis ad honorem offeruntur, quales ſunt quae immolantur victimae, quarum exta inſpicientes haruſpices praedicunt. Eos vero qui ex avium volatu vaticinantur, quos augures et auſpices appellant, hos nunc vates appellavit Hippocrates, quanquam vatis nomen et vaticinationis de omnibus ita praedicentibus artibus profertur. Vates namque vocantur et haruſpices et augures et qui appellantur genethliaci et qui per notas et victi-

νοι καὶ οἱ διὰ συμβόλων καὶ οἱ διὰ ἱερείων προλέγοντες τὰ ἐσόμενα, πρὸς τούτοις τε χρησμολόγοι καὶ θεομάντεις· ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ὀνειροπόλους ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κληθέντας ἐν τοῖς μάντεσι καταλέγουσιν. ἀλλ' ὅ γε Ἱπποκράτης δῆλος ὅτι τοὺς οἰωνιστὰς μόνους ὀνομάζει μάντεις ὡσαύτως τῷ ποιητῇ· καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς ποιήσεως, ἐνδεικνύμενος τὴν οἰωνιστικὴν τέχνην πρόγνωσιν εἶναι τῶν γενησομένων, ὁμοίως ἐν ἀρχῇ τοῦ ἄλφα φησί·

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν·

ἱερέα μὲν λέγων τὸν ἱεροσκόπον, ὀνειροπόλον δὲ τὸν περὶ τοὺς ὀνείρους ἔχοντα, μάντιν δὲ δηλονότι τὸν οἰωνιστὴν, οὐ γὰρ δὴ παρέλιπεν αὐτὸν, εἰς τὰ μέγιστα πολλαχόθι τῆς ποιήσεως καὶ τῇ περὶ τοὺς οἰωνοὺς τέχνῃ χρώμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ πλείω τοῦ δέοντος εἴρηταί μοι περὶ τῆς τοῦ μάντεως προσηγορίας· ἐπ' αὐτὸ δὲ τὸ λεγόμενον μεταβαίνειν ἤδη καιρός. ὃ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οἱ τὰς

mas futura praedicunt, praeterea et fatidici et divini vates. Nonnulli etiam somniorum interpretes a poëta vocatos, inter vaticinatores collocant. Verum ipse declarat Hippocrates, se solos haruspices appellare vates, poëtae ratione simili. Is namque in plerisque sui poëmatis partibus haruspicinam artem venturorum praenotionem esse demonstrans, simili modo in primi Iliados exordio concinit:

Ergo age quis vates vel haruspex vera rogetur,
Somnia vel prodens, etenim ab Jove somnia manant.

Vatem quidem nominat haruspicem, somniorum vero interpretem eum qui circa somnia versatur, vatem autem omnino augurem. Non enim sane ad res maximas in multis suae poëseos locis ipsum praetermisit, quum etiam augurandi arte utitur. Sed fortassis haec et quam deceat plura de vatis appellatione a nobis dicta sunt, ad id autem quod differitur jam transeundi tempus est. Quod enim profert ejusmodi est. Qui vaticinandi artes profe-

μαντικὰς τέχνας μετιόντες οὐδὲν ἧττον ἀλλήλοις διαφέρονται τῶν ἰατρῶν ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ μέρος. ἐγὼ γοῦν ποτε διαφερομένους οἰωνιστὰς εἶδον ἐπ' αὐτῶν τούτων τῶν πτήσεων, ὧν καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσεν, ἀριστερᾶς τε καὶ δεξιᾶς· ἦν δὲ ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν Ἄραψ, ὁ δὲ ἕτερος Ἕλλην ἐξ Ἀσίας τῆς ἡμετέρας. ἔλεγεν οὖν ὁ μὲν Ἄραψ τὸν δεξιὸν οἰωνὸν γυναῖκας σώζειν νοσούσας, τὸν ἀριστερὸν δὲ ἄνδρας· ὁ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας τὸν μὲν δεξιὸν ἐπ' ἀνδρῶν νοσούντων φανέντα τοῖς ἐρωτῶσιν, εἰ σωθήσεται, καταφάσκειν τὴν ἐρώτησιν, ἀποφάσκειν δὲ τὸν ἀριστερόν. ἠρόμην οὖν αὐτοὺς εἰ τὸν ὁπωσοῦν πετόμενον, ἀριστερὸν ἢ δεξιὸν ὄρνιθα, ταύτην ἔχειν φασὶ τὴν δύναμιν, οὐδὲν ἡγούμενοι διαφέρειν εἰ ὑψηλότατός ἐστιν ἢ προσγειότατος ἢ μεταξύ· καὶ εἰ ἐν τῷ μεταξὺ, ἐγγυτέρω ἄρα τοῦ ὑψηλοτάτου ἢ ἐν μέσῳ· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τοῦ πλησίον τε καὶ πόῤῥω διεστάναι τὸν οἰωνὸν ἠρόμην εἰ μηδὲν αὐτοῖς διαφέρει. ὁ μὲν οὖν Ἄραψ ἔφασκεν ὅπως ἂν ἔχῃ τῆς εἰς

quuntur, in particularibus multis nihil minus quam medici dissentiunt. Vidi equidem nonnunquam augures his in ipsis volatibus, quos dextros et sinistros memoravit Hippocrates, dissidentes. Alter quidem ipsorum erat Arabs, alter vero Graecus ex Asia nostra. Arabs quidem dicebat dextrum alitem laborantes mulieres servare, sinistrum autem viros: Asiaticus vero dextrum alitem in viris aegrotantibus apparentem interrogantibus ipsis, si servarentur, astruere interrogationem, sinistrum vero denegare recensebat. Eos igitur interrogabam, si quomodocunque volantem aut dextrum aut sinistrum alitem eandem *auguralem* sortiri facultatem dicerent, nihilque differre autumarent, si aut cellissimus *volando* sit, aut terrae propinquissimus, aut intermedius. Quod si intermedius, an propius *regionem* cellissimam, an infimam, vel inter has mediam. Eodem modo tum de propinqua, tum de remota alitis distantia interrogabam, utrum in his nihil discreparet. Arabs itaque quomodocunque sese haberet in altitudinem

ὕψος ἢ μῆκος ἢ [11] πλάτος ἀποστάσεως οὐδὲν διαφέρειν· ὁ δὲ Ἕλλην διωρίζετο καὶ περὶ τοῦ συμμέτρου, δεξιοῦ τε καὶ ἀριστεροῦ, καὶ γεγράφθαι ταῦτα τοῖς οἰωνισταῖς ἔλεγε, τὰς δὲ ἀμέτρους ἀποστάσεις ἐναντίας εἶναι ταῖς ἐμμέτρως ἐχούσαις· ἐδείκνυε δὲ καὶ Ἀπόλλητος καὶ Ἀθηναίου καὶ Χαιρήμονος καὶ Ἀρτεμιδώρου τοῦ Φωκᾶ ἄλλων τέ τινων οἰωνιστῶν ἐνδόξων βίβλους, αὐτῷ μαρτυρούσας. ἔγνων οὖν ἀδιόριστον μὲν τὸν Ἄραβα, διωρισμένον δὲ καὶ τεχνικὸν τὸν Ἕλληνα· (42) τέχνης γὰρ ἐμπειρίᾳ τὴν κρίσιν τῶν θεωρημάτων ἐχούσης ἡ διαφωνία κατὰ τὸ διωρισμένον τε καὶ ἀδιόριστον γίγνεται. καὶ τοῦτο μεμαθηκὼς ἐγὼ παρ' Ἱπποκράτους ἔκρινα τὸν Ἕλληνα τεχνικώτερον ἀποφαίνεσθαι περὶ τῆς πτήσεως τῶν οἰωνῶν· ἐξ ἐπιμέτρου δὲ τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν οἰωνιστῶν μάρτυρας παρεχόμενος ἔτι μᾶλλον ἦν ἀξιόπιστος. ἐπαγομένου δὲ καὶ τοῦ Ἄραβος πολλοὺς μάρτυρας, ὧν προεῖπεν ἀληθῶς νοσούντων, εἶπον αὐτῷ τῆς ὡς τὸ πολὺ γεγενημένης ἐπιτυχίας τὴν αἰτίαν· εἰ γὰρ ὁ μὲν ἔμμετρος δεξιὸς σώζει τοὺς ἄνδρας, οἱ δὲ ἄμετροι

aut longitudinem aut latitudinem diſtantia nihil intereſſe reſpondebat. Graecus autem de *volatu* commoderato dextro ac ſiniſtro diſtinguebat dicebatque ab auguribus haec ſcripta eſſe; immoderatas vero diſtantias moderate ſe habentibus eſſe contrarias teſtesque ſibi Appolletis, Athenaei, Chaeremonis, Artemidori Phocae et quorundam aliorum clarorum augurum libros prodebat. Agnovi ſane Arabem indiſtinctum, Graecum vero tum diſtinctum tum artificem eſſe. Nam artis praeceptorum judicium per experientiam habentis diſſidentia ex diſtincta et indiſtincta re oritur. Idque ab Hippocrate edoctus, Graecum de avium volatu artis peritiorem ſententiam ferre judicavi; ex abundantia vero celebratiſſimos augurum teſtes adducens, adhuc magis ſide dignus erat. Quum vero etiam Arabs plurimos aegrotantium, quibus vera praedixerat, teſtes citaret, ſuccedentis in plurimum eventi ſubſequuti cauſam ipſi pronunciavi. Si enim *ales* dexter moderatus viros ſervet, immoderatus vero foeminas, ſint autem permulti

τὰς γυναῖκας, εἰσὶ δὲ πάμπολλοι μὲν οἱ ἄμετροι, μόνος δὲ εἷς ὁ ἔμμετρος· εἰκότως ἐπὶ πολλῶν μὲν ἐπέτυχεν, ὀλιγάκις δὲ ἀπέτυχεν. ὅ γε μὴν Ἕλλην οἰωνιστὴς καὶ ἄλλους τινὰς διορισμοὺς προσετίθει, καθ᾽ οὓς κἂν ὁ δεξιὸς ἄμετρος ᾖ, δηλώσει ποτὲ σωθήσεσθαι τὸν νοσοῦντα· τὸν γὰρ κίναιδον καὶ τὸν γυναικεῖον ἐπιτήδευμα μετιόντα, καθάπερ τὸν ἐριουργὸν, τοῖς τῶν γυναικῶν ἔφη σχήμασι σώζεσθαι, καὶ τοῦτ᾽ αὖ πάλιν ἐδείκνυε παρὰ τοῖς ἀρίστοις οἰωνισταῖς γεγραμμένον. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἄλλους τινὰς διορισμοὺς προσετίθει, περὶ ὧν οὐδὲν ἐφαίνετο γινώσκειν ὁ Ἄραψ. εἴρηται δέ μοι ταῦτα διὰ τὴν ἐφεξῆς ῥῆσιν, ἣν οὐδεὶς ἐξηγήσατο προσηκόντως, ὥσπερ οὐδὲ τὴν προγεγραμμένην αὐτῆς, ἔνθα φησί· μᾶλλον μὲν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἴθισται τοῖς ἰατροῖς, ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται· σαφῶς γὰρ εἰπόντος αὐτοῦ τὰ τοιάδε, ὅ ἐστι τὰ οὕτω διαφωνούμενα, τινὲς μὲν ἐπὶ τῆς πτισάνης μόνης ἤκουσαν οὐκ ὀρθῶς, ἔνιοι δὲ βραχὺ τούτων ἄμεινον ἐπὶ τῆς τῶν ὀξέων διαίτης· ἔνιοι δὲ ἐπὶ πάσης ἁπλῶς, ἔνιοι δὲ

quidem immoderati, unus autem duntaxat moderatus, jure quidem plerisque fucceffit, paucis vero praeter fpem fucceffit. Graecus autem augur et alias quasdam adjiciebat diftinctiones, quibus etiamfi dexter immoderatus fit, interdum tamen virum falvum evafurum declarabit. Nam cinaedum et muliebre munus obeuntem, veluti et lanificum, mulierum forma fervari dicebat ac rurfum id ab optimis auguribus fcriptum demonftrabat. His etiamnum quasdam adjiciebat diftinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbatur. Haec autem a me dicta funt propter fequentem fententiam, quam nemo convenienter expofuit, quemadmodum neque eam quae ante fcripta eft, ubi ait: *quaeftiones fane hujusmodi proponere medicis haud confuetum eft, neque fortaffis fi proponantur, folutae reperiuntur.* Eo namque brevi dicente, *talia,* quod eft, quae ita diffident, quidam de ptifana fola non recte intellexerunt; nonnulli autem paulo his meliuscule de acutorum victu, alii de omni fimpliciter victu, alii vero de

ἐπὶ θεραπείας ἁπάσης, βέλτιον μὲν τῶν προτέρων, οὔπω δὲ οὐδ' αὐτοὶ τελέως· αἰτίαν γὰρ ὡς εἶπον ὁ Ἱπποκράτης ἐπεζήτησεν ἁπάσης διαφωνίας, ἐπὶ πάσης τέχνης τῇ πείρᾳ κριθῆναι δυναμένης. ὅτι δὲ οὕτως ἔχει τοῦτο μαθήσῃ σαφῶς διὰ τῆς ἐφεξῆς ῥήσεως.

ιστ'.

Καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται. καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην καὶ τοῖσιν ἀσκέουσιν ἐς εὐεξίην καὶ ἐς ὅ τι ἂν ἕκαστος ἐθέλοι.

[12] Οὗτος ὁ λόγος ἐξελέγχει καὶ τοὺς περὶ πτισάνης μόνης οἰομένους αὐτὸν προβεβληκέναι τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν καὶ τοὺς περὶ διαίτης, ἤτοι περὶ τῆς ἐπὶ τῶν ὀξέων ἢ καὶ πάσης ἁπλῶς· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς περὶ θεραπείας ἁπάσης ὑπειληφότας εἶναι τὸ πρόβλημα. προδήλως γὰρ ἡ νῦν ἡμῖν προκειμένη ῥῆσις ἐλέγχει τοὺς μὲν ἤτοι

curatione universa, prioribus quidem melius, sed neque adhuc absolute. Causam enim, ut dixi, totius dissidii quaesivit Hippocrates in omni arte, quae experimentis judicari possit. Quod autem id ita habeat, sequenti oratione dilucide disces.

XVI.

Etenim aegrotantibus omnibus ad sanitatem restituendam magnum quippiam potest, et sanitate fruentibus ad sanitatem tuendam, et sese exercentibus ad bonum habitum conciliandum et ad quod quisque voluerit.

Hic sermo tum eos arguit, qui ipsum *Hippocratem* existimant praescriptam sententiam de ptisana sola proposuisse, tum eos qui de victu acutorum aut etiam simpliciter universo; eodem vero modo et eos qui de curatione universa problema esse arbitrati sunt. Nam perspicue nunc nobis proposita oratio arguit eos aut qui de

περὶ πτισάνης ἢ τῆς ἐπὶ τῶν ὀξέων διαίτης μόνης ἢ τῆς ἐπὶ πάντων τῶν νοσημάτων οἰομένους εἶναι τὸν λόγον ἐν τῷ προσγεγράφθαι, καὶ γὰρ τοῖς γε νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγίην μέγα τι δύναται· πάντες γὰρ οἱ νοσοῦντες ὑπὸ διαίτης μόνης οὐ θεραπεύονται, διὰ τὸ πολλοὺς δεῖσθαι καὶ χειρουργίας καὶ φαρμακείας, ἔτι δὲ μᾶλλον οὐδὲ ὑπὸ πτισάνης μόνης· οὔτε περὶ διαίτης μόνης ὀξέων οὔτε περὶ διαίτης ἁπλῶς τῆς ἐπὶ πάντων τῶν νοσημάτων ὁ λόγος αὐτῷ νῦν ἐστιν, οὐδὲ περὶ τῆς ἐν τούτῳ διαφωνίας μόνης, ἀλλὰ περὶ πάσης ἁπλῶς τέχνης τῇ πείρᾳ κρίνεσθαι πεφυκυίας. ὁ γὰρ τὸ κοινὸν καὶ καθόλου κριτήριον εὑρὼν, ἐκείνῳ κρίνει τὰ κατὰ μέρος· ἓν δέ τι τῶν κατὰ μέρος ἐστὶ καὶ τὸ περὶ πτισάνης τοῖς ἰατροῖς διαπεφωνημένον, ὥσπερ γε καὶ τὸ περὶ διαίτης οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὀξέων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων, ἔτι τε γενικώτερον ὑπὲρ ἁπάσης θεραπείας καὶ τούτου γενικώτερον ὑπὲρ ἁπάσης προνοίας σώματος, κἂν ἐφ' ὑγείας ὄντων γίγνηται· δέονται γὰρ καὶ οὗτοι τῆς τέχνης

ptiſana aut qui de ſolo acutorum aut de morborum omnium victu orationem aſcriptam eſſe opinantur. *Etenim aegrotantibus omnibus ad ſanitatem reſtituendam magnum quippiam poteſt* Qui enim aegrotant, non omnes a ſola diaeta curantur, quum plerique tum chirurgia, tum pharmacia indigeant, imo vero neque a ptiſana ſola. Neque de diaeta ſola acutorum, neque de diaeta ſimpliciter omnium morborum ſermo praeſens ipſi eſt, neque de ſola quae de his oritur controverſia, ſed de omni ſimpliciter arte, quae experientia judicari ac probari conſuevit. Qui etenim commune ac univerſale judicandi organum invenit, per id particularia judicat. Particulare autem unum eſt et quod de ptiſana medicis in controverſiam venit, quemadmodum et quod de victus ratione non in acutis tantum, verum etiam in morbis caeteris, praetereaque, quod generalius eſt, de curatione univerſa, et quod hoc generalius eſt, de omni corporis providentia, etiamſi ſanitate fruentium ea fuerit: nam et

ἐπιστατούσης, οὐκ εἰς τὸ κτήσασθαι τὴν ὑγείαν, ἀλλ' εἰς τὸ φυλάττειν, ὅπερ ὁ Ἱπποκράτης εἶπε καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην· τὸ γὰρ φυλάττειν ὁτιοῦν ἀσφαλείας δεῖται. χρήσιμον δ' εἶναί φησι τὸ σκέμμα καὶ τοῖς ἀσκέουσιν εὐεξίην· ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν νοσούντων θεραπεία τοῦ προβεβλημένου νῦν ὑπ' αὐτοῦ δεῖται σκέμματος, οὕτως καὶ ἡ τῶν ὑγιαινόντων ἀσφάλεια φυλακῆς ἕνεκα τῆς ὑγείας καὶ ἡ τῶν ἀσκούντων πρόνοια κτήσεως ἕνεκα τῆς εὐεξίας. ταῦτα μὲν οὖν πάντα τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης ἐστὶ, τὸ δ' ἐφεξῆς εἰρημένον ἐπὶ πᾶσαν τέχνην ἐκτέταται. τί γάρ φησι καὶ ἐς ὅ τι ἕκαστος ἐθέλει; καὶ γὰρ ὁ οἰωνιστὴς καὶ ἱεροσκόπος καὶ μουσικὸς καὶ ῥήτωρ καὶ πᾶς τεχνίτης ἁπλῶς τῆς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην διαφωνίας τὴν αἰτίαν εἴσεται μίαν οὖσαν, ὅταν ἕκαστος τὸ κατὰ μέρος ἐπὶ τὸ καθόλου μεταφέρει. οὕτως οὖν καὶ τὴν τῶν οἰωνιστῶν διαφωνίαν ἔγνων γεγονυῖαν ἔκρινά τε τὸν ἀληθέστερα λέγοντα, καὶ τούτου χάριν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα τοῦ τε Ἄραβος καὶ τοῦ Ἕλληνος

hi arte indigent, non ad sanitatem consequendam instruente, sed ad tuendam, quod *his* pronunciavit Hippocrates: *et sanitate fruentibus ad sanitatem tuendam.* Nam ut quodvis servetur, securitate est opus. Utilem vero ait esse speculationem etiam bonum habitum exercitatione conciliantibus. Quemadmodum enim aegrotantium curatio ea nunc ab ipso proposita speculatione indiget, sic et sanitate fruentium securitas, ut sanitas conservetur, et sese exercitantium providentia, ut bonus habitus comparetur. Haec igitur omnia artis, quae circa corpus versatur, sunt; sed quod serie dicitur, ad omnem artem extenditur. Quid enim his enunciat *et ad quod quisque voluerit?* Etenim augur, haruspex, musicus, rhetor et artifex omnis simpliciter, ejus quae in sua arte est, dissensionis unam esse causam agnoscet, quum unusquisque particulare ad universale transfert. Ita sane et in auguribus obortam dissensionem deprehendi ac veriora loquentem judicavi; ob idque paulo ante augurum memini tum Arabis tum

οἰωνιστοῦ. Πάσης γὰρ τέχνης σύστασις ἐν διορισμῷ γίνεται τῶν ἰδίων ἀπὸ τῶν κοινῶν· ὁ γὰρ ταῦτα διορίσασθαι δυνάμενος ἄριστος τεχνίτης ἐστίν. ὥσπερ δὲ καὶ ἡ σύστασις, οὕτως καὶ ἡ κρίσις ἐν τῷ διορισμῷ τὴν ὕπαρξιν ἔχει· σφάλλονται γὰρ οἱ συνιστάμενοι τὰς τέχνας, ὅταν τό τινι συμβεβηκὸς ἤτοι γε ἐπὶ πάντας ἐκτείνωσιν, ἢ πλείονάς γε τοῦ προσήκοντος· τὸ μὲν γὰρ ὅλως μηδενὶ συμβεβηκος οὐδεὶς ἂν ἐν τέχνῃ τοιαύτῃ πείσειεν ἑαυτὸν ἀληθὲς εἶναι· κατὰ τοῦτο γὰρ ἡ ὄντως γίγνεται διαφωνία κατὰ τὸ πείθειν ἕκαστον ἑαυτὸν, οὐ κατὰ τὸ προσποιούμενον καὶ καταπλαττόμενον ἐρίζειν φιλονεικοῦντα, καθάπερ ἔνιοι περί τινων ἑτέρως ἢ ὡς κατὰ τὴν ψυχὴν διάκεινται καὶ οἱ φάσκοντες ἄδηλον εἶναι πότερον ἐγρηγόραμεν ἢ κοιμώμεθα καὶ σωφρονοῦμεν ἢ μαινόμεθα· καὶ εἰ τοῦτό γε συγχωρηθείη δῆλον εἶναι, ἀλλ' ὁπότεροί γε μᾶλλον ἀληθεύουσιν ἄδηλον ὑπάρχειν φασὶν, εἴθ' οἱ ἐγρηγορότες τῶν κοιμωμένων εἴτε τῶν μαινομένων μᾶλλον οἱ μὴ [13] μαινόμενοι· πεπεισμένος γὰρ οὐδεὶς οὕτως οὐδὲ δοξάζων ἐν τῇ ψυχῇ τοὺς λόγους

Graeci. *Nam artis omnis conſtitutio in propriorum a communibus diſtinctione exiſtit*, qui enim haec diſtinguere poteſt, is optimus eſt artifex. Ut autem et conſtitutio, ſic et *judicatio in diſtinctione exiſtentiam habet.* Falluntur enim qui artes conſtituunt, quum quod alicui accidit, id vel in omnes vel etiam plures quam deceat extendunt, quod ſiquidem nulli prorſus accidit, id nemo in tali arte ſibi verum eſſe perſuadebit. In hoc enim vere oritur controverſia, quum unusquisque ſibi ipſi perſuadet, non quum ſimulans confingensque contentioſe litigat, quemadmodum nonnulli de quibusdam aliter quam animo ſentiebant *fecerunt*, et qui proponunt abditum eſſe utrum vigilemus aut dormiamus et ſapiamus aut inſaniamus. Quod ſi manifeſtum eſſe id concedatur, utri ſane magis vera loquantur, abditum eſſe dicunt, an vigilantes dormientibus, vel non inſanientes inſanientibus. Nullus enim ita perſuaſus, aut ſecum animo reputans, ſed litigans his

τούτους, ἀλλ' ἐρίζων ποιεῖται. κατὰ τὴν ἰατρικὴν δὲ τέχνην τινὲς μὲν ἐπεχείρησαν καινοτομεῖν, οὐ δυνάμενοι βέλτιόν τι τῶν ἔμπροσθεν εὑρηκέναι, κατανενοηκότες δὲ τὸ τῶν ἰδιωτῶν πάθος, ὅπερ Ἱπποκράτης εἶπε· τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω συνιέντες εἰ χρηστὸν ἐπαινοῦσι μᾶλλον ἢ τὸ σύνηθες, ὃ οἴδασιν ὅτι χρηστόν. ἔνιοι δὲ καὶ διὰ τῆς ἡδίστων διαιτημάτων ἐπαγγελίας ἀναπείθοντες προσάγονται τοὺς κάμνοντας, εἰδότες μὲν ὅτι πανουργοῦσιν, ἀλλ' ἤτοι διὰ φιλοχρηματίαν ἢ διὰ φιλοδοξίαν ἐπιχειροῦντες πανουργεῖν τὰ τοιαῦτα. τῆς οὖν ἄχρι λόγου διαφωνίας, ὁποία καὶ ἡ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἐστιν, ἐξῃρημένης, ἡ κατ' ἀλήθειάν τε καὶ ὄντως διαφωνία γίγνεται, παρὰ τὸ μὴ διορισθῆναι τὴν ἀπόφασιν, ἀλλ' ἤτοι περὶ πλειόνων ἢ προσῆκεν ἢ περὶ πάντων ὡς ὁμοίως ἐχόντων ἀποφήνασθαι. καὶ κατὰ τοῦτο ἐπαινεῖσθαι δίκαιόν ἐστι τὸν Ἱπποκράτην τῆς ὄντως διαφωνίας μνημονεύσαντα μόνης, ἣν οἱ κατ' ἀλήθειαν ἐθέλοντες τέχνην τινὰ συστήσασθαι πάσχουσιν, ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυ-

ſermonibus utitur. Quidam autem in arte medendi res quidem novas aggreſſi ſunt, quum prioribus quid melius invenire nequirent, ſed idiotarum affectionem, quam Hippocrates dixit, intelligerent. Quod enim novum ac inuſitatum eſt, nondumque, ſi utile ſit, exploratum, hi laudant magis quam quod aſſuetum utile eſſe noverint. Nonnulli vero et ob victus ſuaviſſimi pollicitationem perſuadentes aegros alliciunt, quod doloſe quidem agant non ignari, ſed vel ob pecuniae cupiditatem, vel ob gloriae ſtudium talia doloſe committere contendunt. Sublata ergo, quae verbo tenus ſit, controverſia, qualis inter ejusmodi viros orta, illa quae et ſecundum veritatem ac revera eſt, controverſia oritur, quod enunciatio non diſtinguatur, ſed vel de pluribus quam oporteat, vel de omnibus tanquam eodem modo ſeſe habentibus enuncietur. Atque ob id Hippocratem laudare juſtum eſt, qui revera ſolius controverſiae meminit, quam qui ſecundum veritatem artem aliquam conſtituere volunt, patiuntur, ac ſuis in animis di-

χαῖς διαφόρως δοξάζοντες, οὐκ ἄχρι λόγου προσποιητῶς ὑπὸ πανουργίας διὰ φιλοδοξίαν ἢ φιλοχρηματίαν. οὐδεὶς γὰρ ὄντως τῇ πείρᾳ κρίνων τὰς ἐπινοίας ἐπὶ τὴν Πετρωνᾶ ἀγωγὴν ἀφίξεται, κρέα διδοὺς ὀπτὰ καὶ οἶνον (43) μέλανα τοῖς ὀξέως πυρέττουσιν, ὥσπερ δὲ οὐδὲ δίψει τοσούτῳ κολάζων αὐτοὺς, ὡς κοτύλης ὕδατος εἰκοστὸν μέρος διδόναι· τὰ γὰρ τοιαῦτα διαιτήματα παντάπασιν ἄτοπα καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ διὰ τὸ ξενοπρεπὲς ἐπιτηδευόμενα πανούργοις ἀνθρώποις, ἢ δι' ἐμπληξίαν ἐσχάτην, εἴπερ ὄντως ᾤοντο μόνοι τὴν ἀλήθειαν εὑρηκέναι. τὰ δ' ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα καὶ περὶ τοὺς ἀληθῶς σπουδάζοντας τέχνην συστήσασθαι φρονίμους ἄνδρας γίνεσθαι δύναται, διὰ τὸ μὴ φέρειν μεγίστην βλάβην, ὅταν οἷς οὐ χρὴ προσενεχθῇ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα δυσδιόριστον ἔχει τὴν ἐκ τῆς πείρας κρίσιν, τὰ δὲ πολὺ διαφέροντα ῥᾳδίαν· τὴν οὖν ἐν τοῖς ὀλίγον ἀλλήλων ὑπερέχουσι κρῖναι διαφωνίαν καὶ δεῖξαι τίσι μὲν ἐπὶ πτισάνης μόνης διαιτητέον ἐστὶ τῶν ὀξέως νοσούντων, τίσι δὲ

verſe opinantur, non verbo tenus ſimulate ac ſubdole ob gloriae aut lucri cupiditatem. Nullus enim, qui animi conſilia vere experimentis judicat, ad Petronae victus rationem ſe conferet, carnes aſſas exhibens vinumque nigrum acuta febre laborantibus, quemadmodum neque in tanta ſiti eos ita temperans, ut cotulae aquae vigeſimam partem porrigat. Nam ejusmodi diaetae omnino abſurdae ſunt et quae ob duorum alterum aut ob novitatem vafris ab hominibus aut ob ſummam ſtupiditatem praeſcribuntur, ſi plane ſe ſolos veritatem reperiſſe exiſtimaverint. Quae vero ab Hippocrate ſcripta ſunt, ea in prudentibus viris vere artem conſtituere ſtudentibus reperiri poſſunt, quod non maximam laeſionem adferant, quum quibus non oporteat oblata ſint. Atque haec quidem diſtinctu difficilem ab experimentis judicationem conſequuntur, quae autem valde differunt, facilem. Controverſiam itaque in iis quae parum inter ſe exuperant judicare, et quibus ptiſana ſola in acutis morbis praeſcribenda ſit et

κριθώδους δοτέον, τίσι δ' οὐδ' ὅλως, ἀλλ' ἐπὶ ποτοῦ μόνου διαιτητέον ἄχρι κρίσεως, ἄξιόν ἐστι τῆς Ἱπποκράτους συνέσεως.

ιζ'.

Πτισάνη μὲν οὖν μοι δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων ἐν τουτέοισι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον καὶ συνεχὲς καὶ προσηνές ἐστι καὶ ὀλισθηρὸν καὶ πλαδαρὸν μετρίως καὶ ἄδιψον καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχον οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὁκόσον ἂν πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι.

[14] Τοῦτον τὸν λόγον ἀναγνῶναί μοι δοκοῦσι μόνον οἱ περὶ πτισάνης ἐπιγράψαντες τὸ βιβλίον· ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας τὸ πρῶτον προοίμιον· ἐδείχθη γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ μηκέτι πρὸς τοὺς Κνιδίους ἰα-

quibus hordeacea exhibenda et quibus nihil omnino, ſed potus ſolus ad judicationem usque exhibendus ſit, demonſtrare, Hippocratis intelligentia dignum eſt.

XVII.

Ptiſana igitur triticeis eduliis recte praelata fuiſſe mihi videtur his in acutis morbis, eosque qui ipſam praetulerunt laudo. Cremor enim ejus laevis, continuus, ſuavis, lubricus et moderate humidus, ſitim reſtinguit et ſi quid elui indiguerit, id facile eluitur, neque aſtrictionem continet, neque pravam turbationem, neque in alvo turgeſcit. Nam in elixatione, quoad maxime intumeſcere potuit, intumuit.

Orationem hanc duntaxat legiſſe mihi videntur, qui librum hunc de ptiſana inſcripſerunt, quemadmodum certe primum prooemium, qui adverſus Cnidias ſententias titulum fecerunt. Nam demonſtravit in ſecundo non ampli-

τροὺς τὸν λόγον ποιούμενος, ἀλλὰ προτρέπων ἐπὶ τὴν ἄσκησιν τῆς τῶν ὀξέων νοσημάτων θεραπείας. ὁ δὲ δὴ τρίτος λόγος, ὃν ἄχρι δεῦρο διῆλθεν, ἤδη αὐτῆς τῆς διαιτητικῆς τέχνης τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐστὶν, οὐ μὴν εἰς μόνην γε αὐτὴν χρήσιμος, ἀλλ' ὑποπεπτωκὼς ἑτέρῳ γενικωτέρῳ. δέδεικται δέ μοι κἀν τοῖς περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων ἔθος Ἱπποκράτει τοὺς ὑποπεπτωκότας λόγους ἑτέροις τισὶ καθολικωτέροις ἐπισημαίνεσθαι καὶ τήν γε διδασκαλίαν τῶν καθόλου δι' αὐτῶν ποιεῖσθαι προκειμένων ὡς παραδειγμάτων· οὕτος γὰρ οὔτε ἀποχωρεῖ τοῦ προκειμένου σκέμματος οὔτε πολλαχῶς διδάσκει τὸ κοινὸν πολλῶν. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς πτισάνης τὸν λόγον ἐποιήσατο, τὴν αἰτίαν τῆς περὶ αὐτῆς διαφωνίας καὶ ζητήσας καὶ κρίνας, οὕτω καὶ περὶ διαίτης ἁπάσης τῶν ὀξέων τὴν κρίσιν ὀρθὴν ἐποιήσατο. καὶ γὰρ καὶ περὶ φλεβοτομίας καὶ περὶ καθάρσεως καὶ βαλάνου καὶ κλυστῆρος χρήσεως, ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ καταπλασμάτων καὶ πυριαμάτων, οἴνου τε καὶ μελικράτου καὶ ὀξυμέλιτος

us contra Cnidios medicos ſe orationem habere, ſed *eos* ad curationis acutorum morborum exercitationem exhortari. Tertia autem oratio, quam huc usque percurrit, jam ad eam, quae victum morbis acutis praeſcribit, artem ſpectat. Non tamen ad eam ſolum eſt utilis, verum et alteri generaliori ſermoni ſubjecta eſt. Demonſtravimus autem et in commentariis de fracturis et articulis Hippocratem pro conſuetudine ſubjectos ſermones aliis quibusdam univerſalioribus annotare doctrinamque univerſalium ex ipſis conſtitutis tanquam exemplis efficere, ſic enim neque a propoſito inſtituto recedit, neque crebro docet quod multis eſt commune. Quemadmodum autem de ptiſana ſermonem fecit, cauſa de ipſa contentionis tum inveſtigata tum dijudicata: ſic et de omni acutorum victu rectum tulit judicium. Nam et de venae ſectione et de purgatione ac tum glandis tum clyſteris uſu, ſimili vero ratione et de cataplaſmatum, fotuum, vini, aquae mulſae, oxymelitis et balnei uſu non parva inter medicos exorta

τέρας ἐπανελθεῖν εἰς αἵματος οὐσίαν δυναμένης, ἐπειδὴ τοῦ μὲν αἵματος ἐν αὐτῷ θερμανθέντος ἐπὶ πλέον ἡ ξανθὴ γεννᾶται χολὴ, τούτου δ᾽ αὐτοῦ κατοπτηθέντος ἢ καὶ τοῦ παχέος αἵματος ἡ μέλαινα· τοῦ δὲ φλέγματος ἡ γένεσις ἐν τοῖς φλεγματώδεσιν ἐδέσμασιν ἀεὶ προηγεῖται τοῦ αἵματος καὶ διὰ μέσης τῆς τούτου γενέσεως ἡ εἰς αἷμα μεταβολὴ γίνεται τοῖς σιτίοις. καὶ τοῦτο συμβέβηκεν οὐ μόνον τοῖς μοχθηροτέροις ἐδέσμασιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πάνυ δοκούντων ἐνίοις ὑγιεινῶν εἶναι, καθάπερ ἄρτῳ τε καὶ χόνδρῳ καὶ σεμιδάλει. ἐγὼ μὲν οὖν ἐξήγημαι τὴν ἀρίστην εἶναί μοι δοκοῦσαν γραφήν· αὐτό τε γὰρ καθ᾽ [57] αὐτὸ τὸ ἐν αὐτῇ διδασκόμενον ἀληθές ἐστι καὶ τοῖς προηγουμένοις ἀκόλουθον, οἵπερ εἰσὶ σκοποὶ τῆς ἀρίστης ἐξηγήσεως· οὐ μὴν ἐν ἅπασί γε τοῖς ἀντιγράφοις εὑρήσεις τὴν τοιαύτην γραφὴν, ἀλλ᾽ ἐναντίως μὲν καὶ ἀλλήλοις, ἑτέρως δὲ ἐν ἅπασι σχεδόν τι τοῖς βιβλίοις ἐστὶν εὑρεῖν ἐγγεγραμμένην τὴν ῥῆσιν ταύτην καὶ ψευδοῦς γιγνομένου τοῦ λόγου καὶ τοῖς προειρημένοις οὐδεμίαν ἀκολουθίαν σώζοντος.

---

bile in ſanguinis ſubſtantiam redire valente, quandoquidem ex ſanguine quidem in ſe plus calefacto flava bilis procreatur, ex eodem vero aſſato, vel etiam ex craſſo ſanguine, atra. Pituitae autem generatio in pituitoſis eduliis ſanguinem perpetuo antecedit, atque generatione ipſius media cibi in ſanguinem commutantur. Neque hoc deterioribus tantum cibis contingit, verum et quibusdam eorum, qui ſalubres admodum eſſe videntur, ut pani, halicae, ſiligini. Ego ſane eam, quae mihi optima eſſe videtur, enarravi deſcriptionem. Etenim quod in ea docetur, per ſe verum eſt atque antecedentibus conſentaneum, qui optimae explicationis ſunt ſcopi. Non tamen in exemplaribus omnibus conſimilem invenies deſcriptionem, ſed in aliis et aliis pugnantem. Verum aliter in libris ſere omnibus reperitur dictio haec inſcripta, falſo ſermone reddito nullamque praedictis conſequentiam ſervante.

λα'.

Ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖον ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων μάλιστα νοσοποιέουσιν.

Πολλὰ μὲν οὖν σημαίνει παρ' αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα, νῦν μέντοι τὴν κρᾶσιν ἄν τις ὑπολάβοι δηλοῦσθαι, καθάπερ γε καὶ τὴν αὐτῶν τῶν μορίων κατασκευὴν ἕξιν ὀνομάσθαι νῦν, ἐν ᾗ κατασκευῇ καὶ τὸ ἐπιπολάζειν ἄνω τὴν χολήν ἐστι καὶ ὑποχωρεῖν κάτω καὶ τὸ κρεμάμενα μᾶλλον ἔχειν ἢ ἐστηριγμένα τὰ σπλάγχνα. μεγάλη μὲν γὰρ οὖσα φύσει ἡ γαστὴρ στηρίζει τὰ σπλάγχνα, κἂν κενὴ ἡ γαστὴρ σιτίων ᾖ· σμικρὰ δ' ὑπάρχουσα σιτίων μὲν πληρωθεῖσα στηρίζει, κενωθεῖσα δὲ καταλείπει συνιζάνουσα, κἀντεῦθεν αἴσθησις αὐτοῖς γίγνεται τοῦ κρεμᾶσθαι τὰ σπλάγχνα. περὶ δὲ τοῦ τὴν ξανθὴν χολὴν ἐπιπολάζειν τισὶν ἄνωθεν πρόσθεν εἴρηται, τοῦ καταφέροντος αὐτὴν εἰς τὴν τῆς γαστρὸς ἔκφυσιν ἐξ ἥπατος πόρου διαφέρουσαν ἴσχοντος τὴν

XXXI.

Satis igitur idoneum et hoc argumentum quod eorum quae circa naturam noſtram habitumque contingunt maximae mutationes maxime morbos efficiunt.

Multa quidem apud Hippocratem naturae nomen ſignificat, ſed hoc in loco temperamentum ſignificari quispiam exiſtimaverit, veluti et partium ipſarum ſtructuram habitum appellari, qua in ſtructura continetur et bilis ad partes ſuperiores fluctuatio et ad inferiores dejectio et viſcerum tum ſuſpenſio tum ſtabilitas. Nam quum venter natura magnus exiſtit, viſcera ſtabilit, etiamſi venter cibis vacuus fuerit. Verum quum parvus eſt, cibis quidem repletus fulcit, vacuatus vero ſubſidentia relinquit, hinc ſenſus eſt ipſis ſuſpenſa eſſe viſcera. Quod autem quibusdam bilis flava ſurſum fluctuet ante dictum eſt, meatu ipſam ex hepate ad ventris duodenum deferente, ſtructuram differentem habente. Nam interdum quibus-

κατασκευήν. ἔσθ' ὅτε γάρ τισιν ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὴν γαστέρα παραγίνεται μόριον· τούτοις μὲν οὖν ἐπιπολάζει τὸ χολῶδες περίττωμα, τοῖς δ' ἄλλοις ὑπέρχεται κάτω πᾶν.

λβ'.

Οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιέειν οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν, οὔτ' ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, οὔτε ἐπὶ τὰ οὔτ' ἐπὶ τά.

Ἀτάκτως ἡ ῥῆσις αὕτη γέγραπται, συνῆφθαι γὰρ αὐτὴν ἐχρῆν τῇ πρὸ αὐτῆς γεγραμμένῃ, ἵνα ὁ σύμπας λόγος γένηται τοιοῦτος· αὐτοὶ μέντοι σφῶν αὐτῶν δυσφορώτερον δὴ τὰ τοιαῦτα φέρουσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω· τὴν δέ γε ἀσιτίαν τὴν παρὰ τὸ ἔθος οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω εὐφορώτερον φέρουσι τὸ ἐπίπαν, ὥστε καὶ τὴν μονο- (62) σιτίην τήν γε παρὰ τὸ ἔθος εὐφορώτερον ἂν οὗτοι ἐνέγκαιεν·

dam portio aliqua ab ipso ad ventrem procedit. His quidem supernatat biliosum excrementum, caeteris vero deorsum omnino voluitur.

XXXII.

Neque sane intempestivas neque vehementissimas vasorum vacuationes moliri fas est, neque vigentibus morbis et in inflammatione consistentibus cibos exhibere, neque derepente huc aut illuc in toto negocio quicquam mutare licet.

Dictio haec praeter ordinem scripta est. Copulari siquidem ipsam oportebat cum ea, quae ante scripta est, ut tota oratio talis esset. *Talia vero molestius ferunt qui parte superiore picrocholi existunt. At non assuetam cibi abstinentiam facillime omnino ferunt, qui parte superiore sunt pituitosi, quo fit ut unicam die cibationem insuetam facilius etiam ferant. Non igitur intempestive*

οὐδὲ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν, οὔτ' ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν [58] φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. συμπληρώσας γὰρ τὸν λόγον ἐν ᾧ τὰς μεγάλας μεταβολὰς τῆς διαίτης ἐδείκνυε καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑγιαίνοντας βλαπτούσας, οὐχ ὅπως τοὺς νοσοῦντας εἰκότως ἐπήνεγκεν, οὗ χάριν ἐμνημόνευσεν ἁπάντων τούτων εἰπών· οὐδ' οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν. ἀποδεδειγμένου δ' ἱκανῶς αὐτῷ τοῦ προκειμένου καὶ διὰ τῶν εἰρημένων, ὅμως φαίνεται μεταβαίνων καὶ ἐφ' ἕτερον λόγον ἀποδεικνύντα ταῦτα, ἐκ περιουσίας χρώμενος ταῖς πίστεσιν. ἀρχὴ τοίνυν ἐστὶν εἰκότως τοῦ δευτέρου λόγου τούτου ἡ ῥῆσις ἥδε· ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖόν ἐστιν, ὅτε αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων νοσοποιέουσιν· ᾧ λόγῳ συνεχὴς ἂν εἴη καὶ ἀκόλουθος οὗτος· πολλὰ δ' ἄν τις ἠδελφισμένα τούτοισι τῶν εἰς τὴν κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι. ταύτην μὲν οὖν τὴν ῥῆσιν ἐξηγήσομαι, νυνὶ δὲ ἐπὶ τὴν προκειμένην ἐπανήξω, τήνδε τὴν διάνοιαν ἔχουσαν·

neque vehementes vaſorum vacuationes moliri, neque quum morbi vigent et cum inflammatione ſunt, cibum dare licet. Nam peracto ſermone, quo magnas victus mutationes prodidit, ſanos ipſos, non modo aegrotantes, laedere, jure intulit, cujus gratia mentionem de his omnibus fecit, inquiens: *non igitur intempeſtivas, neque vehementes vaſorum vacuationes moliri licet.* Quanquam autem et inſtitutum etiam per relata ſatis demonſtravit, videtur tamen et ad alterum tranſire ſermonem, qui haec commonſtret, ex abundanti teſtimoniis uſus. Principium igitur ſequentis ſermonis jure cenſetur hic textus. *Satis idoneum ſane et hoc argumentum, quod maximae mutationes eorum, quae circa naturam noſtram habitumque contingunt, maxime morbos concitent.* Cui quidem orationi continua fuerit, quae ita ſequitur: *Multa autem his cognata eorum, quae ventri contingunt, atque alia quis retulerit.* Textum ſane hunc ſum explicaturus, ſed nunc ad praeſentem revertar, qui hunc ſenſum habet. Non

οὐχ οἷόν τέ ἐστι παρὰ καιρὸν οὔτε σφόδρα λιμαγχονεῖν οὔτ' ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν νοσημάτων μεταβάλλειν τὴν δίαιταν ἐξ ἐνδείας ἐπὶ προσφορὰν, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τοὐναντίον ἀθρόως· οἷς ἕπεται δηλονότι τὸ τοιαύτην ποιεῖσθαι τὴν δίαιταν οἵαν οὗτος ἐκέλευσε· κεφάλαιον δὲ αὐτῆς ἐστι πεφυλάχθαι τὰς ἀθρόας μεταβολὰς ἐπὶ τἀναντία.

λγ'.

Πολλὰ δ' ἄν τις ἠδελφισμένα τούτοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι· ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα ἃ εἰθισμένοι εἰσὶν, ἢν καὶ μὴ ἀγαθὰ ᾖ φύσει, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά· δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰθισμένοι εἰσὶν, ἢν καὶ μὴ κακὰ ᾖ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά.

Τὰ ὁμοιούμενα καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἱκανῶς συγγενῆ καλεῖν ἠδελφισμένα σύνηθες αὐτῷ, διότι τῶν συγγενῶν οἰκειότατοί τέ εἰσι καὶ συγγενέστατοι πάντων οἱ ἀδελφοί· καὶ

intempeſtive, neque vehementer fame necare, neque in morborum vigore victum ex inedia ad cibi oblationem permutare licet, quemadmodum neque derepente ad contrarium. Ex quibus ſcilicet ſequitur, talem inſtituendam victus rationem, qualem is praecepit. Summa autem horum eſt, declinandas eſſe repentinas ad contraria permutationes.

XXXIII.

Multa vero eorum, quae ad ventrem ſpectant, atque alia his cognata referre quis poſſit, quod quidem cibos, quibus aſſueverunt, facile ferant, etiamſi natura non boni ſint, eodem modo et potus. Moleſte autem ferunt cibos, quibus non aſſueti ſunt, quamvis mali non ſint, conſimili modo et potus.

Quae ſimilia et ut quiſpiam dixerit vehementer cognata ſunt, ea fraterna vocare ipſi conſuetum eſt, quod congenerum et conſanguineorum tum familiariſſimi tum

γὰρ αἱ ἄλλαι συγγένειαι τούτων εἰσὶν ὕστεραι, θεῖοί τε καὶ θεῖαι καὶ ἀνεψιοὶ καὶ ἀνεψιαὶ καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα, δεικνύντος αὐτοῦ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἀπ' ἀρχῆς ἐδείκνυε, κεφάλαιον ἔχοντα, μέγιστα μέντοι δύνασθαι τὰ ἔθη, τὴν δ' ἀθρόαν μεταβολὴν οὐ σμικρὰ βλάπτειν τὰ σώματα.

λδ'.

Καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει ἢ σκόροδα ἢ σίλφιον ἢ ὀπὸς ἢ καυλὸς ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιουτότροπα μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειεν, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλ- [59] λων· ἀλλ' εἰ καταμάθῃς ὁκόσον μᾶζά τε ὄχλον καὶ ὄγκον καὶ φῦσαν καὶ στρόφον τῇ κοιλίῃ παρέχοι, παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα τῷ ἀρτοφαγέειν εἰθισμένῳ, ἢ ὁκοῖον ἄρτος βάρος καὶ τάσιν κοιλίης τῷ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ, ἢ αὐτός γε ὁ ἄρτος

genere omnium junctissimi sint fratres. Etenim propinquitates caeterae his posteriores sunt, ut avunculi, amitae, consobrini et consobrinae et quae hujus generis sunt alia. Caetera dictionis clara sunt, quum is demonstret sermonem eundem, quem ab initio demonstravit, cujus summa est, maxima quidem posse consuetudines, repentinas vero mutationes corpora non parum laedere.

XXXIV.

Et quaecunque multus quidem carnis esus praeter consuetudinem assumptus facit, aut allia, aut laser, aut ejus succus, aut caulis, aut ejusmodi alia insignibus praedita facultatibus propriis, minus utique miretur quis, si quae sunt ejusmodi, dolores ventriculis quam alia magis inducunt. At jure miraberis, si didiceris quantam maza et turbationem et tumorem et flatum et tormina ventri afferat praeter morem comesta ab eo, qui pane vesci solet, aut qualem panis gravitatem et tensionem ventris mazam edere solito, vel qualem panis ipse calidus devoratus

θερμὸς βρωθεὶς οἵην δίψην παρέχει καὶ ἐξαπιναίην πληθώρην, διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ βραδύπορον· καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκομιστοὶ παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες διαφέροντα ἀλλήλων ποιέουσι· καὶ μᾶζά τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος ἢ ὑγρὴ ἢ γλίσχρη· καὶ τὰ ἄλφιτα οἷόν τι ποιέει τὰ ποταίνια τοῖσι μὴ εἰωθόσι καὶ τὰ ἑτεροῖα τοῖσι τὰ ποταίνια εἰωθόσι· καὶ οἰνοποσίη καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος εἰς θάτερα μεταβληθέντα ἐξαπίνης, καὶ ὑδαρής γε οἶνος καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς· ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει καὶ φῦσαν ἐν τῇ κάτω, ὁ δὲ παλμόν τε φλεβῶν καὶ καρηβαρίαν καὶ δίψην· καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβάλλοντι, εἰ καὶ ἄμφω οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα, ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι μὴ τωὐτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβληθέντα.

ſitim inducat et repentinam plethoram, tum quod exiccet, tum quod tarde deſcendat. Et quam diverſas inter ſe affectiones efficiant puriſſimi confuſaneique panes in cibo praeter conſuetudinem aſſumpti, itemque maza praeter morem arida aut humida aut lenta, et quale quid polentae efficiant recentes non aſſuetis, aliaeque iis qui recentibus aſſueti ſunt et vini potus et aquae potus praeter conſuetudinem in oppoſita derepente permutatus et aquoſum vinum et meracum derepente praeter conſuetudinem epotum. Illud enim in ſuperiore ventre humiditatem excrementitiam et in inferiore flatum inducit, hoc vero ſpectabilem venarum pulſum, capitis gravitatem et ſitim. Tum etiam vinum album et nigrum ſi quis praeter conſuetudinem immutet, etiamſi ambo vinoſa fuerint, multa tamen in corpore alterarint, ut minus mirum eſſe quis dixerit, dulce et vinoſum vinum, ubi repente permutata fuerint, non idem poſſe.

Τὴν ὅλου τοῦ λόγου τοῦδε διάνοιαν εἰπὼν πρότερον, οὕτως ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ λέξεις ἀφίξομαι. διάνοια μὲν οὖν ὅλου τοῦ λόγου τοιαύτη τίς ἐστι. τὴν μὲν οὖν εἰς τὰ μεγάλην ἔχοντα δύναμιν ἐδέσματά τε καὶ πόματα, μεταβολὴν τῆς διαίτης οὐκ ἄν τις θαυμάσειε βλάπτουσαν ὁρῶν τὰ σώματα· περὶ δὲ τῆς εἰς τὰ μικρὰ μεταβολῆς οὐδ' αὐτῆς ἀβλαβοῦς γινομένης, εἰκότως ἄν τις θαυμάσειε. τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ παντὸς λόγου διάνοια· κατὰ μέρος δὲ τῆς ὅλης ῥήσεως ἡ ἀρχὴ τῶν ἰσχυρὰν δύναμιν ἐχόντων σιτίων ὀνομαστὶ μέμνηται, κρεηφαγίης τε καὶ σκορόδων καὶ σιλφίου καὶ ὀποῦ καὶ καυλοῦ, δηλονότι τοῦ σιλφίου· καὶ γὰρ ὅλον τὸ σίλφιον ἰσχυρὰν ἔχει δύναμιν καὶ κατὰ μέρος ὁ ὀπὸς αὐτοῦ καὶ ὁ καυλός. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἁπλῶς εἶπεν· ἐπὶ δὲ τῆς κρεηφαγίας προσέθηκε καὶ τὸ πολλή· μεγάλην γὰρ οὕτως ἕξει δύναμιν, οὐκ ἔχουσα μεγάλην, εἰ σύμμετρος ᾖ. ἡ δ' ἐφεξῆς τῆσδε λέξις ἐπὶ τὰ σμικρὰν ἔχοντα δύναμιν ἐδέσματα μεταβαίνει, μᾶζαν καὶ ἄρτον θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἢ

Orationis totius fenfu prius aperto, fic ad particulares quae in ea funt dictiones perveniemus. Orationis igitur totius fenfus talis eft. Victus mutationem in eos, qui infigni praediti funt facultate, tum cibos tum potus, nemo qui laedentem corpora viderit, admirabitur, verum eam mutationem quae fit neque fine laefione in cibaria facultatibus parva jure quis admirabitur. Talis quidem eft fermonis totius intelligentia. Sed ut particulatim dicam, orationis totius principium meminit ciborum habentium vehementem facultatem, nominatimque efus carnium, alliorum, laferis, fucci ejusdem videlicet et caulis. Etenim lafer totum vehementem habet facultatem figillatimque fuccus ipfius et caulis. Verum haec quidem fimpliciter dixit. Sed quum efus carnium meminit, adjecit hoc verbum, *multus*, nam fi magnam habebit facultatem, commoderatus vero non magnam. Quae huic fuccedit dictio, ad eos accedit cibos, qui perexigua conftant facultate, mazam et panem, calidum vel frigidum, purum vel con-

καθαρὸν ἢ συγκομιστόν. ὅτι δὲ τὸν μὴ καθαρὸν ὀνομάζει συγκομιστὸν, εὔδηλόν ἐστι κἀκ τῆς πρὸς τὸν καθαρὸν ἀντιθέσεως· οἵ γε μὴν νῦν ἄνθρωποι τὸν τοιοῦτον ἄρτον αὐτόπυρον ὀνομάζουσιν, οὐ διακρινομένου τοῦ πιτυρώδους ἀλεύρου κατ' αὐτὸν, συναναφυρομένου δὲ τῷ καθαρῷ. τούτοις ἐφεξῆς καὶ τῆς ἐν τοῖς ἀλφίτοις διαφορᾶς ἐμνημόνευσε, τὰ δὲ πρόσφατα ποταίνια κέκληκε τῇ τῶν Ἰώνων φωνῇ καὶ τῇ τῶν παλαιοτέρων· οἰνοποσίας τε καὶ ὑδροποσίας παρὰ τὸ ἔθος ὑπαλλαττομένων, ἀκρατεστέρου καὶ ὑδαρεστέρου πόματος. ἐφ' ὧν καὶ προσέθηκεν ὡς ὁ μὲν ὑδαρὴς οἶνος πλάδον ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, τουτέστιν ὑγρότητα, καὶ ἀτονίαν ἐμποιήσει καὶ φῦσαν ἐν τῇ κάτω, ὁ δ' ἄκρατος (63) παλμὸν κροτάφων καὶ καρηβαρίαν καὶ δίψος· [60] οὗτος μὲν τῇ θερμότητι ταῦτα ἐργαζόμενος, ὁ δ' ὑδαρὴς τῇ θ' ὑγρότητι καὶ τῇ ψύξει τἀναντία. καὶ τῶν οἴνων δ' αὐτῶν ἐμνημόνευσε τῆς διαφορᾶς, ἐξ ἁπάντων τούτων ἀθροίζων τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ καθόλου, πᾶσαν ἐξάλλαξιν ἔθους ἀθρόως γινομένην οὐ μικρὰν βλάβην κατὰ τὸ σῶμα ἐργάζεσθαι.

---

fusaneum. Quod vero panem non purum confusaneum appellet, constat et ex ea, quae ad purum est oppositione. Panem hunc sane homines hujus temporis cibarium appellant, non separato ex sese furfure, sed una cum pura farina subacto. Post haec de polentarum differentia mentionem fecit, recentesque vocavit potaenias, Ionum et antiquiorum voce. *Memoravit* et vini et aquae potationes praeter consuetudinem immutatas, meraciorem item et dilutiorem potum, quibus adjecit dilutius vinum in ventre superiore excrementitiam humiditatem facere, hoc est pravum humorem, ac infirmitatem flatumque in inferiore. Meracum vero aspectabilem temporum pulsum, capitis gravitatem et sitim, idque calore haec efficit, dilutum autem contraria, tum humiditate tum frigore. Mentionem quoque et de vinorum ipsorum differentia fecit, ex his omnibus colligens universum ab initio ipsi propositum, omnem consuetudinis permutationem derepente factam non parvam corpori laesionem efficere.

λε'.

Τιμωρητέον μέντοι τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης τουτέοισιν ἐγένετο, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ σώματος οὔτε ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥστε προσθέσθαι δεῖν σιτία, οὔτ' ἐπὶ τὴν ἀῤῥωστίην, ὥστ' ἀφαιρεθῆναι.

Τὸ μὲν τιμωρητέον δηλωτικόν ἐστι τοῦ βοηθητέον· ἡ βοήθεια δ' οὐκ ἂν ἄλλη τις εἴη τῷ λόγῳ παρὰ τὴν συνηγορίαν ὡς ἀληθεύει. δυοῖν γὰρ τοῖν λόγοιν τοῦ μὲν ἀρέσκοντος αὐτῷ, τοῦ δὲ ἐναντιουμένου τούτῳ, συνηγόρησε μὲν ἄχρι τοῦδε τῷ ἀρέσκοντι, νυνὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν θατέρου συνηγορίαν ἐτράπετο, καθ' ὃν εἰκὸς εἶναι φήσειεν ἄν τις ὠφελεῖσθαι τοὺς νοσοῦντας ὑπὸ τῆς ἐν τῇ διαίτῃ μεταβολῆς μεγάλως, ἐπειδὴ καὶ ἡ τοῦ σώματος ὑπήλλακται διάθεσις εἰς τοὐναντίον, οἷς γε πρόσθεν μὲν ὑγίαινε, νυνὶ δὲ νοσεῖ. ἀλλά γε πρὸς τοῦτον τὸν λόγον καὶ ἔμπροσθεν μὲν εἶπεν ἐν τῷ καθόλου· τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ

XXXV.

At ſane pars haec operis *contraria quadam ratione aſtruenda eſt, quod his* ſanis *victus mutatio facta ſit, corpore neque ad robur, ut cibos adjicere, neque ad infirmitatem, ut cibos demere oporteat, non immutato.*

Aſtruendum idem ac auxiliandum ſignificat. Auxilium autem non quid aliud ſermoni huic fuit praeter patrocinium, ut vere loquitur. Nam quum ex duobus ſermonibus unus ipſi placuerit, alter vero huic adverſetur, ei quidem qui placuit, huc uſque eſt patrocinatus, nunc etiam ad alterius patrocinium deſcendit, quo aequum eſſe quivis dixerit, aegrotantes ab inſigni victus mutatione juvari, quum et corporis affectio in contrarium his quidem qui antea ſani vivebant, nunc vero aegrotant, permutata ſit. Sane et in hujus ſermonis gratiam univerſaliter antea eſt loquutus *his verbis: commutare quidem bene habet*

ὀλίγον, ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολή. καὶ τί ποτ' ἐστὶ τὸ ὀρθῶς ἐδήλωσε διὰ πλειόνων, ὃ συγκεφαλαιούμενος εἶπεν· οὐ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὐδὲ σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιεῖν, οὔτ' ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν τῇ φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν, οὔτ' ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ σώματι μεταβάλλειν, οὔτ' ἐπὶ τὰ οὔτ' ἐπὶ τά. ὥστ' ἤδη φθάνει λελυκέναι ἀμφιβολίαν, ἣν εἶπεν ἄρτι συναγορεύων τῷ λόγῳ, προσθήσει δ' αὐτῇ τι καὶ νῦν λέγων· προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστου καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἐφεξῆς εἶπεν, ἃ κατὰ τὴν ἐφεξῆς ῥῆσιν διηγήσομαι.

λστ'.

Προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τοῦ νουσήματος ἑκάστου καὶ τῆς φύσιος τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος καὶ τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν.

non parum, recte tamen mutatio transferenda. Et quid recte fit, non paucis oftendit, fed ad fummam colligens dixit: *Neque fane intempeftivas, neque vehementes vaforum vacuationes moliri fas eft, neque vigentibus morbis et in inflammatione confiftentibus cibos exhibere, neque repente huc aut illuc in toto negotio quicquam mutare licet.* Quare et ambiguitatem folvere jam anticipat, quam nuper enunciavit fermoni confentiens. Adjicietque ipfi in praefentia aliquid, quum inquiet: *Conjicere autem oportet et robur et morbi cujusque modum,* et caetera quae his fuccedunt, quae in fequenti dictione explanabo.

XXXVI.

Ad haec autem et virium robur conjectandum eft et morbi cujusque modus et hominis natura et aegrotantis in victu confuetudo, non in cibis folum, verum etiam in potionibus.

[61] *Εἰς τὸ προσηκόντως ἐπὶ τῶν ὀξέως νοσούντων* καταστήσασθαι τὴν δίαιταν, ὡς ἐδίδαξε, προστιθέναι κελεύει τήν τε τῆς ἰσχύος ἐπίσκεψιν καὶ τοῦ νοσήματος τὸν τρόπον, ἔτι δὲ τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἔθος αὐτοῦ. τὸ μὲν γὰρ κεφάλαιόν ἐστιν, ὃ κατασκευάζει μὴ μεταβάλλειν τὸ τῆς διαίτης εἶδος, πρὸ τοῦ γενέσθαι σαφῆ τὰ τῆς πέψεως σημεῖα· τοῦτο δὲ ἔσται προγνόντος σου πόσαις ἡμέραις τὸ νόσημα πρὸς τὴν ἀκμὴν ἀφίξεται. δυναμένης δὲ τῆς διαίτης, ἣν ἐξελέγξω, κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ τὸ ἧττον ἐξαλλάττεσθαι, διὰ τὸ καὶ τοὺς κάμνοντας ἀλλήλων διαφέρειν κατά τε ῥώμην καὶ ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως καὶ τὴν φυσικὴν κρᾶσιν καὶ τὸν τρόπον τοῦ νοσήματος καὶ τὸ προγεγονὸς ἔθος, εἰς ταῦτα ἀποβλέποντά σε τεχνικῶς ὑπάρξει στοχάζεσθαι τοῦ τε μᾶλλον καὶ ἧττον τοῦ τῆς διαίτης εἴδους, εἰ ἐπ' ὀξυμέλιτος ἢ μελικράτου τὸν κάμνοντα χρὴ διαιτᾷν ἢ ὕδατος μόνου διδόναι πιεῖν ἄχρι τῶν τῆς πέψεως γνωρισμάτων, ἢ πτισάνην δοτέον ἢ μόνον τὸν χυλὸν αὐτῆς, εἴτ' οὖν δὶς εἴτε καὶ ἅπαξ τῆς ἡμέρας. τὸ δὲ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τῇ διαίτῃ προστεκμαίρεσθαι χρὴ δι' ὧν εἶπε

Victus rationi acute laborantibus decenter praescriptae, ut docuit, et roboris considerationem et morbi modum, praeterea et hominis naturam consuetudinemque ipsius adjicere imperat. Nam quam summam astruit, haec est: *non permutandam esse victus speciem, priusquam signa coctionis manifesta sint.* Id autem fiet, si quot diebus ad vigorem morbus venturus sit, praecognoveris. Verum quum victus, quem manifestabo, pro majoris minorisve ratione permutari possit, quod laborantes inter se differant virium tum robore, tum infirmitate, naturali item temperamento et morbi modo, atque antecedente consuetudine, si ad ea respexeris, poteris artificiose tum magis, tum minus in specie victus conjicere, si oxymelite vel melicrato aegrum cibare debeas, aut solam aquam bibendam adusque coctionis notas dare, aut ptisanam aut ejus solum cremorem, et an bis, an semel die. In victu ergo tum magis tum minus per ea quae jam dixit conji-

νῦν. οὐ δήπου γὰρ ἐὰν εὕρῃς τὸν κάμνοντα χυλοῦ δεόμενον, ἤδη γινώσκεις ὁπόσον τούτου δοτέον ἐστί· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπ' ὀξυμέλιτός τε καὶ μελικράτου καὶ ὕδατος· ἀλλ' ὥσπερ εἰς τὴν εὕρεσιν τοῦ τῆς διαίτης εἴδους ἐδεήθης διαγνῶναι, πότερον ἄῤῥωστος ἢ εὔρωστός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ κάμνοντος, ἐν πόσαις τε τῶν ἡμερῶν ἡ πέψις ἔσται τοῦ νοσήματος, οὕτω καὶ νῦν προσεπισκεπτέον μέχρι πόσου τὰ τῆς ἰσχύος ἢ τὰ τῆς ἀσθενείας αὐτῇ συμβέβηκε· παμπόλλη γὰρ ἡ διαφορὰ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἰσχὺν τῆς δυνάμεως, ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν ἀσθένειαν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. οὕτως δὲ καὶ ἡ τοῦ νοσήματος διαφορὰ προστεκμαρτέα· χρὴ γὰρ οὐ μόνον ὅτι πλευρῖτις ἢ περιπνευμονία γινώσκειν, ἀλλὰ καὶ ποία τίς ἐστιν αὕτη, κατά τε τὰς ὀδύνας καὶ τοὺς πυρετοὺς καὶ τὰ πτυόμενα. καὶ γὰρ τῶν ὀδυνηρῶν πλευριτίδων αἱ μὲν μᾶλλον, αἱ δὲ ἧττόν εἰσι τοιαῦται, καὶ τὸν σφοδρὸν πυρετὸν ἧττόν τε καὶ μᾶλλον ἔχουσι τοιοῦτον αἱ κατὰ μέρος πλευρίτιδες. ἐν δὲ τοῖς πτυομένοις οὐ σμικρὰ διαφορὰ, καθότι κἀν τῷ προγνωστικῷ λέλεκται. ποικιλλο-

cere oportet. Nam ſi aegrum ptiſanae cremore indigere comperias, nondum cognoſcis quantum de eo ſis propinaturus, conſimili modo de oxymelite, melicrato et aqua. Verum quemadmodum ad ſpeciei victus inventionem dignoſcere, an robuſtae vel infirmae ſint laborantis vires, opus tibi fuerit, quot item diebus morbi coctio futura ſit, ſic et nunc conſiderandum, quousque viribus robur aut imbecillitas accidit. Multa namque differentia eſt inter ipſum virium tum robur, tum etiam imbecillitatem, majoris et minoris ratione. Sic morbi quoque differentias conjicere oportet. Non enim ſolum cognoſcere oportet, quod pleuritis aut peripneumonia ſit, ſed et qualis ea ſit in dolore, febre et ſputis. Etenim pleuritidum quae cum dolore ſunt, aliae quidem magis, aliae vero minus tales exiſtunt, febremque vehementem habent tum magis, tum minus particulares pleuritides. Sed non parva quoque eſt in iis, quae expuuntur, differentia, ut in progno-

μένων οὖν τῶν κατὰ μέρος ἀῤῥώστων ἐν ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς οὐχ οἷόν τε κατὰ τὰς τῶν ἐμπειρικῶν ὀνομαζομένας συνδρομὰς ποιήσασθαι τὴν διδασκαλίαν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ γράψαι δυνατόν ἐστι τὰς διαφορὰς τῶν κατὰ δύναμιν ὑπεροχῶν, ἢ τὰς τῶν σφοδροτήτων τοῦ πυρετοῦ καὶ τὸ ποσὸν ἐν τοῖς πτύσμασι καὶ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τοῖς κατὰ μέρος χρώμασιν ἢ ἀνομοιοτρόποις ἀναγωγαῖς, ἀλλ' ἑκάστου πράγματος ἀκηκοότα τὴν δύναμιν, ἰδίᾳ καὶ κατὰ μέρος αὐτὸν χρὴ παραβάλλειν γε πάσας ἀλλήλαις, ἀθροίζειν δέ τι κεφάλαιον ἓν ἐξ αὐτῶν. ἐν τούτῳ γάρ ἐστι καὶ τὸ βελτίονας καὶ χείρονας γίγνεσθαι τοὺς ἰατροὺς, εἰ καὶ τὰ αὐτὰ μεμαθηκότες εἶεν· οἱ γὰρ ὀξύτεροι τὸν λογισμὸν τῶν ἀμβλυτέρων, οἵ τε φιλοπονώτεροι τῶν ῥαθυμωτέρων, οἵ τε τριβακώτεροι τῶν ἀπειροτέρων, οἵ τε μνημονικώτεροι τῶν ἀμνημονεστέρων. ἄμεινον οὖν ἐκ τῆς τῶν κατὰ μέρος πάντων δυνάμεως ἀθροίζειν εἰς ἓν κεφάλαιον ὅλον τὸ σχῆμα καὶ τὸ καθ' ἑκάστην τροφὴν ποσόν. ἡ μὲν γὰρ ἀσθένεια πλεονάκις μὲν, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον διδόναι τὴν τροφὴν ἐνδεί-

ſtico dictum eſt. Quum igitur particulatim in dictis diſferentiis diſtinguantur aegri, non datur in empiricorum appellatis ſyndromis doctrinam conſtitui. Neque enim eorum qui in viribus comperiuntur exceſſuum differentiae ſcribi poſſunt, neque febris vehementia, neque ſputorum quantitas, neque in particularibus coloribus diſſimilibusque eductionibus magis minusque. Verum cujusque rei facultate intellecta, omnes inter ſe ſingillatim comparare ſummamque unam ex ipſis colligere oportet. Hac enim in re licet tum meliores tum deteriores haberi medicos, quanquam eadem didicerint. Nam acutiores ratiocinio hebetioribus *evadunt probatiores*, laboris amantiores ſegnioribus, exercitatiores minus exercitatis, atque memoria valentiores, memoria minus valentibus. Ex particularium igitur omnium facultatibus colligere in unam ſummam, univerſam *victus* formam, ſingulorumque ciborum quantitatem, commodius eſt. Nam imbecillitas ſaepius quidem, ſed paulatim, alimentum exhibendum eſſe

κνυται· συνεπιμαρτυρεῖ δὲ τούτῳ καὶ τὸ δὶς ἐσθίειν εἰθίσθαι τὸν κάμνοντα. τοὐναντίον δὲ πάλιν ἡ ῥώμη τῆς δυνάμεως ἐὰν ἐπ' ἀνθρώπου μονοσιτεῖν εἰθισμένου φαίνηται, θρεπτέον ἅπαξ τοῦτον· ἐνδείκνυται δὲ ἄμφω τὰ τεκμήρια. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν εὐδιαφόρητον σῶμα [62] πρὸς τὸ διδόναι τροφὴν παρορμᾷ, τὸ δὲ δυσδιαφόρητον ἐπὶ τἀναντία ἄγει· καὶ τὸ μὲν λεπτοὺς ἔχον τοὺς χυμοὺς ἐπὶ τὸ διδόναι τροφὴν, τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον ἐπὶ τἀναντία· καθ' ἕκαστόν τε τῶν εἰρημένων τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀνάλογον ἑαυτῷ καὶ τὴν τοῦ βοηθήματος χρῆσιν αὔξάνει τε καὶ ἀνίησι. λέλεκται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ πάνθ' ἑξῆς κατὰ τάξιν, ὡς μαθεῖν τε δύνασθαι τάχιστα καὶ μνημονεῦσαι ῥᾷστα· δι' ἑνὸς γὰρ βιβλίου τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου πάντα καλῶς εἰπεῖν τὸν Ἱπποκράτην καὶ κατὰ τάξιν διδάξαι τῶν ἀδυνάτων ἦν καὶ μάλιστα αὐτοῦ πρώτου τὴν εὕρεσιν αὐτῶν ποιουμένου· τῷ δὲ παρ' αὐτοῦ μὲν αὐτὰ μαθόντι διεστραμμένως τε καὶ ἀτάκτως, ὅλον τε τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀναθέντι πρὸς τὴν ἐξ

indicat, fidemque rei huic facit, quod aeger bis edere consueverit. Contrarium autem rursus robur virium *indicat*, si in homine semel cibari assueto videatur, semel ipsum cibare oportet, quod indicant ambae conjecturae. Sic vero et quod corpus facilis est discussionis ad cibationem stimulat, quod aegre discutitur, ad contraria agit. Quod item tenues habet humores, id cibandum indicat, quod his non constat, contraria. Atque in singulis quae dicta sunt, magis minusque proportionaliter sibi et auxiliorum usum tum auget, tum remittit. Sed de hujusmodi omnia in methodo medendi deinceps et ordine ita exarata sunt, ut tum citissime condiscere, tum facillime ad memoriam revocare possis. Fieri siquidem nequit, ut libro uno praesenti bene omnia scribat Hippocrates, atque ordine doceat, praecipueque quum ipse primus horum inventionem sit molitus. Qui tamem haec ab eo tum transverse, tum inordinate *scripta* didicerit, totamque suam vitam in id quod ex operibus docetur, studium devove-

ἔργων ἄσκησιν διδαχθεῖσαν οὐκ (64) ἀδύνατον καὶ σαφήνειαν καὶ τάξιν τῇ διδασκαλίᾳ προσθεῖναι· ἐὰν δὲ καὶ διὰ πλειόνων βιβλίων ὑπάρξῃ τοῦτο πρᾶξαι, δῆλόν ἐστι πόση γίγνεται τῆς σαφηνείας τῶν διδασκομένων ὑπερβολή. μὴ τοίνυν ἀθυμείτω τις ἐὰν ἐντεῦθεν συγχεῖται περικλυζόμενος ἀθρόως τῷ πλήθει τῶν σκοπῶν· ἀλλ' ἐννοήσας ὅτι κατὰ μέρος ἕκαστον τούτων δέδεικται πρὸς ἡμῶν ἐν τῇ θεραπευτικῇ πραγματείᾳ, μεταβὰς ἐπ' ἐκείνην ἐκμαθέτω φιλοπόνως ἕκαστον, αὐτά τε τὰ νῦν ἀτάκτως λεγόμενα σαφῶς εἴσεται καὶ τὴν θεωρίαν ἐν τοῖς τῆς τέχνης ἔργοις ἀσκῶν, ἐπαινέσει τὴν ἀλήθειαν αὐτῆς.

λζ'.

Πολλῷ δὲ ἧττον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον· ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις ἂν τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ.

---

rit, is et lucem et ordinem doctrinae adjicere poterit. Quod ſi et pluribus libris fecerit, quanta futura ſit claritatis eorum quae docentur exuperantia, liquido patet. Nemo ergo animo deſpondeat, ſi hoc in loco confundatur ſcoporum multitudine affatim circumſeptus. Verum quum quod particulatim horum unumquodque a nobis in methodo medendi demonſtratum ſit, intellexerit, ad illam tranſlatus ſedulo ſingula diſcat et ſane quae nunc inordinate dicuntur, liquido cognoſcet, ſpeculationemque in ipſis artis operibus exercens veritatem ipſius laudabit.

XXXVII.

Multo autem minus ad ciborum *additionem procedendum. Quandoquidem ipſos detractione omnino ſubducere ſaepenumero conducit, ubi ſuſſecturus eſt aeger, donec morbi vigor miteſcat.*

Ἐπεὶ τοῦ καθ' ἑκάστην δίαιταν εἴδους ἐξ ὧν εἶπεν ἔμπροσθεν εὑρισκομένου προστεκμαίρεσθαι χρὴ τὰ κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν εἰρημένα, χάριν τοῦ τὸ ποσὸν εὑρίσκειν ἐν ἑκάστῃ διαίτῃ, διὰ τῆς νῦν προκειμένης λέξεως (πολλῷ δὲ ἧσσον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον, ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει) γιγνώσκων ὅτι τὸ ποσὸν ἑκάστου βοηθήματος στοχασμοῦ δεῖται τεχνικοῦ, στοχάζεσθαι δὲ τεχνικῶς ἀνδρός ἐστιν ἐκμεμαθηκότος τάς τε δυνάμεις ἁπάντων τῶν κατὰ τὴν τέχνην καὶ μεμνημένου καὶ φιλοπόνως ἐπὶ τῶν ἔργων τετριμμένου τοιοῦτοι δὲ ὀλίγοι παντάπασίν εἰσιν εἰκότως προσέγραψε ταυτὶ τὰ νῦν εἰρημένα κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν λέξιν, τό τ' ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἐπὶ τῇ ποσότητι μᾶλλον, ὅταν τις ἁμαρτάνῃ τοῦ προσήκοντος μέτρου, παραγίγνεσθαι παραινῶν ἤπερ ἐπὶ τὸ πλέον. τὸ μὲν γὰρ πλέον ἀνεπανορθώτους ἐνίοτε τὰς βλάβας ἐργάζεται, τὸ δ' ἔλαττον εὐεπανόρθωτόν ἐστι, δυναμένων ἡμῶν, ἐὰν ἡ δύναμις ὀκλάζειν φαίνηται, τροφῆς ὀλίγου ἐπιδιδόναι· τῆς δὲ φθασάσης εἰς τὴν γαστέρα καταπεπόσθαι τὸ περιττὸν ἀφε-

Quoniam victus cujusque ſpecies ex iis, quae antea dixit, invenitur, et quae in ante ſcripto textu dicuntur conjicere oportet, ut in unoquoque victu quantitas reperiatur; praeſenti dictione, *ciborum autem adjectioni intendendum multo minus, quandoquidem ſubductione eos prorſus detrahere, ſaepenumero conducit*, cognoſcens praeſidiorum ſingulorum quantitatem artiſicioſa egere conjectura, artiſicioſe autem conjicere viri eſſe, qui facultates omnium quae in arte ſunt, didicerit, memoriae mandaverit atque ſtudioſe ſeſe in operibus artis exercuerit, paucosque tales exiſtere. Jure hic quae praeſenti textu dicuntur, adſcripſit, in quantitate ad quod minus magis quam ad quod exuberat, quum quis a juſto modo aberret, procedendum eſſe admonens. Nam quod plus eſt, noxas interdum inemendabiles facit, quod vero minus eſt, facile emendatur. Nam ſi vires deficere videantur, cibi exiguum miniſtrare poſſumus, verum eo in ventrem abſorpto

λεῖν, οὔτ' ἄλλως ῥάδιον καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν. ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκεῖν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις ἂν τῆς νόσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ. τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως τοῦτο τὸ μέρος αὖθις ἀνέλαβεν, ἀναμνῆσαι βουλόμενος τοῦ συνήθους αὐτοῦ σκοποῦ κἀνταῦθα καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμούς· [63] ἐὰν γὰρ φαίνηται δυνάμενος ὁ κάμνων ἄνευ τροφῆς ἐξαρκέσαι τῇ τοῦ νοσήματος ἀκμῇ, διὰ παντελοῦς ἀσιτίας αὐτὸν ἐπὶ τὸν ποτὸν μόνον διαιτήσεις ὅπου περ ἂν εἶναί σοι δόξει χρεία.

λη'.

Ἐν ὁκοίοισιν δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται.

Δῆλός ἐστι προειρημένος μετὰ τὸ διδάξαι τὴν καθόλου δίαιταν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ, μεταβῆναι πρὸς τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ ὀξέα· οὐ μὴν εὑρίσκεταί γε τοιοῦτον τοῦτο σύγγραμμα. τὰ δὲ προκείμενα ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ μετὰ

ſuperfluum non alias, multo magis in acutis morbis, tollere eſt facile. *Nam prorſus ſubtrahere ſaepenumero conducit, ubi aeger ſufficere poſſit, donec morbi vigor maturuerit.* Rurſum praeſcriptae dictionis partem hanc aſſumpſit, nos familiaris hujus ſcopi admonens, qui tum hic tum in aphoriſmis habetur. Nam ſi aeger ad morbi uſque vigorem ſine cibo ſufficere poſſe videatur, in omni ciborum abſtinentia eum potu ſolo moderaberis, cum tibi videbitur neceſſitas.

XXXVIII.

In quibus autem hoc faciendum ſit, ſcribetur.

Quod ſtatuerit, demonſtrata univerſali victus ratione hoc in libro, ſe tranſiturum ad caeteros omnes acutos morbos, declarat. Veruntamen id opus hujusmodi non reperitur. Sed quae hoc in libro poſt balneum propoſita

τὸ λουπρὸν, εἰ μὲν ὡς ἐν τύπῳ τις ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα, ταῦτα παρασκευάσαντος εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ, εὑρὼν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐξέδωκε μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἴσως ἄν τινα λόγον ἔχοι· ὡς σύγγραμμα δ' οὐκ ἔστιν ἄξιον τῆς Ἱπποκράτους δυνάμεως· ὥσπερ οὐδὲ τὰ περὶ νούσων τε καὶ περὶ παθῶν ἐπιγραφόμενα, καίτοι πολλὰ καλῶς ἐν αὐτοῖς εἴρηται· διοριούμεθα δὲ τὸ αὐτὸ καὶ διακρινοῦμεν ἐν ταῖς εἰς αὐτὰ γεγραμμέναις ἐξηγήσεσι.

λθ'.

Πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι.

Πάλιν ἐπὶ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπανῆλθεν, ὃν διὰ πολλῶν παραδειγμάτων ἐπιστώσατο, δεικνὺς τὴν τοῦ ἔθους μεταβολὴν βλάπτειν τοὺς νοσοῦντας· ἀλλ' ἐπειδήπερ ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων μετέβαινεν ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τοῦτ' εἶπεν ἠδελφισμένα τὰ ὅμοια καλῶν. ὃ δὲ ἐφεξῆς ἐρεῖν μέλλει, μαρτύριόν ἐστι

sunt, si quis veluti in typo ab Hippocrate scripta, qui sibi haec ad commemorationem praeparaverat, in domo reperiens post viri mortem deprompsit, fortassis rationem aliquam habuit. At tanquam opus dignum Hippocratis facultatibus non est, quemadmodum neque ea quae de morbis et affectibus inscripta sunt, quanquam multa in iis probe scripta sunt. Id autem in scriptis super ea explicationibus definiemus ac distinguemus.

XXXIX.

Multa vero etiam alia productis consimilia quis scribere potuerit.

Rursus ad eum reversus est sermonem, quem multis exemplis confirmavit, mutationem consuetudinis aegrotantes laedere demonstrans. Verum quoniam a sanis in eos transiit, ob id quae similia sunt, cognata vocat. Quod autem postea dicturus est, sermonis hujus testimonium

τοῦ λόγου τούτου· καίτοι οὐκ ἔστι παραπλήσιον, οὐδ' ὅμοιον οὐδ' ὡς αὐτὸς ὀνομάσειεν ἂν, ἠδελφισμένον, ἀλλὰ τὸ ζητούμενον αὐτό. σαφὴς δ' ἡ γνώμη τοῦ ἀνδρὸς ἔσται σοι κατὰ τὴν ἐξήγησιν τῆς ἐχομένης ῥήσεως.

μ'.

Τό γε μὴν κρέσσον μαρτύριον· οὐ γὰρ ἠδελφισμένον μόνον ἐστὶ τῷ πρήγματι, περὶ οὗ πλεῖστός μοι λόγος εἴρηται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον. οἱ μὲν γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νούσων ἔστιν ὅτε οἱ μὲν [64] σιτία ἔφαγον αὐθημερὸν, ἠργμένοι ἤδη, οἱ δὲ καὶ τῇ ὑστεραίῃ, οἱ δὲ καὶ ἐῤῥόφεον τὸ προστυχὸν, οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐῤῥόφεον· ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μέν ἐστιν ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη, πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ ἁμαρτηθέντα ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ καὶ τρεῖς κενεαγγήσειε τελείως, τεταρταῖος δὲ ὢν τοιάδε διαιτηθείη ἢ καὶ

existit, quanquam non aequale neque simile, neque germanum, ut ipse appellarit, sed id ipsum quod indagatur. Patebit autem tibi mens viri in sequentis dictionis explicatione.

XL.

Hoc tamen melius est testimonium. Non enim solum rei, de qua plurimus a me sermo habitus est, cognatum existit, sed res ipsa opportunissimum est documentum. Nam quidam per morborum acutorum exordia, nonnunquam quo tum laborare *coeperunt die, cibos comederunt, quidam etiam postridie, nonnulli quoque quidvis sine delectu, alii etiam moretum sorpserunt. Sane haec omnia deteriora quidem sunt, quam si quis aliter victus rationem instituerit. Multo tamen leviorem laesionem inferunt qui hoc tempore errores fiunt, quam si quis primis quidem duobus vel tribus diebus omnino vasa exinanierit, mox quarto aut quinto talem cibum*

πεμπταῖος. ἔτι μέντοι κάκιον εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας ἐν τῇσιν ὕστερον ἡμέρῃσιν οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον· οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείστοισιν, εἰ μὴ παντάπασί τις εὐήθης ἡ νοῦσος εἴη· αἱ δὲ κατ᾽ ἀρχὰς ἁμαρτιάδες οὐχ ὁμοίως ταύτῃσιν ἀνήκεστοί εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι.

Ἔμπροσθεν μὲν ἀπὸ τῶν τοῖς ὑγιαίνουσι συμβαινόντων ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν ἐθῶν ἐπὶ τοὺς νοσοῦντας μετήει καθ᾽ ὁμοιότητα· μεταβήσεσθαι δὲ μέλλει καὶ νῦν καὶ αὐτὸ δείξειν ἄντικρυς οὕτως ἔχειν τὸ προκείμενον. τί δ᾽ ἦν τοῦτο; τὸ μὴ ἐξ ἀρχῆς, μηδ᾽ ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις προταριχεύσαντα τοὺς νοσοῦντας, ὅταν ἤδη πλησίον ἥκωσι τῆς ἀκμῆς ἐμπιπλάναι. δι᾽ ὧν οὖν εἶπε καθ᾽ ὅλην τὴν ῥῆσιν, ἐπιδεῖξαι βούλεται μείζονα γιγνομένην βλάβην τοῖς νοσοῦσιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασιν, ὅταν ἐγγὺς ἤδη τῆς ἀκμῆς ἁμαρτηθῇ ἢ ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν νοσημάτων. φησὶ γάρ·

exhibuerit. Deterius etiamnum tamen eſt, ſi quis totis his diebus vaſis praevacuatis, poſterioribus deinceps diebus ita victum inſtituerit, priusquam morbus concoctus ſit. Sic enim aperte plurimis mortem adfert, niſi mitis quidam omnino morbus extiterit. Quae vero per initia errata committuntur, his non ſimiliter incurabilia exiſtunt, ſed multo facilius curantur.

Ante quidem ab iis quae valentibus ex conſuetudinis mutatione oboriuntur, ad aegrotantes per ſimilitudinem tranſiit. Tranſiturus autem et nunc, atque ipſum, quod nunc inſtituitur, plane ita habere eſt demonſtraturus. Sed quidnam id fuit? quod neque a principio, neque primis diebus fame exiccatos aegros, quum jam prope vigorem pervenerint, replere oportet. Dictis ſane toto textu vult oſtendere majorem aegris laeſionem oboriri ex iisdem erroribus, quum jam prope vigorem erratum ſit, quam in morborum principiis. Dicit enim: *multo tamen leviorem*

πολλῷ (65) μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ ἁμαρτηθέντα ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ καὶ τρεῖς κενεαγγήσειε τελείως, τεταρταῖος δὲ ὢν τοιάδε διαιτηθείη ἢ καὶ πεμπταῖος· ἔτι μέντοι κάκιον εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας ἐν τῇσιν ὕστερον ἡμέρῃσιν οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νόσον. εὔδηλον δ' ὅτι πέπειρον ὀνομάζει τὴν πεπεμμένην. εὐήθεις δὲ νόσους εἴρηκεν οὐ τὰς κακοήθεις, ἀλλὰ τὰς εὐτρέπτους· ἴσμεν γὰρ ὅτι οὕτως κέχρηνται τῇ λέξει πολλοὶ τῶν παλαιῶν, καὶ οὕτως ὁ Ἱπποκράτης πολλάκις, ὡς ἐν ἑτέροις δέδεικται.

μα'.

Τοῦτ' οὖν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος ἢ τοίου ἢ τοίου, τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασιν ἢ τοίοις ἢ τοίοις χρέεσθαι.

laesionem inferunt qui hocce tempore errores fiunt, quam si quis primis quidem duobus vel tribus diebus omnino vasa exinanierit, mox quarto aut quinto talem cibum exhibuerit, deterius etiamnum tamen est, si quis totis his diebus vasis praevacuatis, posterioribus deinceps ita victum instituerit, priusquam morbus concoctus sit. Quod maturum appellet concoctum manifestum est. Morbos praeterea mites ac benignos dixit, non malignos, sed qui facile submoventur. Scimus enim veterum multos ita uti dictione, ita quoque et Hippocratem multoties, ut alibi demonstratum est.

XLI.

Hoc igitur maximum reor esse documentum, quod primi dies hac vel illa sorbitione non sint privandi in his qui paulo post his aut illis sorbitionibus usuri sunt.

Κἀνταῦθα τὸν αὐτὸν λόγον πάλιν εἶπεν, ὃν πολλάκις ἔμπροσθεν ἀπεφήνατο, τρέφειν ἐξ ἀρχῆς κελεύων τοὺς μὴ δυναμένους ῥοφήμασιν ἐξαρκέσαι μέχρι τῆς ἀκμῆς ἄνευ τοῦ λαβεῖν τῆς πτισάνης· ξυμβήσεται γὰρ ἡμῖν ἀναγκασθῆναι τρέφειν αὐτοὺς ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς, ὁπότε ἐχρῆν, εἰ καὶ ἔμπροσθεν ἁδρότερον διῃτῶντο, μεταβαίνειν πρὸς τὸ λεπτότερον εἶδος τῆς διαίτης.

μβ'.

[65] Πυθμενόθεν μὲν οὖν οὐκ ἴσασιν οὐδ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτέῃσι κακοῦνται ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, ἢν προκενεαγγήσωσι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ πλείους· οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γινώσκουσιν, ὅτι αὐτέοισι βλάπτονται ῥοφέοντες, ὁκόταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος· τότε μὴν φυλάσσουσι καὶ γινώσκουσιν ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι. πάντ' οὖν ταῦτα

Hic sermonem rursus eundem dixit, quem saepius antea enunciavit, nutrire sorbitionibus ab initio praecipiens eos, qui ad vigorem usque sufficere citra ptisanae ingestionem non possunt. Accidet enim nobis ut eos prope vigorem nutrire cogamur, quum ad tenuiorem victus speciem, etiamsi antea plenius cibati fuerint, transeundum sit.

XLII.

Funditus igitur ignorant, qui hordeacea ptisana utuntur, quod ab ea male habeant quum duobus aut tribus, aut etiam pluribus diebus antea exinanitis vasis, sorbere coeperint, neque etiamnum qui cremore utuntur, quod sorbentes laedantur, intelligunt, ubi non recte sorbitionem inchoaverint. Hoc tamen cavent et agnoscunt magnam adferre laesionem, si aeger, priusquam morbus coctus fuerit, ptisanam hordeaceam sorpserit, cremore uti assuetus. Omnia igitur haec magna testimonia

μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσιν εἰς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας· ἀλλ' ἐν ᾗσί τε νούσοισιν οὐ χρὴ κενεαγγέειν τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι, κενεαγγέουσιν· ἐν ᾗσί τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης εἰς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι.

Πυθμενόθεν μὲν ἤτοι τὸ παντελῶς, ἢ τὸ ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ δηλοῖ· φησὶ γὰρ ἀγνοεῖν τοὺς ἰατροὺς ὁπότε χρὴ πρῶτον ἤτοι πτισάνην ἢ χυλὸν διδόναι τοῖς κάμνουσιν, ἐπίστασθαί γε μὴν αὐτοὺς πρὸ τοῦ πεφθῆναι τὸ νόσημα εἰ κριθώδη πτισάνην δώσουσι βλαβήσεσθαι τὸν κάμνοντα. τὴν δὲ ἐχομένην τῆσδε τῆς ῥήσεως ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἀποφαινομένην τὰ αὐτὰ τοῖς πολλάκις εἰρημένοις ἑκὼν ὑπερβήσομαι διὰ σαφήνειαν.

μγ'.

Καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἀπάρτι, ἐνίοτε δὲ ἐν τοῖσι τοιούτοισι καιροῖσι μεταβάλλουσιν ἐς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης,

ſunt, quod medici non recte aegrotantes ad cibos adducant, ſed et in quibus morbis vaſa exinaniri non oportet et in quibus ſorbitionibu sutendum ſit, vaſa evacuant, et in quibus ex vaſorum inanitione ad ſorbitiones transeundum non ſit, in his tranſeant.

Funditus quidem aut omnino, aut ab initio ipſi indicat. Nam medicos ignorare ait quando primum vel ptiſanam vel cremorem aegrotis dare oporteat, bene tamen eos ſcire, ſi ante morbi coctionem ptiſanam hordeaceam dederint, ſe aegrum laeſuros. Sequentem autem dictionis hujus ſeriem, quae eadem de eisdem ſaepius dictis oſtendit, de induſtria ob claritatem tranſgrediar.

XLIII.

Et plerumque abſolute, interdum autem hiſce temporibus ex vaſorum inanitione ad ſorbitiones diſcedunt, quibus

ἐν οἷς πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἢν οὕτως τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος.

Τὸ ἀπάρτι καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένως εἴρηται καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει. καὶ νῦν οὖν αὐτῷ κέχρηται βουλόμενος δηλοῦν ἐν ἐκείνῳ μάλιστα τῷ καιρῷ τοὺς ἰατροὺς μεταβάλλειν τὴν δίαιταν ἐκ τῆς ἀσιτίας εἰς τὰ ῥοφήματα, ἐν ᾧ συμφέρει πλησιάζειν τῇ ἀσιτίᾳ· σαφέστατα κἀνταῦθα δηλῶν, ὁκόταν ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

μδ'.

Ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπό τε κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ θώρακος τόπου χολώδεα, ἀγρυπνίαι τε συμπί- [66] πτουσιν αὐτέοισι, δι' ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος, περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίγνονται καὶ παραφρονέουσι καὶ μαρμαρυγώδεα σφέων τὰ ὄμματα καὶ αἱ ἀκοαὶ ἤχου μεσταὶ καὶ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα καὶ οὖρα ἄπεπτα καὶ πτύσματα

ſaepe a ſorbitionibus ad vaſorum inanitionem accedere prodeſt, ſi ita morbum exacerbari contigerit.

Hoc *abſolute* et apud auctores Atticos et apud ipſum Hippocratem pro perfecte ac exquiſite dicitur. Eoque nunc ſane eſt uſus, demonſtrare volens medicos in illo maxime tempore permutare victus rationem ex abſtinentia cibi ad ſorbitiones, quo ad abſtinentiam accedere confert, atque hinc manifeſtiſſime oſtendens, quum morbi vigor adeſt, tunc tenuiſſimo victu uti neceſſarium eſſe.

XLIV.

Interdum autem et cruda tum a capite tum a thoracis regione bilioſa attrahuntur, vigiliaeque his accidunt, ob quas non coquitur morbus, pertriſtes et amarulenti evadunt, delirant, ipſorum oculi fulguriunt, aures ſonitu implentur et extrema perfrigeſcunt, urinae incoctae, ſputa tenuia fiunt, ſalſa, colore ſincero tincta et pauca,

λεπτὰ καὶ ἄλυκὰ καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι σμικρὰ καὶ ἱδρῶτες περὶ τὸν τράχηλον καὶ διαπορήματα καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, πυκνὸν ἢ μέγα λίην· ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, λειποψυχώδεα πονηρὰ καὶ τῶν ἱματίων ἀποῤῥίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος καὶ χεῖρες τρομώδεες, ἐνίοτε δὲ χεῖλος τὸ κάτω σείεται.

Ταῦτα πάντα συμβαίνειν φησὶ τοῖς κακῶς διαιτηθεῖσιν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι προταριχεύσαντες ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις τοὺς κάμνοντας ἤτοι κατὰ τὴν γ' ἢ δ' ἢ ε' ἢ τὴν στ', ἐπὶ σιτία μετέβησαν ἀθρόως, οὐδέπω τῆς ἀκμῆς τοῦ νοσήματος γεγονυίας, ὡς εἰ γέγονε, προσηκόντως αὐτοὺς ὑπηλλαχέναι φησὶ τὴν δίαιταν. ὅπερ οὖν ἔλεγεν ὅτι μεταβάλλειν μὲν δεῖ τὴν δίαιταν τῶν ὑγιαινόντων ἐν ταῖς νούσοις, οὐ μὴν ὡς ἔτυχέ γε τοῦτο ποιητέον, ἤδη νομίζω γέγονε σαφὲς ἐκ τῶν προειρημένων. οὔσης γὰρ καταστάσεως τοῦ σώματος μιᾶς μὲν τῆς ὑγιεινῆς, ἑτέρας δὲ τῆς ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος ἄχρι τῆς ἀκμῆς, εἶτ' ἄλλης ἄχρι τῆς

ſudores circa cervicem et jactationes et ſpiritus collidens in ea quae ſurſum fit latione, denſus aut magnus valde, ſupercilia gravitatem ſortiuntur, pravae animi defectiones, veſtium a pectore rejectationes, manus tremulae, interdum vero labium inferius concutitur.

Haec omnia prave cibatis a medicis oboriri profert, qui primis diebus exhauſtos aegros aut die tertio aut quarto aut quinto aut ſexto repente ad edulia, non peracto morbi vigore, permutaverunt, quaſi peracto *morbi vigore*, convenienter eos victum permutaſſe dicat. Quod igitur dicebat, permutare quidem oportet ſanorum victum in morbis, non tamen temere id agendum, jam patere ex praedictis arbitror. Quum enim unus quidem corporis ſtatus ſalubris ſit, alter qui a morbi initio ad vigorem uſque extenditur, mox et tertius qui ad perfectam uſque morbi ſolutionem ſeſe prorogat, deinde et quartus, qui

παντελοῦς λύσεως καὶ μετ' αὐτὴν τῆς ἀναλήψεως ἄχρι τῆς καθ' ἕξιν ὑγείας, ἐν ἑκάστῃ τῶν τεττάρων καταστάσεων οὐ χρὴ ποιεῖσθαι μεγάλας μεταβολὰς τῆς διαίτης, πρὶν εἰς ἕτερον εἶδος ἀφικέσθαι καταστάσεως. οἱ τοίνυν τοὺς κάμνοντας ἐν ἀρχῇ τῶν νοσημάτων ἐν ἀσιτίᾳ παντελεῖ φυλάττοντες, εἰ μὲν ἄχρι τῆς ἀκμῆς δύναιντο διαφυλάξαι τὸ τοιοῦτον τῆς διαίτης εἶδος, οὐκ ἄν τις αὐτοῖς μέμψαιτο· μὴ δυνάμενοι δὲ πρᾶξαι τοῦτο διὰ τὸ καταλύεσθαι μεταξὺ τὴν δύναμιν τῶν νοσούντων, εὔδηλον ὅτι κακῶς ἐχρῶντο ταῖς ἀσιτίαις, προταριχεύσαντες τοὺς κάμνοντας. ἐνδείκνυται δὲ ἐναργῶς διὰ τῆσδε τῆς προσηγορίας τὴν ἀκαιρίαν τῆς ἀσιτίας καταξηραίνουσαν τὸ σῶμα περαιτέρω τοῦ προσήκοντος· ὅπου γὰρ ἐν ᾧ χρὴ καιρῷ λεπτότερον διαιτᾷν, ἐγγὺς (66) οὔσης τῆς ἀκμῆς, ἐν τούτῳ προσφέρειν ἠναγκάσθησαν σιτία, πρόδηλόν ἐστι κατεξηράνθαι διὰ τῆς ἀσιτίας ἀμέτρως τοὺς κάμνοντας, ὅπερ ὠνόμασται ταριχεύεσθαι. διὰ τοῦτ' οὖν φησιν ἕπεσθαι συμπτώματα τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς διαίτης πολλὰ καὶ μοχθηρὰ, καταλέγει δὲ ἐφεξῆς αὐτὰ πάντα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ χολωδῶν ὠμῶν ποιησάμενος·

totius convalefcentiae tempus ad ufque fanitatis habitum occupat, in nullo horum quatuor ftatuum permutationes victus infignes facere oportet, nifi prius in alteram ftatus fpeciem perventum fit. Qui igitur aegros per morborum exordia in omni ciborum abftinentia fervant, fi ad vigorem ufque talem victus fpeciem fervare poffint, nemo eos culpaverit, quod fi facere nequeant ob interlabentes aegrorum vires, quod male inedia utantur exiccantes aegros palam eft omnibus. Hoc autem verbo inediae immoderationem plus jufto corpus exiccare evidenter demonftrat. Ubi enim quo tempore prope vigorem tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti funt, aegros inedia immoderate exiccatos effe, quod vocatur fame confectos, manifeftum eft. Ob id igitur huic cibandi rationi fuccedere ait fymptomata multa et prava, quae omnia continuata recenfet ferie, a biliofis crudis ducto exordio. Haec enim ita nominavit, quoniam et excrementorum coctionem ap-

ὀνόμασε γὰρ οὕτως αὐτὰ, διότι καὶ τὴν τῶν περιττωμάτων ὀνομάζει πέψιν, εἰ καὶ μὴ δυνατὸν μεταβληθέντα θρέψαι τὸ σῶμα, καθάπερ αἱ χολαὶ καὶ οἱ ἰχῶρες· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ κρατεῖ καὶ τῶν τοιούτων ἡ φύσις, εἴωθεν ὀνομάζειν πεπεμμένα μὲν τὰ κρατηθέντα τῶν τοιούτων περιττωμάτων ὑπὸ τῆς φύσεως, ἄπεπτα δὲ τὰ μὴ κρατηθέντα. διὰ τοῦτο καὶ τὸ πῦον ἐπὶ ταῖς πεπτομέναις φλεγμοναῖς γίγνεσθαί φησι, καίτοι μηδενὸς μορίου τὴν ἐκ πύου θρέψιν ἀναλαμβάνοντος ὥσπερ τὴν ἐκ τῶν ὠμῶν ὀνομαζομένων χυμῶν καὶ τοῦ φλέγματος, ἅπερ ἀναδεξάμενα τὸ λεῖπον τῆς κατεργασίας καὶ πεφθέντα τελείως τρέφειν δύναται τὸ ζῶον. οὕτως οὖν καὶ τῶν χολωδῶν πέψις χυμῶν ἐστιν, ὥσπερ καὶ τοῦ κατὰ φλεγμονὴν αἵματος εἰς πῦον μεταβάλλοντος, κατὰ τὸ γενικώτερον σημαινόμενον τῆς πέψεος ἀκουόντων ἡμῶν τῆς προσηγορίας· γενικώτερον δ' ἐστὶν, ὅταν ἡ φύσις τῶν αἰτίων ἰσχυροτέρα ᾖ καὶ μεταβάλλῃ αὐτὰ κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἰσχύν· τὰ δ' ὡς ἐν ἀψύχῳ σώματι σηπόμενα, μηδὲν συντελούσης αὐτοῖς τῆς ἐμφύτου θερ- [67] μότητος εἰς τὴν ἀλλοίωσιν, ἐκπέπτωκε τοῦ πέττεσθαι. τοῦτ' οὖν ἐνίοτε καὶ τοῖς ὑδατώδεσιν ἰχῶρσι

pellat, quanquam mutata corpus nutrire non poſſunt, ut bilis utraque et ſerum. Veruntamen quoniam et talia evincit natura, cocta quidem vocare conſuevit excrementa hujusmodi, quae a natura ipſa evicta ſunt, cruda vero, quae non ſunt evicta. Ob id et pus in phlegmonis, quae concoquuntur, fieri ait, quanquam pars nulla ex pure alimentum accipit, quemadmodum *accipit* ex crudis appellatis humoribus et pituita, quae reliquum perſectionis aſſequuta et prorſus cocta, animal nutrire poſſunt. Sic igitur bilioſorum humorum concoctio exiſtit, ut et ſanguinis phlegmones in pus migrantis, intelligentibus nobis coctionis nomen in ſuo univerſaliore ſignificato. Eſt autem univerſalius, quum natura cauſis fortior fuerit permutaveritque eas pro ſuis viribus. Quae igitur tanquam in corpore inanimato putreſcunt, nihil ad mutationem conferente ipſis innato calore, a concoctionis ratione degenerant. Hoc ſane aliquando contingit etiam aquoſis iis

συμβαίνει δι' οὔρων ἐκκενουμένοις καὶ διὰ τοῦτο καὶ οὖρα τὰ ἄπεπτα πέττεσθαί φαμεν, καίτοι μὴ δυναμένου τοῦ σώματος ἐκ τῶν πεπεμμένων οὔρων τρέφεσθαι. τῷ δὲ γενικῷ τούτῳ σημαινομένῳ τῆς πέψεως χρώμεθα, ἐπειδὰν κατάῤῥουν, ἢ κόρυζαν ἢ τοὺς ἐκ τούτων ῥέοντας ἰχῶρας ἢ τοὺς ἐν ταῖς ὀφθαλμίαις ἤτοι γε ἀπέπτους ἢ πεπεμμένους εἶναι λέγωμεν. οὕτως γοῦν καὶ χολὴν ἢ ὠμὴν ἢ ἄπεπτον ἢ πεπεμμένην εἶναί φαμεν. ἡ μὲν γὰρ ὠμὴ ξανθή τέ ἐστιν ἱκανῶς καὶ δριμεῖα καὶ δυσώδης, ἡ πεπεμμένη δὲ ὠχροτέρα τε καὶ ἥκιστα δυσώδης. ἄπεπτον οὖν χολήν φησιν εἰς γαστέρα συῤῥεῖν ἀναγκάζεσθαι, διὰ τὴν κακήν τε δίαιταν ἔκ τε τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ θώρακος ἑλκομένην· καθ' ἕτερον μὲν καιρὸν, ἐν ᾧ λιμαγχονοῦσιν, οὐδενὶ χρηστῷ παραμυθούμενοι τὴν γαστέρα, καθ' ἕτερον δὲ καιρὸν, καθ' ὃν ἀκαίρως μεταβαίνουσιν ἐκ τῆς ἀσιτίας εἰς ἰσχυρὰ σιτία πλησίον τῆς ἀκμῆς. ἐφεξῆς δὲ καὶ ἄλλα συμπτώματα καταλέγει διὰ τὴν μοχθηρὰν δίαιταν γινόμενα· πρώτας μὲν τὰς ἀγρυπνίας, ἑπομένας δηλονότι ἀσιτίαις μακραῖς καὶ τρο-

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Γ.

Ed. Chart XI. [77.] Galen. V. (71.)

α'.

[77] *Γλυκὺν δὲ οἶνον καὶ οἰνώδεα καὶ λευκὸν καὶ μέλανα καὶ μελίκρητον καὶ ὕδωρ καὶ ὀξύμελι τοῖσιδε σημαινόμενον χρὴ διορίζειν ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν.*

Οὐ μόνον ἀτάκτως, ἀλλὰ καὶ ἐλλιπῶς τὸν κατάλογον ἐποιήσατο τῶν οἴνων. ἔστι γὰρ αὐτῶν μία μὲν ἡ κατὰ τὰς

HIPPOCRATIS DE ACUTORUM MORBORUM VICTU LIBER ET GALENI COMMENTARIUS III.

I.

At vinum dulce et vinoſum et album et nigrum et aquam mulſam et aquam et acetum mulſum his notis in morbis acutis diſtinguere oportet.

Non ſolum inordinate, verum etiam non integre vinorum enumerationem fecit. Eſt enim una quidem ipſo-

χρόας διαφορὰ, ἑτέρα δὲ ἡ κατὰ τὴν γεῦσιν ποιότης καὶ τρίτη κατὰ τὴν σύστασιν καὶ τετάρτη κατὰ τὴν ὀσμὴν καὶ έ κατὰ τὴν δύναμιν. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν χρόαν εἰς λευκὸν καὶ μέλανα καὶ κιῤῥὸν καὶ ξανθὸν καὶ ἐρυθρὸν τέμνεται, οὐσῶν μὲν καὶ ἄλλων μεταξὺ διαφορῶν, ἀλλ' ὥσπερ κατὰ τὴν χρόαν, οὕτω καὶ κατὰ τὴν δύναμιν ἐπιμίκτων οὐσῶν. ἡ δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν διαφορὰ τῶν οἴνων εἰς γλυκὺν καὶ αὐστηρὸν τέμνεται, δηλονότι κἀνταῦθα τὸν ἀμφοῖν μέσον, ὃς οὐδετέραν ἔχει σαφῆ ποιότητα· καὶ πρός γε τούτοις τὸν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ποιοτήτων σύνθετον· ἔτι τε τὸν δριμὺν ὀνομαζόμενον. ἡ δὲ κατὰ τὴν σύστασιν [78] διαφορὰ τῶν οἴνων εἴς τε τὸν ὑδατώδη καὶ λεπτὸν καὶ εἰς τὸν πάνυ παχὺν τέμνεται, καὶ δηλονότι καὶ εἰς τὸν μέσον τούτων, εἶτ' αὖθις ὅσοι μεταξὺ τοῦ τε μέσου καὶ τῶν ἄκρων εἰσί. καὶ ἡ κατὰ τὴν ὀσμὴν δὲ διαφορὰ τῶν οἴνων, καθόσον οἱ μὲν εὐώδεις εἰσὶν, οἱ δὲ οὐκ εὐώδεις, ἀλλὰ πληκτικήν τινα καὶ ἀηδῆ τὴν ποιότητα κέκτηνται, τινὲς δὲ οὐδ' ὅλως ἔχουσιν ὀσμὴν, ἀλλ' εἰσὶν ὥσπερ ὕδωρ ἄοδμοι. ἡ δὲ κατὰ τὴν δύ-

rum differentia in colore, altera vero in gustu qualitas, tertia in consistentia, quarta in odore et quinta in facultate. Quae ergo in colore est, ea in album, nigrum, fulvum et flavum et rubrum dividitur, quum et aliae intermediae sint differentiae, sed ut in colore, sic in facultate permixtae. Vinorum autem ex gustu differentia, in dulce et austerum dividitur et omnino utriusque medium, quod nullam manifestam habet qualitatem, ac praeterea quod ex utraque constat qualitate, ac denique in id quod acre appellatur. Verum quae in consistentia sit vinorum differentia, in aquosum secatur et tenue et in valde crassum et omnino etiam in horum medium, atque in ea, quae medium hoc et extrema interjacent. Atque ex odore vinorum differentia, in quantum alia quidem boni odoris sunt, alia vero non boni odoris, imo ferientem quandam et insuavem sortita sunt qualitatem, alia nullum prorsus odorem habent, sed sunt aquae instar inodora. Vinorum autem in facultate differentia est, ob quam aliud

ναμιν διαφορὰ τῶν οἴνων ἐστὶ, καθόσον ὁ μὲν ἰσχυρὸς, ὁ δὲ ἀσθενὴς, ὁ δέ τις μέσος, ὁ δέ τις μεταξὺ τοῦ τε μέσου καὶ τῶν ἄκρων ἐστίν· ἰσχυρὸς μὲν ὁ θερμαίνων σφοδρῶς καὶ ταχέως τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλὴν πληρῶν, ἀσθενὴς δὲ ὁ ἐναντίος· οἱ δ' ἐν τῷ μεταξὺ δῆλοι, τῶν ἄκρων ἀφωρισμένοι. ὀνομάζεται δὲ ὁ μὲν ἰσχυρὸς οἰνώδης, ὁ δ' ἀσθενὴς ὑδατώδης· ᾧ γὰρ ὕδατος οἶνος πλεονεκτεῖ μᾶλλον, τοῦτο ὅταν ἔν τινι θεασώμεθα σφοδρότατον ὑπάρχον, εἰκότως οἰνώδη καλοῦμεν, ὥσπερ γε καὶ τοὐναντίον ὑδατώδη τῷ ὕδατι μάλιστα κατὰ πάντα ἐοικότα καὶ τῇ λεπτότητι καὶ τῇ χρόᾳ καὶ τῷ ἀόσμῳ καὶ τῷ μὴ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. αὗται μὲν οὖν αἱ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν εἰσὶν ἐν τοῖς οἴνοις διαφοραὶ, προστιθέασι δ' αὐταῖς ἔνιοι τὴν κατὰ τὸν χρόνον, ἐπειδή τινες μὲν ὑπάρχουσιν ἱκανῶς παλαιοὶ, τινὲς δὲ νέοι, τινὲς δὲ ἐν τῷ μεταξὺ τούτων. εὔδηλον δ' ὅτι τῶν ἔξωθέν εἰσι συμβεβηκότων αἱ τοιαῦται διαφοραί· καθόσον γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ δριμύτεροί τε καὶ θερμότεροι γίγνονται, μεταβάλλοντες ἅμα τούτοις καὶ χρόαν καὶ σύστασιν καὶ ὀσμὴν,

quidem robuftum, aliud vero imbecillum, aliud medium atque aliud, quod medium hoc et extrema interjacet. Robuftum vehementer celeriterque corpus calefacit caputque replet, imbecillum vero contrarium eft, quae vero medium obtinent, nota evadunt, fi ab extremis diftinguantur. Robuftum quidem vinofum appellatur, imbecillum vero aquofum. Nam in quo vinum aquam magis evincit, id quum in aliquo vehementiffimum effe videbimus, jure vinofum appellabimus, quemadmodum et contrarium aquofum, quod aquae maxime in omnibus fimile exiftat, tenuitate fcilicet et colore et odoris vacuitate et non manifefta calefactione. Hae igitur in vinis fecundum propriam naturam funt differentiae. Nonnulli his adjiciunt eam quae ex tempore defumitur differentiam, qua vetufta quaedam fint admodum, alia recentia et alia in medio horum confiftant. Sed quod hujusmodi differentiae externorum fint accidentium, palam eft. Nam quatenus tempore acriora et calidiora fiunt *vina*, atque una cum his tum colorem tum confiftentiam,

κατὰ τοσοῦτον ὁ χρόνος διαφοράν τινα ἐν τοῖς οἴνοις ἐργάζεσθαι δοκεῖ· εἰ δέ γε καὶ μηδὲν τούτων ὑπήλλαττεν, οὐδ' ἂν ἐλέγετο πρός τινων παλαιὸς ὁ οἶνος ἢ νέος· ἀλλ' οὐδὲ νῦν οὕτω λέγουσιν, ὡς τῶν ἐτῶν αὐτοῦ δεόμενοι κατὰ πρῶτον λόγον, ἀλλ' ὡς ἅμα τοῖς ἔτεσιν ἐνδεικνύμενοι τὴν δύναμιν· οὐ γὰρ διὰ τὸν χρόνον οἱ οἶνοι τὰς ὠφελείας καὶ βλάβας ἔχουσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν οἰκείων διαφορῶν τούτων ὑπαλλαγῆς. κατὰ συμβεβηκὸς οὖν τοῦ χρόνου μνημονεύομεν ἐν ταῖς τῶν οἴνων διαφοραῖς, οὐ κυρίως οὐδὲ πρώτως. καὶ αὐτῶν μέντοι τῶν οἰκείων ἐν αὐτοῖς διαφορῶν, αἱ μὲν εἰς ὠφέλειάν τε καὶ βλάβην ἀναφέρονται κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, αἱ δὲ οὐ κατὰ τὸν ἴδιον, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· γλυκύτης μὲν καὶ αὐστηρότης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, οὕτω δὲ καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ἀσθένεια καὶ λεπτότης καὶ πάχος· αἱ δὲ κατὰ τὴν χρόαν τε καὶ ὀσμὴν οὐ πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ἐπεὶ τῶν οἴνων οἱ μὲν ὑδατώδεις τέ εἰσι καὶ λευκοὶ καὶ κιῤῥοὶ καὶ μέλανες, οἱ δὲ ὑδατώδεις καὶ ἄοδμοι

tum odorem mutant, eatenus differentiam aliquam in vinis tempus facere videtur. Quod si nihil quoque horum immutetur, neque ab aliquo vinum vetus dicetur, neque recens, imo neque nunc ita dicunt, tanquam *vini* ipsius annis opus prima ratione habentes, sed tanquam simul cum annis facultatem demonstrantes. Non enim ob tempus vina vel juvant vel laedunt, sed ex propriarum differentiarum mutatione id habent. Ergo in vinorum differentiis temporis mentionem facimus per accidens et non proprie, neque primum. At et inter proprias vinorum differentias quaedam tum ad auxilium quidem tum ad noxam propria ratione referuntur, aliae vero non per se proprieque, sed per accidens. Dulcedo quidem et austeritas propria ratione, sic tum robur, tum imbecillitas, tum tenuitas, tum crassities. Sed quae differentiae tum colore tum odore *desumuntur*, non primum, sed per accidens, quoniam vinorum haec quidem et aquosa sunt et alba et fulva et nigra, alia aquosa et inodora ut aqua, vel instar

ὥσπερ ὕδωρ, ἢ εὐώδεις ὥσπερ ἄρωμα καὶ μύρον. εἴπερ οὖν τῶν οἴνων αὗταί εἰσιν αἱ διαφοραὶ καὶ κατά τε τὴν οἰκείαν δύναμιν ἀριθμούμεναι καὶ κατὰ συμβεβηκὸς, εὔδηλον ἤδη σοι περὶ τῆς ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει κατά τε τὴν τάξιν αὐτῶν καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐνδείας· ἀλλ' ἐὰν φαίνηται κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον, ἁπασῶν τῶν χρησίμων διαφορῶν μνημονεύων ὁ Ἱπποκράτης, συγχωρήσομεν αὐτοῦ τῇ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐνδείᾳ.

β'.

[79] Ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσόν ἐστι καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον· μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος. οὐκ ἐπιτήδειος οὖν οὐδὲ τοῖσι πικροχόλοισι· καὶ γὰρ οὖν διψώδης τοῖσί γε τοιουτέοισίν ἐστιν· ἀτὰρ καὶ φυσώδης ἐντέρου τοῦ ἄνω, οὐ μὴν πολέμιός γε αὐτῷ τῷ κάτω ἐντέρῳ ὡς κατὰ λόγον τῆς φύσης, καίτοι γε

aromatis unguentique bene olentia. Si igitur vinorum hae ſint differentiae, quae ſecundum propriam facultatem et per accidens numerentur, jam tibi conſtat de eo tum ordinis, tum numeri, qui in praeſenti dictione ſit, defectu. At ſi in ſequentibus omnium utilium differentiarum meminiſſe Hippocrates videatur, veniam ejus in interpretatione defectui dabimus.

II.

Dulce quidem vinoſo minus caput gravat et minus mentem ferit, magisque ſane quam alterum, inteſtinorum dejectiones movet, viſcera vero magna lienem jecurque facit, non igitur amara bile ſcatentibus idoneum. Hiſce etenim ſitiferum eſt, quin etiam ſuperiori inteſtino flatum excitat, non tamen inferiori inteſtino pro flatus ratione eſt inimicum, etſi non admodum penetrat quia

οὐ πάνυ πορίμη ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ γλυκέος οἴνου φύση, ἀλλ' ἐγχρονίζει περὶ ὑποχόνδρια.

Κατὰ τὴν γευστικὴν ποιότητα γλυκὺς οἶνος ὀνομάζεται, καθ' ἣν καὐστηρός ἐστι καὶ δριμὺς, ἵνα τὸν ὑδατώδη παραλίπωμεν, οὐκ ἐκπεπτωκότα τελείως τοῦ στύφειν, εἰ καὶ παντάπασιν ἐκλελυμένην ἔχει τὴν ποιότητα τῆς στύψεως. εἰ γὰρ ὕδατι παραβάλλοις αὐτὸν, αἰσθήσῃ σαφῶς ἐκ τῆς παραβολῆς τὴν γεῦσιν τῶν τοιούτων οἴνων γεγονέναι βραχεῖαν στύψιν εἰληφότων. ὑδατώδη δὲ καλοῦσιν οἶνον οἱ ἄνθρωποι τὸν ἐοικότα κατά τε χρόαν καὶ σύστασιν τῷ ὕδατι, διαφανής τε γὰρ ὡς ἐκεῖνο καὶ λαμπρὸς καὶ καθαρὸς καὶ τῇ συστάσει λεπτὸς φαίνεται· εὐθὺς δὲ καὶ τῇ δυνάμει παραπλήσιός ἐστιν ὁ τοιοῦτος ὕδατι, μήτε κεφαλῆς ἀσθενοῦς ἁπτόμενος μήτε νεύρων ἀσθενῶν, ὅτι μηδὲ θερμαίνει σαφῶς. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου καὶ αὖθις εἰρήσεται. ὁ δὲ γλυκὺς οἶνος ὠνόμασται μὲν οὕτως ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν ποιότητος, παμπόλλῳ δ' ὕδατος ἀφώρισται κατὰ τὴν

dulci vino eſt flatus, ſed diutius circa hypochondria moratur.

Vinum dulce ſecundum guſtandi qualitatem nominatur, qua et auſterum et acre, ut aquoſum praetermittamus, quod non omnino ab aſtringendo excidit, etiamſi penitus exolutam habeat aſtringendi qualitatem. Nam ſi ipſum aquae comparaveris, percipies manifeſte ex ea comparatione guſtum hujusmodi vinorum eorum eſſe quae modicam ſortita ſunt aſtrictionem. Aquoſum autem vinum appellant homines, quod aquae tum colore tum conſiſtentia ſimile eſt, perſpicuum ſiquidem, ut aqua, ſplendidum et purum et conſiſtentia tenue videtur. Protinus autem id et facultate aquae ſimile exiſtit, neque imbecillum caput feriens neque infirmos nervos, quod neque manifeſte calefaciat. Sed de vino hoc rurſum tractabitur. Dulce igitur vinum ſic ab ea quae in guſtu exiſtit qualitate nominatum eſt, ſed multis numeris ab aqua et co-

χροιὰν καὶ τὴν σύστασιν· οὔτε γὰρ λεπτὸν ἀκριβῶς οὔτε λευκὸν ὄψει γλυκὺν οἶνόν ποτε, ἀλλὰ μᾶλλον μὲν καὶ ἧττον ἀφεστηκότα τῶν εἰρημένων, οὐδέτερον δὲ αὐτῶν ἔχοντα. γλυκεῖς γοῦν οἶνοι διαφερόντως εἰσὶν ὁ Θηραῖος καὶ Σκυβελίτης, ἀμφότεροι παχεῖς τε καὶ μέλανες ὄντες· γλυκεῖς δὲ καὶ οἱ κατὰ τὴν Μαιονίαν γινόμενοι, ὁ Θήρινός τε καὶ Καρΰϊνος, τοσούτῳ πάχει τε καὶ μελανότητι διαφέροντες τῶν εἰρημένων, ὅσον καὶ γλυκύτητι λείπονται· καὶ μέντοι καὶ τὸ καλούμενον ἕψημα (72) καὶ σίραιον ἐκ τοῦ γλεύκους ἑψομένου γιγνόμενον, ὅσῳ γλυκύτερον ἀποτελεῖται τοῦ οἴνου, τοσούτῳ καὶ μελάντερον τῇ χρόᾳ καὶ παχύτερον τῇ συστάσει φαίνεται. δέδεικται μὲν οὖν κἀν τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἅπας ὁ γλυκὺς χυμὸς ὑπὸ θερμασίας γιγνόμενος, οὐ μὴν ἀμέτρου τε καὶ σφοδρᾶς οὔσης ὥσπερ ὁ δριμὺς ἐν τοῖς σφοδρῶς θερμαίνουσιν, ἀχώριστος γὰρ τούτων ἡ δριμύτης· ἀλλὰ κατὰ τὴν χρῆσιν ὁ γλυκὺς οἶνος φαίνεται θερμαίνων μετρίως καὶ τὸ διψῶδες αὐτῷ διά τε τὴν θερμασίαν ὑπάρχει καὶ τὸ πάχος. οὕτως γοῦν καὶ τὸ γλεῦκος εἰς ὅσον ὁμιλήσει τῷ πυρὶ πλέονι χρό-

lore et confiftentia receffit. Neque enim tenue exquifite neque album videbis aliquando vinum dulce, fed plus minus a dictis recedit, at neutrum horum habet. Dulcia autem vina maxime funt Theraeum et Scybelites et utraque craffa et nigra. Dulcia vero funt et ea quae in Maeonia gignuntur, Therinum et Caryinum, tanto dictis et craffitie et nigritie fuperiora, quanto dulcedine inferiora. Praeterea quod vocatur defrutum et fapa, ex cocto mufto conficitur, quo dulcius vino perficitur, eo et colore nigrius et confiftentia craffius apparet. Quarto autem de fimplicium medicamentorum facultatibus, dulcem omnem faporem a caliditate, quae non immoderata et vehemens fit, fieri demonftravimus, quemadmodum acrem in vehementer calefacientibus, acrimonia fiquidem horum eft infeparabilis. Verum in ufu vinum dulce mediocriter calefacere videtur fitimque facit propter tum caliditatem tum craffitiem. Ita fane et muftum quo diutius in igne ver-

νῳ, παχύτερόν τε καὶ μελάντερον καὶ γλυκύτερον γίνεται· τό γε μὴν ὑπεροπτηθὲν εἰς πικρότητα μεταβάλλει, καθάπερ καὶ τὸ μέλι, καίτοι πάντων γλυκύτατον ὂν, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο πικρότητα προσλαμβάνει κατὰ τὴν ἐπὶ πλεῖστον ἕψησιν. εἴρηται δ', ὡς ἔφην, ἐν ἑνὶ βιβλίῳ τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν [80] φαρμάκων δυνάμεως ὑπὲρ ἁπασῶν τῶν γευστῶν ποιοτήτων, καὶ νῦν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐξηγήσεσι τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων, οὐ τὰς ἀποδείξεις, ἀλλὰ τὰ συμπεράσματα αὐτῶν λέγω μόνον. θερμαίνοντος οὖν τοῦ γλυκέος οἴνου τὸ σπλάγχνον, ὄντος δ', ὡς εἴρηται, καὶ παχέος κατὰ τὴν σύστασιν, αἱ κατὰ μέρος αὐτοῦ δυνάμεις, ἃς ἐπιδείκνυται πινόμενος, ἀκολουθεῖ ταῖς δευτέραις ποιότησιν· ἡ γὰρ χρόα κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν εἰς ὄφελος ἢ βλάβην. εἰς ὅσον οὖν παχύς τ' ἐστὶ κατὰ σύστασιν ὁ τοιοῦτος οἶνος, τοσοῦτον καὶ βραδύπορος, ὥστ' οὐ μόνον οὐκ ἐκφράξει τι τῶν ἐμπεφραγμένων μορίων, ἀλλὰ καὶ προσεμφράξει· καὶ διὰ τοῦτο βλαβερώτατος ἥπατι πάσχοντι, καὶ μάλισθ', ὅταν ἤτοι φλεγμονή τις ἢ σκίῤῥος ἢ

ſatur, eo tum craſſius tum nigrius tum dulcius evadit, quanquam ſupra modum coctum amaritudinem contrahat, quo modo et mel, quanquam omnium dulciſſimum, tamen plurima coctione amarum redditur. Sed ut jam retuli, de qualitatibus omnibus guſtabilibus in uno libro quarto de ſimplicium medicamentorum facultatibus eſt tractatum, atque hoc in loco, ut in aliis librorum Hippocratis explicationibus, non demonſtrationes, ſed ipſarum concluſiones tantummodo recenſeo. Quum igitur vinum dulce viſcus calefaciat, ſitque, ut dictum eſt, conſiſtentia craſſum, particulares ipſius facultates, quas epotum demonſtrat, ſecundas qualitates conſequuntur, color ſiquidem ſua ratione nullam habet juvandi aut laedendi facultatem. Ergo vinum hujusmodi quo gradu conſiſtentia craſſus eſt, eo tarde meat, quapropter tantum abeſt, ut ex obſtructis partibus aliquid adimat, ut etiam obſtructiones adaugeat. Atque ob id hepati affecto maximum affert detrimentum, praeſertimque ubi vel phlegmone quaedam vel ſcirrhus

κατὰ τοῦτο· μετριωτέραν δ' ἐργάζεται τὴν βλάβην, ὅταν ὑπὸ παχέων χυμῶν ἐμφράττηται τὸ σπλάγχνον ἢ δι' ἀτονίαν πάσχῃ, καθάπερ ἐν τοῖς ἰδίως ἡπατικοῖς ὀνομαζομένοις πάθεσιν. ἐφεξῆς δὲ ἥπατι βλάπτεται σπλὴν ὑπὸ παχέων οἴνων, οὐ μὴν ὅ γε πνεύμων, ὅταν ἐν τοῖς βρογχίοις ἔχῃ παχὺν χυμόν. κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἧπαρ ἐξ εὐρέων ἀγγείων τῶν ἐπὶ ταῖς πύλαις εἰς στενὰ παραγίνεται πέρατα τῶν ἐν τοῖς σιμοῖς αὐτοῦ μέρεσι καὶ τῶν ἐν τοῖς κυρτοῖς, καθ' ἃ καὶ ἡ μετάληψις ἁπάντων τῶν ἀναδιδομένων εἰς ὅλον τὸ σῶμα γίγνεται· κατὰ δὲ τὸν πνεύμονα τοὐναντίον συμβαίνει. διὰ πολλῶν γὰρ φλεβῶν ἀναδοθεὶς καὶ προκατεργασθεὶς ἐν αὐταῖς, ἐμπίπτει ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν βρογχίων, προτέραις μὲν ταῖς τῶν μικροτέρων, ἐξ ἐκείνων δ' εἰς τὰ μείζονα παραλαμβάνεται, συναναφέρων ἑαυτῷ καὶ τοὺς παχεῖς χυμοὺς, ὧν οὐ μόνον θερμότερος, ἀλλὰ καὶ λεπτότερός ἐστιν· ἔμαθες δ' ὅτι ὑπὸ τῶν βηχῶν ὁ πνεύμων ἐκκαθαίρεται τοὺς παχεῖς χυμοὺς καὶ γλίσχρους· ὅσοι γὰρ ὑδατώδεις εἰσὶ καὶ ἀκριβῶς λεπτοὶ, περιῤῥέουσι τῷ κατὰ τὰς βῆχας ἐκπεμπομένῳ τῷ πνεύματι· τοῦτο γὰρ οἱονεὶ

ipſum occupaverit. Sed moderatiorem laeſionem efficit, quum a craſſis humoribus viſcus obſtruitur, aut propter imbecillitatem afficitur, uti in proprie hepaticis appellatis affectibus. Poſt hepar lien a vinis craſſis laeditur, non tamen pulmo, quum in bronchiis craſſum habet humorem. Nam in hepate ex amplis portae vaſis ad anguſta vaſorum tum gibbae, tum ſimae partis proceditur extrema, per quae eorum omnium, quae in corpus totum diſtribuuntur, transmeatio ſit, at in pulmone contrarium evenit. Nam per venas multas diſtributum confectumque in ipſis in amplam bronchiorum et priorem minorum irruit capacitatem, atque ab his ad majora excipitur, ſecum et craſſos tollens humores, quibus non calidius ſolum, verum etiam tenuius exiſtit; ſcis autem pulmonem ipſum ab humoribus craſſis lentisque per tuſſes expurgari; nam qui aquoſi ſunt et exquiſite tenues, ſpiritum qui tuſſiendo extra mittitur, circumfluunt. Is etenim tanquam manus

χείρ τίς ἐστιν ἀναφέρουσα τοὺς παχεῖς χυμοὺς ἅμ' αὐτῷ· προσήκει δὲ δηλονότι τὸ πάχος τῶν χυμῶν εἶναι τοιοῦτον, ὡς ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἄνω φέρεσθαι δύνασθαι καὶ μὴ καθάπερ πηλὸν ἐμπεπλάσθαι τοῖς βρογχίοις. διὰ τοῦτό γε καὶ τοὺς γλίσχρους χυμοὺς αἱ βῆχες οὐκ ἐκκαθαίρουσι· καὶ γὰρ μένουσι καὶ ἔνδον ἔχονται τῶν βρογχίων ἰξοῦ δίκην. ὑγρότητος οὖν συμμέτρου δεῖ τοῖς μέλλουσι φαρμάκοις εἰς τὴν ἀναγωγὴν τῶν ἐν πνεύμονι περιεχομένων παχέων χυμῶν ἐπιτηδείοις ἔσεσθαι· γλίσχρων δ' ὄντων αὐτῶν οὐχ ὑγρότητος μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥύψεώς ἐστι χρεία, γιγνομένης ὑπὸ τῶν ὀξέων χυμῶν. καὶ διὰ τοῦτο μελίκρατον μὲν ἐπιτηδειότατόν ἐστι τοῖς παχέσι χυμοῖς εἰς ἀνάπτυσιν, ὀξύμελι δὲ τοῖς γλίσχροις· ἐφεξῆς δὲ τῷ μελικράτῳ πτισάνη· καὶ μετὰ ταύτην ὁ γλυκὺς οἶνος, ἤδη πεπεμμένης τῆς περιπνευμονίας τε καὶ πλευρίτιδος πινόμενος, οὐ φλεγμαινόντων ἔτι τῶν σωμάτων· εἰ δὲ διψώδης εἴη πινόμενος ὁ τοιοῦτος οἶνος, ἧττον ἐπιτήδειος εἰς τὴν ἀνάπτυσιν γίνεται. συνελόντως δὲ φάναι, γλυκὺς οἶνος ἐν ὀξεῖ νοσήματι εἰς ἀνάπτυσιν μὲν

quaedam exiſtit, quae ſurſum craſſos humores ſecum ferat, ſed craſſitiem videlicet humorum talem eſſe oportet, ut a ſpiritu ſurſum ferri poſſit et non, ut lutum, bronchiis eſſe infarctam. Ob id ſane glutinoſos humores tuſſes non expurgant, remorantur enim ac in bronchiis viſci inſtar retinentur. Ergo quae ad eductionem eorum qui in pulmone continentur craſſorum humorum futura ſunt idonea medicamenta, moderatam humiditatem habere debent. Quod ſi hi viſcoſi *humores* fuerint, non humiditate ſolum eſt opus, verum etiam ea quae ab acidis fiat ſuccis deterſione. Ob idque aqua mulſa quidem ad craſſorum humorum expuitionem eſt convenientiſſima, oxymel vero ad viſcoſorum. Poſt melicratum ptiſana eſt, atque ab ea vinum dulce, ſi coctis jam tum peripneumonia tum pleuritide propinetur, amplius non vexatis inflammatione corporibus. Quod ſi vinum hujusmodi epotum ſitim faciat, ad expuitionem minus idoneum redditur. Verum ut ſummatim abſolvam, vinum dulce in acuto morbo ad ex-

ἐπιτήδειός ἐστι, κατά γε τὰς εἰρημένας ἐνεργείας αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων οἴνων λόγον ἐκ τοῦ ῥωννύναι τὴν δύναμιν· μάλιστα δὲ τοῖς ἀναπτύουσι τῶν ἐν τῷ θώρακι καὶ πνεύμονι περιεχομένων ὑγρῶν ὁτιοῦν, (ἔμαθες γὰρ αὐτὰ ποικίλα ταῖς συστάσεσι καὶ ταῖς ποιότησι καὶ ταῖς δυνάμεσιν ὄντα κατὰ τὸ προγνωστικὸν βιβλίον, ἔνθα τὰς τῶν πτυσμάτων ἐδήλου διαφορὰς) ἄλλο δ' οὐδὲν ἀγαθὸν ὁ τοιοῦτος οἶνος ἔχει πυρέττουσι [81] διδόμενος, ἀλλ' ἧττον μὲν τοῦ σφοδρῶς θερμαίνοντος οἰνώδους βλάπτειν δυνήσεται, χρηστὸν δ' οὐδὲν ἄλλο παρὰ τὰ προειρημένα, ὅτι μὴ συλλαμβάνει τι βραχὺ τῇ διεξόδῳ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα. διὰ τοῦτο οὖν ὁ Ἱπποκράτης, ἀφ' ὧν ἧττον βλάπτει τὴν ἀρχὴν τῆς διδασκαλίας ποιησάμενος, ὄντων πολλῶν, ἐπὶ τὰς ἰδίας ὠφελείας αὐτῶν μετέβη κατὰ τὴν τοῦ λόγου τελευτὴν, ὀλίγας οὔσας. ἐπέλθωμεν οὖν ἃ λέγει, ταῖς λέξεσιν ἀκολουθήσαντες αὐτοῦ· ἧττον αὐτὸν ἅπτεσθαι φρενῶν φησιν ἢ οἱ ἰσχυροὶ τῶν οἴνων, τουτέστιν ἧττον ἐργάζεσθαι παραφροσύνας. οἱ γὰρ ἰσχυροὶ σφοδρῶς θερμαίνοντες ἐμπιπλᾶσι

puitionem, tum propter dictas ipſius actiones, tum propter communem vinorum omnium rationem, qua vires roborant, idoneum exiſtit, maxime vero iis qui quaecunque humida tum in thorace, tum in pulmone continentur, expuunt (didiciſti enim *humida* illa varia tum ſubſtantiis, tum qualitatibus, tum facultatibus eſſe, in prognoſtico libro, ubi ſputorum expoſuit differentias). Nullum ſane bonum aliud vinum hujusmodi habet febrientibus propinatum, minus tamen vinoſo, quod vehementer calefacit, laedere poterit. Commodum praeterea aliud nihil *habet* praeter antedicta, niſi quod alvinarum dejectionum permeationem modice juvet. Ob id igitur Hippocrates, ubi a minus laedentibus, quae multa ſunt, doctrinae exordium fecit, ad juvamenta ipſorum, quae pauca ſunt, circa finem ſermonis tranſit. Percurramus igitur quae recenſet, dictiones ipſius perſequendo. Vinum dulce minus quam robuſta mentem ferire ait, hoc eſt minus deliria efficere. Robuſta ſiquidem vehementer calefacientia

τὴν κεφαλὴν καὶ χυμῶν καὶ ἀτμῶν καὶ θερμασίας. εἰς ὅσον οὖν ἀπολείπονται σφοδρᾶς θερμότητος οἱ γλυκεῖς, εἰς τοσοῦτον ἧττόν τε καὶ καρηβαρίαν ἐργάζονται καὶ βλάβην τῆς φρονήσεως. διαχωρητικωτέρους δὲ αὐτοὺς εἶναί φησι τῶν ἄλλων καὶ μεγαλοσπλάγχνους, τουτέστιν αὔξάνοντας τῶν σπλάγχνων τοὺς ὄγκους. εἴρηταί μοι περὶ τούτων ὀλίγον ἔμπροσθεν. οὐκ ἐπιτήδειόν γε μὴν τὸν γλυκὺν οἶνον οὐδὲ τοῖς πικροχόλοις εἶναί φησι, τουτέστι τοῖς τὴν πικρὰν χολὴν ἀθροίζουσιν, εἴθισται γὰρ τοῖς ἰατροῖς χολὴν μὲν ἁπλῶς ὀνομάζειν τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν, τὴν μέλαιναν δὲ χολὴν, ὅλον τοῦτο λέγειν, οὐχ ἁπλῶς χολήν· ἀλλ᾽ αὕτη μὲν ὀξεῖα, πικρὰ δ᾽ ἡ ξανθὴ, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς πικροχόλους Ἱπποκράτης ὀνομάζει τοὺς πλεονάζουσαν ἔχοντας τὴν τοιαύτην χολήν. ἐπιμιγνυμένη μὲν οὖν ὑδατώδεσιν ἰχῶρσιν ὑγροτάτη τε καὶ ὠχρὰ φαίνεται· μόνη δ᾽ οὖσα, παχεῖα καὶ ξανθή. θερμαὶ δὲ καὶ ξηραὶ κράσεις εἰσὶν αἱ γεννῶσαι τὴν τοιαύτην χολὴν, ἐπιτήδειοί γε μὴν εἰς γένεσιν αὐτῆς εἰσι πάντες οἱ γλυκεῖς χυμοί· διὰ τοῦτο καὶ τὸ μέλι πάντων

caput humoribus, vaporibus et calore replent. Igitur dulcia quo magis a vehementi calore absunt, eo minus cum caput gravant, tum mentem laedunt. Sed magis quam alia dejectiones movere ait et viscera magna facere, hoc est viscerum tumores augere. Sed de his a me paulo ante dictum est. Praeterea dulce vinum non idoneum esse ait picrocholis, hoc est amaram bilem accumulantibus. Nam medici bilem simpliciter pallidam et flavam dicere consueverunt, atram vero bilem hoc toto appellare et non bilem simpliciter, sed haec quidem acida est, amara autem quae flava. Propterea picrocholos appellat Hippocrates, qui redundantem habent hujusmodi bilem. Permixta autem aquosis ichoribus et liquidissima et pallida videtur, sola vero quum existit et crassa et flava est. Quae autem hujusmodi bilem procreant, sunt calida et sicca temperamenta, ad cujus generationem idonei sunt et dulces omnes humores. Proindeque omnium horum

αὐτῶν ἐκχολοῦται μάλιστα, διότι γλυκύτατον· εἶθ' ἑξῆς οἱ γλυκεῖς οἶνοι. οὐ μόνον δ' ὅτι ἡ πολλὴ θερμασία τοὺς τοιούτους χυμοὺς ἐργάζεται πικροὺς, ἀνεπιτήδειός ἐστιν ὁ γλυκὺς οἶνος τοῖς πυρέττουσι, καὶ μάλισθ' ὅταν ὦσι θερμοὶ καὶ ξηροὶ τὴν κρᾶσιν, ἀλλὰ καὶ διότι παχεῖς ὄντες οὔτ' ἐπ' οὖρα διεξέρχονται ταχέως οὔτε διαπνέονται ταχέως, ὥστ' οὐ συνάγουσιν ἑαυτοῖς οὐδὲ συνεκκενοῦσι τοὺς χολώδεις χυμούς. ἓν οὖν αὐτοῖς τούτοις μόνοις ἀγαθὸν ὑπάρχει τὸ τὴν γαστέρα λαπάττειν· ὥστ' ἄν γε μὴ ποιήσωσι τοῦτο, παντοίως βλάπτουσι. πρὸς γὰρ τούτοις καὶ διψώδεις εἰσὶν, αὐτὸ τοῦτο δηλοῦντες, ὡς ἐκχολοῦνται ῥᾳδίως· λέγει δὲ τὸν τοιοῦτον εἶναι (73) καὶ φυσώδη· θερμαινόμενοι γὰρ οἱ παχεῖς χυμοὶ πνεῦμα γεννῶσιν ἑαυτοῖς ὅμοιον ἀτμῶδές τε καὶ παχύ· τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ τὰς πνευματώσεις ἐργαζόμενον, ὡς ἔκ γε τῶν λεπτῶν οἴνων οὔτε γεννᾶται πνεῦμα, κἂν γεννηθῇ δέ ποτε, λεπτομερές τε καὶ ἀερῶδες, οὐχ ὁμιχλῶδές τε καὶ ἀτμῶδες. τῶν δὲ κάτω ἐντέρων τὸν γλυκὺν οἶνον οὔ φησιν εἶναι βλαβερὸν, καίτοι

maxime mel bilefcit, quod dulciffimum fit, deinde et dulcia vina. Non folum autem, quod calor multus tales humores amaros reddat, propterea dulce vinum febrientibus, praefertim ubi calidi et ficci temperamento fuerint, idoneum non eft, verum etiam quod quum craffa fint *hujusmodi vina*, neque per urinas celeriter defcendant, neque cito transpirent; quo fit ut biliofos humores neque fecum agant neque excernant. Solis ergo his unum ineft bonum, quod ventrem emolliant, quod fi id non fecerint, omnino nocent. Praeterea enim et fiticulofa funt, hanc rem, quod facile bilefcant, commonftrantia. Dicit autem *vinum* hujusmodi effe quoque flatulentum. Nam incalefcentes craffi humores fpiritum fibi fimilem generant, tum vapidum, tum craffum, tale autem inflationes parit. Quapropter ex tenuibus vinis non procreatur flatus, atque fi interdum quispiam generetur, tenuium eft partium et aereus, non nebulofus vapidusque. At dulce vinum inferioribus inteftinis non effe inimicum ait, quanquam tarde

βραδυπόρου οὔσης τῆς ἀπ' αὐτοῦ φύσης καὶ χρονιζούσης περὶ ὑποχόνδριον. αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτ' ἔστι, δι' ὃ μὴ μεγάλως ἐνοχλεῖ τὰ κάτω τῶν ἐντέρων, ὅτι χρονίζει περὶ τὸ ὑποχόνδριον, ἄχρις ἂν ἐκπεφθῇ τε καὶ λεπτυνθῇ τελέως· εἰ δ' ἅπαξ πεφθείη, ποριμωτέραν τε καὶ λεπτομερεστέραν ἴσχει καὶ τὴν φύσιν, ὥστε καθ' ὃν λόγον ἐκ τῶν ἄνω μορίων ἀπώσθη κάτω, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐκτὸς ὑπὸ τούτων ἐκπέμπεται.

γ'.

[82] *Καὶ γὰρ οὖν ἧσσον οὗτος διουρητικὸς γίγνεται ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ.*

Τίνα κέκληκεν οἰνώδεα λευκὸν ἐπισκεψώμεθα. λέλεκται γὰρ ἔμπροσθεν οἰνώδης οἶνος εἶναί τε καὶ λέγεσθαι προσηκόντως ὁ τοῖς ὑδατώδεσιν ἀντικείμενος· ἰσχυρῶς οὖν αὐτὸν δεῖ θερμαίνειν καὶ κεφαλὴν πληροῦν καὶ παραφροσύνας ἐργάζεσθαι καὶ τὴν πυρετώδη θερμασίαν αὔξάνειν· ἀλλ' ὁ

meet qui ab ipſo eſt flatus moreturque circa hypochondrium. Ea autem occaſio eſt, ob quam non admodum turbet inferiora inteſtina, quod circa hypochondrium moretur, donec perfecte coctum et tenuatum fuerit. Quod ſi ſemel coctum fuerit, commeabiliorem tenuiorumque partium habebit naturam. Qua igitur ratione a ſupernis ad infernas expellitur partes, eadem ab infernis extra mittitur.

III.

Etenim ſane hoc minus quam vinoſum album urinas omnino movet.

Quodnam vocavit vinoſum album conſideremus. Nam antea vinoſum vinum tum eſſe tum appellari diximus, quod jure aquoſo opponitur. Vehementer igitur ipſum et calefacere et caput replere et deliria procreare et calorem febrilem augere operae pretium eſt. Sed vinum hujus-

τοιοῦτος οἶνος οὐκ ἔστι λευκὸς, οὔτε νέος ὢν οὔτε παλαιωθεὶς, ὅτι μηδὲ ἄλλος τις τῶν παλαιουμένων οἴνων διαμένει λευκὸς, κἂν ὅτι μάλιστα κατ᾽ ἀρχὰς ὑπάρξῃ τοιοῦτος, ἀλλ᾽ ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἑαυτοῦ κιῤῥότερος γίγνεται, τελευταῖον δὲ καὶ ξανθός. ἔοικεν οὖν ὁ Ἱπποκράτης εἰρηκέναι λευκὸν οἰνώδη τὸν αὐστηρὸν, ὃς οὐδ᾽ αὐτός ἐστιν οὐρητικὸς, ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν παχὺς ᾖ ὁ τοιοῦτος, χρονίζει περὶ ὑποχόνδριον, ἐὰν δὲ μὴ παχὺς, οὐδὲ χρονίζει μέχρι πολλοῦ, καθάπερ ὁ μέλας, οὔθ᾽ ὁμοίως ἐπ᾽ οὖρα διεξέρχεται τοῖς λευκοῖς τε ἅμα καὶ μετρίως αὐστηροῖς· οὐρητικοὶ γὰρ οὗτοι διότι πεφεύγασιν ἀμφοτέρας τὰς ἰδέας τοῦ βραδέως ἐπ᾽ οὖρα διεξέρχεσθαι, τήν τε τοῦ ὑδατώδους, ἣν διὰ ψυχρότητα πέπονθε, καὶ τὴν τοῦ μέλανος οἴνου διὰ τὸ πάχος. ὁ γὰρ λευκὸς οἶνος καὶ αὐστηρὸς ἥκιστα θερμὸς ὡς ἐν οἴνοις ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτο τοῖς κατὰ γαστέρα ῥεύμασιν ἐπιτήδειος, οὐ μὴν οὐρητικός γε ἱκανῶς ὁ τοιοῦτός ἐστιν· ἴσως οὖν τούτῳ παραβάλλων τὸν μέλανά φησιν ἧττον οὐρητικὸν ὑπάρχειν.

---

modi album non eſt, neque quum novum exiſtit, neque cum vetus, quod ne quidem aliud quoddam vetuſtorum vinorum album permaneat, etiamſi quam maxime per initia tale fuerit, imo ſemper fulvius redditur, ac tandem flavum. Viſus eſt ergo Hippocrates dixiſſe vinoſum album, auſterum, quod neque urinas movet, ſed ſi tale craſſum fuerit, circa hypochondrium moratur, ſi vero non craſſum, neque multum moratur, ut nigrum, neque albis ſimul et mediocriter auſteris ſimiliter ad urinas deſcendit. Haec enim *vina* urinas cient, quod utramque tarde per urinas deſcendendi effugerunt proprietatem, tum eam quae aquoſi vini eſt, quam ob frigiditatem ſortitum eſt, tum eam quam vinum nigrum propter craſſitiem habet. Vinum enim album auſterum minime calidum inter vina exiſtit, atque ob id ventris fluxionibus idoneum. Non tamen abunde ciet urinas hoc vinum. At fortaſſis *vino* huic nigrum comparans, minus ciere urinas ipſum ait.

δ'.

Πτυέλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐστι τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς.

Ἑτέρου ποίου λέγει; πότερον τοῦ προκειμένου, πρὸς ὃν παραβάλλων τὸν γλυκὺν ἔφη· καὶ γὰρ οὖν ἧσσον οὗτος οὐρητικός ἐστι τὸ ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ; ἢ οὐ τούτου μόνου, ἀλλ' ἁπλῶς παντὸς τοῦ μὴ γλυκέος; ὄντος δ' ἀσαφοῦς ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει τῇδε καὶ μᾶλλον ὄντος πιθανοῦ περὶ τοῦ οἰνώδους λευκοῦ τὸν λόγον αὐτῷ νῦν γίγνεσθαι, πάλιν ἑτέρα τις ἀσάφεια προσέρχεται, διὰ τὸ μὴ πάνυ τι σαφὲς εἶναι, τίς ἐστιν οἰνώδης λευκὸς, ἆρά γε ὁ θερμαίνων σφοδρῶς ἢ ὁ λίαν στύφων, ὃν καὶ στρυφνὸν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, τὸν δὲ μετριώτερον αὐστηρόν. ὁπωσοῦν ἔχει τὰ κατὰ τὴν λέξιν, ἐγὼ τοῦ προκειμένου γράμματος ἐρῶ τὴν ἀλήθειαν. ἀναγωγὸς τοῦ πτυέλου μάλιστα πάντων οἴνων ἐστὶν ὁ γλυκὺς, ὅταν σφόδρα μὴ παχὺς ᾖ, καθάπερ γε κἀπειδὰν [83] μὴ πολὺ ᾖ πρὸς τὸν κιῤῥὸν ἀποκεχωρηκὼς, ὡς ἐκλελύσθαι τὸ πάχος αὐτοῦ καὶ τὴν γλυκύτητα.

IV.

Sputum vero altero potentius educit, quod dulce est.

Quod alterum dicit? utrumne praeſens, ad quod comparans dulce, dixit, urinas ſiquidem hoc minus quam vinoſum album, omnino movet? an non hoc ſolum, ſed ſimpliciter id omne quod dulce non eſt? Quum autem *Hippocrates*, quantum ad dictionem hanc attinet, obſcurus ſit, credibiliusque ſit ipſum nunc de vinoſo albo ſermonem intelligere, rurſum et alia oboritur obſcuritas, quod non valde manifeſtum ſit, quid ſit vinoſum album, utrum quod vehementer calefacit, an quod valde aſtringit, quod ſtruphnum, i. e. acerbum, Graeci appellitant, quod autem moderatius, auſterum. Quo igitur pacto habeat quod in dictione eſt, ego propoſiti textus veritatem exponam. Sputum maxime omnium vinorum dulce educit, ubi non admodum craſſum fuerit, ut et quoties non uſque adeo ad fulvum ſeceſſerit, ut exoluta in eo ſint tum

μοχθηρὸς δὲ ὁ κιῤῥὸς οἶνός ἐστιν εἰς ὠφέλειαν τοῦ πυρετοῦ, θερμὸς ἱκανῶς ὑπάρχων. ὁ δὲ μετὰ τὸν οὐκ ἐσχάτως παχὺν οἶνον γλυκὺν, ἐπιτήδειος εἰς τὴν τῶν ἐκ πνεύμονος ἀναγωγὴν ὁ ὑδατώδης οἶνός ἐστι, τήν τε δύναμιν ῥωννὺς καὶ τοὺς χυμοὺς ὑγραίνων τε καὶ τέγγων μετρίως· ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῖς πυρέττουσιν ἀκινδυνότερον δίδοται τῶν ἄλλων οἴνων ἁπάντων.

ε'.

Καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, ἧττον ἂν τούτοισιν ἀνάγοι ἢ ὁ ἕτερος οἶνος· οἷσι δὲ μὴ διψώδης, μᾶλλον ἀνάγοι ἂν τοῦ ἑτέρου.

Ἕτερον οἶνον εἶπε νῦν τὸν μὴ διψώδη πάντῃ. διὰ τί δ' ὁ διψώδης οἶνος ἧσσον ἀνάγει τὰ πτύσματα ῥᾳδίως εὑρήσεις τῶν προειρημένων μνημονεύων. ἡ γάρ τοι δίψα παραμένει τισὶ τοῖς τὸν γλυκὺν οἶνον πίνουσι, διὰ τὸ τὴν πυρώδη θερμασίαν ἐν αὐτοῖς εἶναι κακοηθεστέραν· οὖσα δὲ

ejus craſſities tum dulcedo. Pravum autem febri auxilium eſt vinum fulvum, quod vehementer calidum ſit. Verum poſt vinum dulce non ſumme craſſum, ad eorum quae in pulmone ſunt, eductionem idoneum eſt aquoſum vinum, vires roborans et humores tum humectans tum incidens mediocriter. Id autem et caeteris vinis omnibus ſecurius febrientibus exhibetur.

V.

Et quibus epotum quidem ſitim facit, his minus quam alterum vinum educit, quibus vero ſiticuloſum non eſt, his magis quam alterum educit.

Vinum alterum nunc dixit quod omnino ſiticuloſum non eſt. Quare autem vinum ſiticuloſum minus ſputa educat, facile, ſi praedictorum memineris, comperies. Sitis enim his perſeverat qui dulce vinum bibunt, quod febrilis calor in ipſis malignior exiſtat. Qui ſi talis fu-

τοιαύτη, ξηραίνουσα τὸ πτύελον ἐργάζεται παχύτερόν τε καὶ γλισχρότερον· ὅτι δὲ τὸ τοιοῦτον δυσανάγωγόν ἐστιν οὐδὲ λόγου δεῖται.

στ΄.

Ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος ἐπήνηται μὲν καὶ ἔψεκται τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα ἤδη ἐν τῇ τοῦ γλυκέος οἴνου διηγήσει· ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου καὶ διουρητικὸς δὲ ὢν καὶ καταῤῥηκτικὸς ἀεὶ, πολλὰ προσωφελέοι ἂν ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι· καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τοῦ ἑτέρου πέφυκεν, ἀλλ᾽ ὅμως ἡ κατὰ τὴν κύστιν κάθαρσις ὑπ᾽ αὐτοῦ γιγνομένη ῥύεται, ἢν προτρέπηται ὁκοῖον δεῖ. καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήριά ἐστι τῆς περὶ οἴνου ὠφελείης καὶ βλάβης, ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσιν ἐμεῦ γεραιτέροισιν.

Εἴρηταί μοι περὶ τοῦδε τοῦ οἴνου κατὰ τὸν περὶ τοῦ γλυκέος οἴνου λόγον, ἐπειδὴ παρέβαλέ τε καὶ ἀντεξήτασε τὰς

erit, sputum siccat crassiusque et viscosius reddit. Quod autem *sputum* hujusmodi difficulter educatur, verbis non est opus.

VI.

At vero vinum album vinosum jam plurimum ac maxima ex parte laudatum quidem et vituperatum est in vini dulcis enarratione. Ad vesicam autem altero magis penetrat et quum urinas provocet ac semper perrumpat, multum his morbis contulerit. Nam etsi ad alia altero minus est idoneum, quae tamen in vesica ab eo fit purgatio, liberat, si quale oportet impellatur. Bonae hae conjecturae sunt de vini utilitate ac noxa, quas me seniores non didicerunt.

De hoc vino in dulcis vini oratione a me dictum est, quum ipsorum facultates comparavit perquisivitque.

δυνάμεις αὐτῶν. εἶπον οὖν ὅτι ζήτημά ἐστιν οὐ σμικρὸν, εἴτε λευκὸν ἅμα καὶ αὐστηρὸν οἶνον οἰνώδη λευκὸν εἴρηκεν, εἴτε τὸν θερμαίνοντα σφοδρῶς ὡς ἐν λευκοῖς οἴνοις· ἰσχυρῶς μὲν γὰρ θερμαίνειν οὐδεὶς δύναται τῶν λευκῶν οἴνων. ὁ μὲν γὰρ ἄκρως θερμὸς οἶνος εὐθὺς καὶ ξανθός ἐστιν, ὥσπερ γε καὶ ὁ ἐφεξῆς αὐτοῦ κιῤῥὸς, εἶτ' ἐπ' αὐτοῖς ὁ ἐρυθρὸς, εἶθ' ὁ γλυκύς· ὁ δὲ λευκὸς ἧττον μὲν ἁπάντων τούτων θερμαίνει, διαφορὰς δ' ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος ἔχει, καθὰ καὶ τἄλλα πάντα διαστήματα κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. ὁ δὴ τοιοῦτος οἶνος ὅτι ποριμώτερός ἐστιν ἐπὶ κύστιν τοῦ γλυκέος εἴρηται πρόσθεν· ἀνεπιτηδειότερον δ' αὐτὸν εἰς ἄλλα τοῦ γλυκέος φησὶν εἶναι, ταῦτα δ' ἐστὶν ὑπαγωγή τε γαστρὸς καὶ πτυσμάτων [84] ἀναγωγή. καλὰ δ' ἔφη ταῦτα τεκμήρια εἶναι, τουτέστι γνωρίσματα, τῆς τῶν οἴνων δυνάμεως.

ζ'.

Κιῤῥῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι τῇσι νού-

Dixi ergo non parvam esse quaestionem, si album simul et austerum vinum album vinosum dixerit vel quod vehementer inter vina alba calefaciat, quod ex vinis albis nullum vehementer calefacere possit. Quod enim vinum summe calidum est, id statim et flavum existit, quemadmodum et quod ab ipso est, fulvum, mox ab his rubrum, ac deinde dulce. Album autem minus quidem his omnibus calefacit, sed differentias particulares aliaque omnino pro pluris minorisque ratione habet intervalla. Quod autem vinum hujusmodi dulci facilius ad vesicam penetret, dictum antea; sed ad alia dulci ineptius esse ait. Haec autem sunt ventris subductio et eductio sputorum. Has autem bonas ait conjecturas esse, id est notas, facultatis vinorum.

VII.

Fulvo autem vino et nigro austero in his morbis ad haec

σοισιν ἐς τάδε ἂν χρήσαιο· εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μηδὲ φρενῶν ἄψις μηδὲ τὸ πτύελον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου, μηδὲ (74) τὸ οὖρον ἴσχοιτο, τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα καὶ ξυσματωδέστερα εἴη· ἐν δὴ τοῖσι τοιουτέοισι πρέποι ἂν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ λευκοῦ καὶ ὁκόσα τουτέοισιν ἐμφερέα.

Ὁ μὲν γλυκὺς οἶνος εὐθὺς καὶ μέλας ἐστὶν, οὐ μὴν ὅ γε μέλας εὐθέως ἅπας καὶ γλυκὺς, ἀλλ' αὐστηροί τινες ἐξ αὐτῶν ὑπάρχουσιν, οἷοι παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ πλησίον Περγάμου καὶ κατὰ Περπερίναν τε καὶ Αἰγάς. ὁ δὲ κατὰ τὴν Κιλικίαν Ἀναβάτης αὐστηρός τε ἅμα καὶ γλυκύς ἐστιν, ἐξ ἐναντίων ποιοτήτων συγκείμενος· διὸ καὶ μοχθηρὸς ὑπάρχει, μήτ' ἀναδιδόμενος μήθ' ὑπερχόμενος, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τε παραμένων τῇ ἄνω γαστρὶ καὶ πνευματῶν αὐτήν. ὅ γε μὴν ἄνευ τοῦ γλυκὺς εἶναι μέλας οἶνος αὐστηρὸς εἰς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα χρήσιμος, ὅταν ἤτοι πλείω τοῦ προσήκοντος ὑπέρχηται κατ' αὐτὴν, ἢ ξυσματώδη· τηνικαῦτα γὰρ ἐπιτήδειός ἐστιν, ὥσπερ γε καὶ ὁ λευκὸς οἶνος ὁ αὐστηρὸς, ὅσα

uteris, ſi capitis gravitas non affuerit, neque mentis perculſio, neque ſputum ab aſcenſu prohibeatur, neque urina ſupprimatur, ſed dejectiones humentiores et ramentoſiores fuerint. In his ſane ex albo mutationem facere decuerit et quaecunque his ſimilia exiſtunt.

Dulce quidem vinum ſtatim et nigrum exiſtit, non tamen nigrum omne quamprimum et dulce. Imo ex his quaedam auſtera ſunt, qualia apud nos in Aſia prope Pergamum et in Perperine et Aegis. Quod autem in Cilicia eſt Anabates et auſterum ſimul et dulce exiſtit, qualitatibus conſtans contrariis, idcirco et pravum eſt, neque diſtribuitur neque deſcendit, ſed diutius in ventre ſuperiore permanet, atque ipſum inſlat. At quod citra dulcedinem nigrum auſterum eſt, id ventri utile exiſtit, quando vel plura juſto per ipſum ſubeunt vel ramentoſa, tunc enim idoneum eſt, ſicuti et vinum album auſterum et quaecunque

τ' ἄλλα φάρμακα στύφοντα. πρὸς δὴ ταῦτά φησι καὶ τὸν κιῤῥὸν οἶνον ἁρμόττειν, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα λέγων τὸν κιῤῥὸν, ἀλλὰ τὸν αὐστηρὸν κιῤῥόν· ἐπ' ἀμφοτέρων γὰρ ἀκούειν γε χρὴ τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως εἰρημένον οὕτως· κιῤῥῷ δ' ἂν οἴνῳ καὶ μέλανι τοῖς αὐστηροῖς ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν εἰς τάδε ἂν χρήσαιο. διττὸς γὰρ ὁ κιῤῥὸς, ὥσπερ καὶ ὁ μέλας, ὁ μὲν γλυκὺς, ὁ δὲ αὐστηρός· ὄντος καὶ τρίτου παρ' ἑκατέρῳ, ἐξ ἐπιμιξίας ἀμφοτέρων τῶν ποιοτήτων. ἀλλ' ὅ γε μίαν ἔχων ποιότητα διττὸς μὲν ἑκατέρᾳ χρόᾳ, κεφαλῆς δὲ καὶ γνώμης ὁ κιῤῥὸς μᾶλλον ἅπτεται, διότι καὶ θερμότερός ἐστι τοῦ μέλανος· τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ καὶ τοὺς πυρετοὺς αὐξάνει, τούτοις γὰρ ἐπιτήδειοι μόνοι τῶν οἴνων εἰσὶν οἱ ὑδατώδεις. εἰκότως οὖν ἐκώλυσε χρῆσθαι τοῖς αὐστηροῖς οἴνοις, εἴτε κιῤῥοὶ τὴν χρόαν εἴτε μέλανές εἰσιν, ἐν δὲ ταῖς καρηβαρίαις καὶ ταῖς βλάβαις τῶν φρενῶν, τουτέστιν ὅπου ὁ πυρετὸς αὐτῶν ἥψατο· καὶ προσέτι γε κἀκεῖνα τῶν κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονα νοσημάτων, ἐν οἷς ἴσχεται τὸ πτύελον, ἀνεπιτηδείους τοὺς τοιούτους οἴνους εἶ-

alia medicamenta aftringentia. His autem et fulvum vinum congruere ait, non omne fimpliciter fulvum affirmans, fed fulvum aufterum. Nam de utrisque te intelligere oportet, quod in principio dictionis exiftit, qua ita dicitur: *fulvo autem vino et nigro aufteris in his morbis ad haec uteris.* Duplex enim fulvum, ut et nigrum: aliud quidem dulce, aliud vero aufterum. Atque quum tertium praeter utrumque exiftat, ex utriusque qualitatis permixtione conftans, attamen quod una eft praeditum qualitate, id colore utroque duplex exiftit. Caput autem et mentem fulvum magis ferit, quod et calidius nigro exiftat. Febres quoque ratione eadem auget, his enim idonea fola vina funt quae aquofa funt. Merito igitur vinis aufteris utendum prohibuit, five ea colore fulva, five nigra fuerint, in capitis gravitatibus et mentis laefione, ubi nimirum febris ipfam percufferit, atque amplius in thoracis pulmonisque morbis, in quibus fputum retinetur, vina hujusmodi non idonea effe ait, atque

καί φησι καὶ τῶν οὔρων ἐπεχομένων, διὰ τὸ πάχος δηλονότι καὶ τὴν στύψιν.

η'.

Προξυνιέναι δὲ δεῖ ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα καὶ τὰ κατὰ τὴν κύστιν ἧσσον βλάψει, ἢν ὑδαρέστερος ᾖ· τὰ δὲ κατ' ἔντερον καὶ μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρητέστερος ᾖ.

[85] Ὁ ἀκρατέστερος οἶνος, ὡς εἴρηκε, τοῖς κατ' ἔντερον μᾶλλον ἐπιτήδειός ἐστιν· εἰκότως οὖν ὀνίνησιν αὐτὰ τῷ λόγῳ τῆς στύψεως, δι' ἣν καὶ τὸ βοηθεῖν ὅλως εἶχεν· ἀλλὰ ταύτην γε τὴν στύψιν ἐκλύει κεραννύμενος ὑδαρὴς καὶ διὰ τοῦτο ἧττον ὀνίνησιν αὐτά. καθάπερ δὲ ταῦτα μᾶλλον ὀνίνησιν τῷ λόγῳ τῆς στύψεως, ὅταν ἀκρατέστερος ᾖ, οὕτω τὰ κατὰ θώρακα καὶ κεφαλὴν μᾶλλον βλάπτει· ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ ἐδήλωσεν εἰπὼν, τὰ μὲν ἄνω βλάπτει πάντα. βλάπτει δὲ καὶ τὰ δεόμενα δι' οὔρων ἐκκαθαίρεσθαι τὰ σώματα· πασῶν γὰρ τῶν ἐκκρίσεων ἐφεκτικός ἐστιν ὁ αὐστηρὸς

quum vrinae ſupprimuntur, propter craſſitiem videlicet et aſtrictionem.

VIII.

At inſuper noſſe oportet, ſi dilutius vinum fuerit, ſuperiores quidem partes et quae circa veſicam ſunt, minus laedere; ſi vero meracius, iis quae circa inteſtina ſunt, magis prodeſſe.

Vinum meracius, ut dixit, inteſtinis magis convenit. Merito igitur ipſa juvat aſtrictionis ratione, ob quam omnino juvandi facultatem habet. Verum hancce aſtrictionem exolvit, aqua temperatum, atque eam ob rem ipſa minus juvat. Quo autem modo haec juvat magis aſtrictionis ratione quum meracius fuerit, ſic thoracem caputque magis laedit; haec autem ſunt, quae manifeſtavit inquiens: *ſuperiores quidem omnes partes laedit.* Laedit quoque et corpora, quae per urinas expurgari debent. Nam auſterum vinum excretiones omnes cohibet.

οἶνος. ταῦτα περὶ οἴνων ὁ Ἱπποκράτης εἰπὼν εὐθὺς ἐπὶ μελίκρατον μεταβαίνει, τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν ἅπαντα τὰ περὶ τῶν οἴνων δείξας, ἓν δὲ παραλιπὼν ἀνεξέργαστον, ὃ διῆλθον ἐγὼ κατὰ τὸ πάρεργον· ὅτι τοῖς πυρέττουσιν οἶνος ἐπιτηδειότατός ἐστιν ὁ ὑδατώδης. ἔστι δ' οὗτος ὁ λευκὸς μὲν τὴν χρόαν, λεπτὸς δὲ τὴν σύστασιν, ἐπιφανῆ μηδεμίαν ἔχων ποιότητα τῶν τοῖς ἄλλοις οἴνοις ὑπαρχουσῶν, μήτ' αὐστηρότητα, μήτε στρυφνότητα, μήτε γλυκύτητα, μήτε δριμύτητα, μήτ' ὀσμήν· τῷ γὰρ τοιούτῳ καὶ τὰς τοῦ ὕδατος κακίας καὶ τὰς τοῦ οἴνου ἐκπεφευγέναι μόνῳ τῶν πάντων οἴνων ὑπάρχει. γεννῶνται δὲ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἔνιοι τοιοῦτοι, κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν ὁ ἄτονος Σαβῖνος, ὃν καὶ διδόασι τοῖς πυρέττουσιν· ἐν Ἀσίᾳ δὲ ὅ τε Τιτακαζηνὸς καὶ Τιβῖνος. ἀκηκοὼς δὲ αὐτοῦ τὰ γνωρίσματα ῥᾳδίως εὑρήσεις καθ' ἕκαστον ἔθνος οἴνους τοιούτους, ἐν οἷς χωρίοις πάνυ τι λεπτοὶ καὶ ὑδατώδεις οἶνοι γίγνονται· ἐγὼ γοῦν καὶ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην καὶ Σκῦρον καὶ Κρήτην εὗρον οἴνους τοιούτους· ἀλλ' ὅμως οἷον εἴρηκα καὶ κατὰ πάντα τὰ χωρία τεθέαμαι καὶ τό γε

De vinis haec loquutus Hippocrates continuo ad aquam mulfam tranfit, caeteris quidem prope omnibus de vino demonftratis, fed praetermiffo uno, quod non abfolvit et ego obiter percurri, quod vinum febrientibus maxime idoneum aquofum fit. Eft autem hoc album colore, confiftentia tenue, nullam earum, quae caeteris vinis infunt, habens qualitatem neque aufteritatem neque acerbitatem neque dulcedinem neque acrimoniam neque odorem. Huic enim vino omnium vinorum foli, ut tum aquae tum vini mala effugeret, datum. Prodeunt autem talia in unaquaque gente aliqua. In Italia imbecillum Sabinum, quod febrientibus exhibent. In Afia et Titacazenum et Tibinum. Sed vini hujus notas ubi intellexeris, talia facile in qualibet gente vina reperies, in quibus regionibus et valde tenuia et aquofa vina producuntur. Ego vero reperi talia vina in Cilicia, Phoenicia, Palaeftina, Scyro et Creta. Imo, ut retuli, in regionibus vidi omni-

θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ κατ᾽ Αἴγυπτον· παχεῖς γὰρ οἶνοι καὶ ὀσμὴν ἔχοντες καὶ ἰσχυροὶ σφόδρα ἐν τοῖς θερμοῖς χωρίοις γεννῶνται· κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν καὶ Βιθυνίαν καὶ τὴν Ἀσίαν θαυμαστὸν οὐδέν ἐστι πολλοὺς ὑδατώδεις γίνεσθαι. ζητήσαι δ᾽ ἄν τις διὰ τί παρέλιπεν ὁ Ἱπποκράτης ἰδίᾳ περὶ τῶν τοιούτων οἴνων ἐν τῷ διηγησαμένῳ λόγῳ, καίτοι γε ἀλυποτέρων ὄντων τοῖς πυρέττουσιν ἤπερ οἱ ἄλλοι πάντες. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτ᾽ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς ἠγνόει τὸν τοιοῦτον οἶνον· αὐτὸς γοῦν ὀλίγον ὕστερον ἐν τῷ τοῦ μελικράτου λόγῳ τάδε γράφει· ἀτὰρ καὶ οἴνου λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόσμου, ἐνίῃ μὲν ἰσχυρότερον, ἐνίῃ δὲ καὶ ἀσθενέστερον· ταῦτ᾽ εἶπε παραβάλλων τὸ μελίκρατον οἴνῳ λεπτῷ καὶ ὀλιγοφόρῳ, τουτέστιν ὀλίγον ὕδωρ φέροντι καὶ ἀνόσμῳ. σαφῶς γοῦν καὶ ἀκριβῶς εἰπὼν τὰ γνωρίσματα τοῦ οἰνώδους οἴνου καὶ διελθὼν ὡς καὶ κεφαλῆς ἅπτοιτο καὶ φρενῶν, ἱκανὴν ἐνόμισεν εἶναι καὶ περὶ τοῦ ἐναντίου αὐτῷ τοῦ ὑδατώδους τὴν διδασκαλίαν, ἡμῶν δυναμένων λογίσασθαι τὰ ἐναντία ὑπάρχειν αὐτῷ.

---

bus et, quod mirum magis fit, in Aegypto. Crassa siquidem vina et odore praedita et vehementissima in fervidis progignuntur regionibus. In Italia vero et Bithynia et Asia multa produci aquosa nihil mirum est. Sed quaeret aliquis, quare Hippocrates in antecedente dictione peculiarem de his vinis praetermisit sermonem, quum febrientibus quam caetera omnia sint minus noxia. Neque enim est dicendum quod tale vinum ignoraret. Is enim paulo post in melicrati narratione haec scribit. Caeterum vino *albo* tenui, paucifero et inodoro quodam modo robustius est et quodam modo imbecillius. Haec ait Hippocrates, vino *albo*, tenui et paucifero, id est parum aquae ferenti et inodoro, melicratum comparans. Vini igitur vinosi notas tum conspicue tum accurate ubi recensuisset, quonam pacto tum caput tum mentem feriat, de aquoso ipsi contrario disciplinam sufficientem esse existimavit, quum contraria ipsi inesse ratiocinari possimus.

θ'.

Μελίκρητον δὲ πινόμενον διὰ πάσης τῆς νούσου ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι, τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖς πικροχόλοισι [86] καὶ μεγαλοσπλάγχνοισιν ἧσσον ἐπιτήδειον ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισίν ἐστι.

Τὸ διὰ πάσης τῆς νόσου δηλωτικόν ἐστι τοῦ τὸν λόγον αὐτῷ γίγνεσθαι περὶ τῶν νοσημάτων ἐκείνων, ἐφ' ὧν ἐδίδαξεν ἀνεπιτήδειον εἶναι τρέφειν χυλῷ, πρὸ τοῦ τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου παρελθεῖν. εἰ γὰρ μήτε τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονά τι νοσημάτων εἴη, πυρέττοντος τοῦ κάμνοντος ὀξέως, ἥ τε δύναμις ἰσχυρὰ καὶ παραιτέρω τῆς πέμπτης ἡ νόσος οὐ μέλλει γενήσεσθαι, μελίκρατον αὔταρκές ἐστι μόνον πινόμενον ἐξαρκέσαι ποιῆσαι τὸν κάμνοντα. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἅπασιν ἐπιτηδειότατόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις νοσήμασι τὸ μελίκρατον, ἧττον δὲ τοῖς πικροχόλοις ὠφέλιμον· ἐκχολοῦται γὰρ ἐν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ φθάσῃ διεξελθεῖν ἢ κατ' ἔντερον ἢ κύστιν, ὡς εἴ γε διεξέλθοι, πρὸς τῷ

IX.

At quae potui datur mulſa per totum morbum in acutis morbis, tum amara bile redundantibus prorſus tum quibus tument viſcera minus quam non talibus eſt idonea.

Oratio haec, *per totum morbum*, oſtendit ipſum de iis intelligere morbis, in quibus cremore nutrire idoneum non eſſe demonſtravit, priusquam ad morbi perventum ſit vigorem. Nam ſi aeger acuta febre laboret, neque tum in thorace tum in pulmone fuerit morbus viresque valuerint et morbus quintum ultra diem ſeſe propagaturus non ſit, aqua mulſa epota abunde aegro ſufficere poteſt. Caeteris quidem omnibus in morbis hujusmodi eſt convenientiſſima aqua mulſa, ſed picrocholis minus confert. Nam in ipſis bileſcit, niſi prius vel inteſtina vel veſicam pertranſierit, quae ſi pertranſierit, non ſolum nihil lae-

μὴ βλάψαι μηδὲν ὀνίνησι μέγιστα, συνυπάγεται γὰρ αὐτῷ χολώδη περιττώματα. συνεδείξατο γοῦν τῷ λόγῳ τῷδε καὶ περὶ τῆς κράσεως αὐτοῦ· συμφέρει γὰρ αὐτοῦ ὑδαρέστερον ἐπὶ τῶν τοιούτων φύσεων δίδοσθαι τὸ μελίκρατον, ὅπως μήτε διψῶδες εἴη μήτε χολοποιόν. ὥσπερ δὲ τοῖς πικροχόλοις, οὕτως καὶ τοῖς μεγαλοσπλάγχνοις οὐκ ἐπιτήδειον εἶναί φησιν αὐτό· μεγαλοσπλάγχνους δὲ νῦν εἶπεν οὐχ οἷς φύσει μεγάλα σπλάγχνα εἰσὶν, ἀλλ᾽ οἷς κατά τι πάθος εἰς ὄγκον ἤρθη σκιῤῥούμενα καὶ φλεγμαί- (75) νοντα καὶ οἰδισκόμενα. μοχθηρὸν γὰρ ἐν τούτοις γίγνεται, μὴ δυνάμενόν γε διεξέρχεσθαι ταχέως αὐτὰ, ἐγχολούμενόν τε ῥᾳδίως καὶ μάλιστα ἐν ταῖς φλεγμοναῖς διὰ πλῆθος τῆς θερμασίας, ὡς ἔν γε τοῖς ἄλλοις παρὰ φύσιν ὄγκοις ἧττόν ἐστι βλαβερόν.

ι'.

Διψῶδές γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου. πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν μετρίως καὶ βηχὸς

dit, verum et maxime juvat, nam secum biliosa deducit excrementa. Hac sane etiam ratione temperamentum quoque ipsius demonstravit. Nam in hujusmodi naturis dilutior exhibita mulsa confert, neque enim hoc pacto siticulosa existit, neque bilem generat. Ut autem picrocholis, ita megalosplanchnis hanc haudquaquam idoneam esse ait. Megalosplanchnos nunc dixit non eos, quibus magna per naturam ipsam sunt viscera, sed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt in scirrhum aut phlegmonem aut oedema. Prava siquidem in his, quod cito pertransire *viscera* ipsa non possit et facile bilescat praesertimque in phlegmonis propter caloris magnitudinem, in caeteris autem, qui praeter naturam sunt tumoribus minus detrimenti affert.

X.

Sitim tamen minus quam dulce vinum infert. Etenim pulmonem emollit et sputum mediocriter educit tussim-

παρηγορικόν· ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον.

Διὰ τί μὲν ἧττον οἴνου ἐστὶ γλυκέος διψῶδες ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι, δεικνύντι καθ' ὅσον μὲν εἰσιν ἄμφω γλυκέα, κατὰ τοσοῦτον ἐκχολοῦσθαι ῥαδίως αὐτά· καθ' ὅσον δὲ λεπτότερόν τ' ἐστὶ καὶ ποριμώτερον, ὡς ἰέναι πάντη, τὸ μελίκρατον, κατὰ τοῦτο ἧττον αὐτοῦ γίνεσθαι διψῶδες· ὡς εἴ γέ ποτε κατὰ τὴν γαστέρα μείνῃ χρόνῳ πλείονι καὶ αὐτὸ διψῶδες οὐχ ἧττον ἔσται τοῦ γλυκέος οἴνου. τουτὶ μὲν αὐτὸ σπανίως συμβαίνει· τὸ δὲ θᾶττον οἴνου γλυκέος διεξέρχεσθαι τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἔντερον ἅπαν, ἔτι δὲ καὶ τὸ ἧπαρ ἄχρι νεφρῶν καὶ κύστεως οὐ σπανίως, ἀλλὰ διὰ παντὸς ὑπάρχει τῷ μελικράτῳ. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἧττόν ἐστι διψῶδες τοῦ γλυκέος οἴνου· ὁ δὲ Ἱπποκράτης οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλ' ἑτέρως ταὐτὸν ἐνδειξάμενος αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐξ ὧν ἐργάζεται κατὰ τὸν πνεύμονα· δῆλον γὰρ ὡς οὐκ ἂν εἰργάζετο ταῦτα, μὴ διεξερχόμενόν γε καὶ διαῤῥύπτον αὐτοῦ τὰς ὁδούς. πτύελον δ' ἀνα-

que lenit. Habet namque detergens quoddam, quod plus quam par ſit ſputum viſcidum reddit.

Cur *aqua mulſa* minus quam vinum dulce ſitifera ſit, dixi antea, quum utraque qualenus dulcia ſunt, eatenus facile bileſcere demonſtrarem. Verum quod tenuior ſit magisque penetret, ut omnia ſubeat, mulſa, ea ratione minus vino dulci eſt ſiticuloſa. Quare ſi aliquando plusculo tempore in ventre manſerit, tunc vino dulci non minus ſiticuloſa redditur, quod raro contingit. Aqua vero mulſa vino dulci citius ventrem inteſtinaque omnia penetrat, nec ſecus hepar adusque tum renes tum veſicam non raro quidem, ſed perpetuo. Ob haec igitur vino dulci minus ſiticuloſa exiſtit. Hippocrates idem, quanquam non ita, ſed modo alio, dixit, mulſae facultatem ex iis quae in pulmone facit, demonſtrans. Nam quod haec non efficeret, niſi vias ipſius penetraret abſtergeretque, manifeſtum eſt. At mulſam ſputum educere non ſim-

γωγὸν οὐχ ἁπλῶς εἶπε τὸ μελίκρατον, [87] ἀλλ᾽ ὅτι μετρίως προσέγραψε. τὸ γὰρ ἰσχυρῶς ἀνάγειν οὐκ ἔχει, καθάπερ τὸ ὀξύμελι· τό γε μὴν παρηγορικὸν ἔχει, μηδ᾽ ὅλως ἔχοντος αὐτὸ τοῦ ὀξυμέλιτος· ἐπεγείρει γὰρ ἐκεῖνο τὰς βῆχας, ἐρεθίζον τε καὶ τραχῦνον, ἐκ τοῦ ῥύπτειν σφοδρῶς. μελικράτῳ δὲ καὶ μάλιστα τῷ ὑδαρεῖ τῆς ῥυπτικῆς δυνάμεως ὀλιγίστης μέτεστιν· καλεῖται δ᾽ ἡ τοιαύτη καὶ σμηκτικὴ, καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἀπ᾽ ἐκείνης ἐποιήσατο τὸ σμηγματῶδες ὄνομα, περὶ τοῦ μελικράτου γράψας, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι· μετρίας αὐτῷ μετεῖναι τῆς τοιαύτης δυνάμεως αἰνιξάμενος ἐκ τοῦ προσθεῖναι τῷ σμηγματῶδες τὸ τὶ, βραχύτητα δηλοῦν οἷς ἂν οὕτω προσκέηται. τοῦτ᾽ οὖν τὸ βραχὺ τοῦ μελικράτου σμηγματῶδες, οὐχ ὅτι σμηγματῶδες, διὰ τοῦτ᾽ ἄκρατον, ἀλλ᾽ ὅτι βραχύ· δεῖ γὰρ ἐπὶ τοῦ γλίσχρου πτυέλου σφοδρῶς εἶναι σμηγματῶδες τὸ φάρμακον, ἀποῤῥύψαι δυνάμενον τὸν ἐνιζηκότα τοῖς βρόγχοις τοῦ πνεύμονος γλίσχρον χυμόν. εἰ δὲ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος εἴη τοιοῦτός τις ἠθροισμένος, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλόν ἐστι χρεία

pliciter dixit, fed *mediocriter* adfcripfit, neque enim valenter educit, ut oxymel, lenit fane, quo oxymel privatur. Nam oxymel tuffes excitat, tum irritans, tum afperans, quatenus vehementer detergit; mulfa vero et praefertim aquofa minima detergenti participat facultate. Vocatur autem hujusmodi *facultas* etiam extergens, a qua et nunc Hippocrates nomen fecit σμηγματῶδες, de mulfa ita fcribens, *habet etenim vim quandam extergendi.* Mediocri autem participare ipfam facultate hujusmodi oftendit, adjiciens vocabulo huic σμηγματῶδες vocabulum hoc τὶ, nempe, quibus adjiciatur, paucitatem indicat. Ergo pauca mulfae abftergendi vis, non quia abftergendi vis eft, ob id fimplex, fed quia pauca eft. Ad glutinofum fiquidem fputum medicamentum vehementer abftergens effe oportet, quod glutinofum eum, qui bronchiis pulmonis inhaeret, detergere poffit humorem. Quod fi quis ejusmodi in thoracis pulmonisque medio acervatus fuerit, jam et major, ut probe fpuatur, tum incidentis tum de-

(80) *Περὶ τοῦ λίαν ὄξεος ὀξυμέλιτος συμπληρώσας τὸν λόγον ἐπὶ τὸ μετρίως ὀξὺ μετέβη κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν, ὑγραίνειν αὐτὸ λέγων τὸ στόμα καὶ φάρυγγα καὶ τῶν πτυέλων ἀναγωγὸν εἶναι καὶ ἄδιψον. ἅπαντα γὰρ ἔχον ὑφ' ὧν ὠφελεῖσθαι πεφύκασιν αἱ τοιαῦται νόσοι, τῶν βλαπτόντων οὐδὲν ἔχει διὰ τὴν τῆς κράσεως ἀρετήν· ἐπειδὴ τοσοῦτον τῷ μελικράτῳ μέμικται τοῦ ὄξους, ὅσον ἱκανόν ἐστι τὸ χολῶδες ἐν αὐτῷ κολάσαι, τουτέστι καθελεῖν καὶ ταπεινῶσαι· δέδεικται γάρ σοι κατὰ τὸ τέταρτον γράμμα περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἐναντιωτάτην δύναμιν ἔχειν ὁ γλυκὺς χυμὸς τῷ ὄξει. τῆς οὖν τοῦ μελικράτου δυνάμεως*

XXVII.

Subacidum vero oxymel os quidem et fauces humectat, ſputum educit et ſitim ſedat, hypochondriis ac viſceribus ibi locatis placidum eſt et prodeuntes ex melle noxias prohibet, quod enim in melle bilioſum eſt, emendat.

Abſoluto de admodum acido oxymelite ſermone, ad mediocriter acidum tranſiit, qui ipſum humectare os ſaucesque et ſputum educere et ſitim ſedare, in textura orationis aſſerit. Nam quum omnia, quibus tales juvari morbi conſueverunt, habeat, eorum quae laedunt, ob temperamenti virtutem nihil habet. Quoniam mulſae tantum aceti admixtum eſt, quantum ſatis eſt, ut quod in ipſa bilioſum ſit, queat emendare, hoc eſt, evertere et deprimere. Nam in quarto de ſimplicium medicamentorum ſacultatibus dulcem ſuccum acido maxime ſacultatibus adverſari monſtravimus. Quum itaque mulſae facultas cae-

τὰ ἄλλα μὲν πάντα ἐχούσης, ὧν δεῖται τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καθ' ἓν δὲ μόνον ἐναντιουμένης αὐταῖς, ὅταν ὑπερθερμανθὲν ἐκχολωθῇ, τὴν τοιαύτην αὐτοῦ μεταβολὴν ἡ τοῦ ὄξους μίξις κωλύουσα κάλλιστον ἐργάζεται φάρμακον. ἄδιψόν τε γὰρ ἔσται καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ πτύελα, τά γε μὴ παντάπασι παχέα καὶ γλίσχρα, ῥᾳδίως ἀνάξει· τούτοις δ' ἀμφοτέροις αὐτοῖς ἔργοις ἕπεται καὶ ἡ τῶν κατὰ τὸ στόμα καὶ τὴν φάρυγγα μορίων ὑγρότης. ᾧ δὲ λόγῳ ταῦτα δρᾷ, τούτῳ δὴ καὶ σπληνὶ καὶ ἥπατι προσφορώτατόν ἐστι, διακαθαῖρον ἀλύπως τὰ σπλάγχνα.

κη'.

Ἔστι δὲ καὶ φυσέων καταῤῥηκτικὸν καὶ ἐς οὔρησιν προτρεπτικόν.

Περὶ τοῦ μετρίως ὄξέος ὀξυμέλιτος ἔτι διαλεγόμενος εἴρηκε ταῦτα, πολλὴν δὲ τὴν χρῆσιν ἔχοντος ἐπὶ τῶν κατὰ πνεύμονα καὶ θώρακα παθῶν, ἀξιολογωτάτην τε τὴν ὠφέ-

tera quidem omnia, quibus morbi hujusmodi opus habent, contineat, in uno autem duntaxat ipsis contraria sit, quod supercalefacta ipsa bilescat, mutationem sane hujusmodi permixtio aceti cohibens, optimum efficit medicamentum, nam minime siticulosum erit, atque ob id sputa non omnino crassa glutinosaque facile educet; haec autem ipsa duo opera consequitur partium oris fauciumque humectatio. Qua vero ratione hoc facit, ea tum lieni, tum hepati maximam affert utilitatem, viscera innoxie expurgans.

XXVIII.

Quin et flatus discutit urinasque promovet.

De mediocriter acido oxymelite adhuc differens haec protulit. Verum in pulmonis thoracisque affectionibus plurimo est usui, maximeque insigne habet subsidium ob

λειον, διὰ τὴν ἔμμετρον μίξιν ὕδατός τε καὶ ὄξους καὶ μέλιτος. τὸ γὰρ τοιοῦτον ὀξύμελι, τέμνον τε τὸ παχὺ καὶ φυσῶδες ἐν ὑποχονδρίῳ πνεῦμα καὶ καταῤῥηγνύον τὰς φύσας διακαθαῖρόν τε τὰς διεξόδους πάσας, ἐπ᾽ οὖρα ποδηγεῖ τοῖς ὀῤῥώδεσί τε καὶ χολώδεσι περιττώμασιν.

κθ'.

[99] Ἐντέρου μέντοι τῷ κάτω μέρει πλαδαρώτερον καὶ ξύσματα ἐμποιέει.

Τὴν ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν ἐγγινομένην ὑγρότητα τοῖς μορίοις ἴσμεν αὐτὸν ἀεὶ πλάδον ὀνομάζοντα· τοῦτ᾽ οὖν ἐργάζεται, φησὶ, τὸ ὀξύμελι, ξέον τε τῶν ἄνωθεν ὅσον ἐμπλάττεται παχέων χυμῶν ἢ γλίσχρων, τέμνον δὲ τοῦτο καὶ ὑπάγον πρὸς τὴν ἔκκρισιν. εὐπετεῖς δὲ κατὰ τοιαύτην τὴν δύναμιν ἐργάζεται καὶ τὰς ἐξ ἥπατος ἐπαγωγὰς τῶν περιττωμάτων, ὥστε πασῶν τῶν ἄνωθεν ὑγροτήτων ἀθροιζομένων ἐν τοῖς ἐντέροις καὶ μάλιστα τοῖς κάτω, διὰ μὲν τὸ πλῆ-

metricam illam aquae acetique et mellis permixtionem. Tale ſiquidem oxymel ſpiritum craſſum flatulentumque in hypochondrio incidit flatusque abrumpens vias omnes expurgat, atque ad urinas tum ſeroſa tum bilioſa agit excrementa.

XXIX.

Inteſtini tamen inferiorem partem humentiorem reddit et ramenta inducit.

Eam quae ſupra id quod ſecundum naturam eſt innaſcitur partibus humiditatem πλάδον Hippocratem nominare nobis notum eſt; hoc igitur efficere ait oxymel. Et quicquid craſſi glutinoſique humoris ſuperius infarcitur, id abradit inciditque atque ad excretionem ſubducit; faciles item et hac facultate a jecore facit excrementorum eductiones, ita ut collectis ſuperioribus cunctis humiditatibus in inteſtinis, et potiſſimum infernis, ob multitudinem

θος αὐτῶν τὸν πλάδον ἐγγίνεσθαι, διὰ δὲ τὴν ποιότητα ξύεσθαι τὸ ἔντερον. καὶ γὰρ τὸ ὀξύμελι ῥυπτικὴν ἔχον δύναμιν ἐν τῷ χρόνῳ ξύσειεν ἂν τὸ ἔντερον· καὶ τὸ συγκατερχόμενον αὐτῷ χολῶδες περίττωμα τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν· ὅθεν καὶ χωρὶς ὀξυμέλιτος, ἣν πλεονάσαν ποτὲ τύχῃ, ξύει τὸ ἔντερον.

λ'.

Ἔστι δ' ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι γίνεται· μάλιστα μὲν ὅτι φῦσαν κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει· ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει. ταύτην καὶ οἶδα μούνην βλάβην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην, ἥτις καὶ ἀξίη γραφῆς.

Τὸ ξυσθῆναι τὸ ἔντερον οὐκ ἀγαθόν ἐστιν ἐνίοτε κατὰ τὰς ὀξείας νόσους· ἕλκωσις γάρ τις ἐπιπολῆς ἐστιν ἡ ξυσματώδης διάθεσις. οὖσα δὲ τοιαύτη λυπεῖται πρὸς ἀπάν-

quidem innafcatur ea quae fupra naturam eft humiditas, ob qualitatem vero inteftini abrafio. Etenim et oxymel detergente praeditum facultate tandem abradet inteftinum. Ejusdem quoque eft facultatis quod cum oxymelite defcendit biliofum excrementum, quapropter et fine oxymelite, fi aliquando exuperaverit, inteftinum abradit.

XXX.

Interdum autem et in acutis morbis hoc pravum eft, maxime quidem, quod flatus foras prodire prohibeat, imo remeare faciat. Praeterea vero etiam debilitat et extrema refrigerat. Atque hancce laefionem folam ex aceto mulfo oboriri novi, quae defcriptione quoque digna eft.

In acutis interdum morbis abradi inteftinum bonum non eft. Ulceratio enim quaedam fuperficiaria eft, ramentofa affectio. Quae quum talis exiftat, ab irrumpentibus

ιων τῶν διεξερχομένων καὶ μάλιστα τῶν ἐχόντων τινὰ δῆξιν· λυπηθὲν δὲ τὸ ἔντερον, εἰ μὴ παραχρῆμα τὴν ἔκκρισιν τῶν δακνόντων ποιήσαιτο, πρὸς τὴν ἄνω χώραν ἀναπέμπει τὰ διεξερχόμενα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον καὶ ταῖς τούτου φύσαις ἄνω συμβαίνει παλινδρομεῖν. φυσικὴν γὰρ ἐνέργειαν ἔχει τὰ ἔντερα τὴν περισταλτικὴν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι δέδεικται· ταχυτῆτος δ' ἔργον ἐστὶν ἀπωθεῖσθαι τὰ περιεχόμενα πρὸς τῶν μερῶν ἐκείνων ἐν οἷς περιέχεται. ὅταν μὲν οὖν ἄνωθεν ἡ κίνησις ἄρξηται, κάτω τὴν ἔκκρισιν ἴσχει τὰ περιεχόμενα· κάτωθεν δὲ ἀρξαμένης αὐτῆς ἄνω φέρεται. καὶ τοῦτό γε σαφῶς φαίνεται κἀν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν συμβαῖνον, ὅταν ὑπιούσης ἀθρόως ποτὲ χολῆς εἰς τὰ κάτω τῶν ἐντέρων ἐπίσχωμεν τὴν ἔκκρισιν ἢ τῷ παρεῖναι τοιαύτην πρᾶξιν, ἣν μὴ διακόπτειν δυνατόν ἐστιν, ἢ τῷ μὴ παρεῖναι πλησίον ἀπόπατον· ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀνατρεχούσης αἰσθανόμεθα τῆς χολῆς οὕτως ὡς μηκέτι ἐκκριθῆναι. τινὲς μὲν

et praefertim mordacitatem aliquam habentibus laeditur *inteftinum.* Laefum vero inteftinum nifi protinus mordentium excretionem fecerit, ad regionem fuperiorem ea quae irrumpunt remittit. Quo fit ut ea ratione flatus etiam ejus furfum recurrere contingat. Naturalem fiquidem functionem periftalticam fortita funt inteftina, ut in commentariis de facultatibus naturalibus demonftratum eft, fed quae irrumpunt, a partibus illis quibus continentur, protrudi velocitatis eft opus. Quum igitur fuperne motus exordium habeat, quae continentur, deorfum habent excretionem. Verum fi motio inferne capiat exordia, furfum feruntur. Atque id in his qui fecundum naturam fe habent, manifefte confpicitur, cum fcilicet univerfim raptimque fubeunte ad inferna inteftina bile continemus excretionem, aut propter quoddam obortum negocium, quod interpellari non poffit, aut quod non prope fit ad ventrem exonerandum feceffus. Tunc enim recurrere bilem ita percipimus ut non adhuc excerni poffit.

οὖν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ τῆς χολῆς ἀναδρομῇ τὸν στόμαχον ἴσχουσι κα- [100] κῶς· ἔνιοι δὲ συμπληροῦνταί τε καὶ δακνωδῶς ἀλγοῦσι τὴν κεφαλὴν, ἔνιοι δὲ ἀμφότερα πάσχουσιν. οὕτως οὖν ἡ καὶ ξυσματώδης ἐν τοῖς ἐντέροις διάθεσις ἐνίοτε μὲν τὴν ἔκκρισιν εἰς τὸ κάτωθεν ἐργάζεται ταχέως, οὐχ ὑπομένουσα τὴν τῶν πασχόντων ἀνίαν, ἐνίοτε δὲ κάτωθεν πρὸς τὴν ἄνωθεν χώραν, ὅταν μὴ παραχρῆμα τὸ διεξερχόμενον ἐκπέσῃ διὰ τῆς ἕδρας, ἀλλ' ὁ κατ' αὐτὴν μῦς ὁ κυκλοτερῶς συσταλεὶς καὶ σφίγξας τὸ πέρας τοῦ ἀπευθυσμένου, τὴν ἀρχὴν τῆς περισταλτικῆς κινήσεως ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἄνω ποιήσηται. διὰ τοῦτο μὲν οὖν οὐ φῦσα μόνον, ἀλλὰ καὶ περίττωμα κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις παλινδρομεῖ. συμβαίνει δὲ καὶ τὴν δύναμιν βλάπτεσθαι διὰ τὴν ἑπομένην δῆξιν ἐν τῇ διόδῳ· τὰ γὰρ ξυόμενα, κἂν βραχυτάτην ἴσχῃ τὸ διεξερχόμενον δῆξιν, ἀνιᾶται σφοδρῶς· ἴσμεν δὲ ὅτι πᾶν ἄλγημα καταλυτικόν ἐστι δυνάμεως καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ψυκτικόν. ταύτην καὶ οἶδα μούνην βλάβην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην, ἥτις καὶ ἀξίη γρα-

Sunt quibus ex hujusmodi bilis recurſu ſtomachus male habet, aliis caput repletur et ob morſum dolet, alii utrumque patiuntur. Sic igitur ramentoſa in inteſtinis affectio deorſum interdum excernit celeriter, aegrorum moleſtiam nequaquam ſuſtinens, interdum autem a partibus inferioribus ad ſuperiores, ubi quae irrumpunt, non protinus ad ſedem prodierint, ſed is qui ſedem circulariter ambit muſculus tum contractus tum recti inteſtini extremum ipſum obſtringendo complexus principium motionis periſtalticae ex infernis partibus ad ſuperiores fecerit. Ob eam igitur cauſam non flatus modo, verum et excrementum in hujusmodi affectionibus recurrit. Contingit autem et vires laedi ob ſequentem in tranſitu morſum. Nam quae abraduntur, etiamſi quod pertranſit breviſſimum habeat morſum, vehementer tamen infeſtantur. Scimus autem dolorem omnem vires exolvere, atque ob id partes extremas perſrigerare. *Atque hancce ſolam laeſionem ex aceto mulſo oboriri novi, quae commentario*

φῆς. ἐδίδαξεν ὁ λόγος ὀλίγον ἔμπροσθεν ἁπάσας τὰς ἐκ μελικράτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος βλάβας ἐκπεφευγὸς τὸ μετρίως κεκραμένον ὀξύμελι· μόνον οὖν ὅταν βλάπτῃ τοῦτο, βλάπτει τῷ ξύειν τὸ ἔντερον· ἐργάζεται δὲ τοῦτό ποτε τοῖς ἀσθενεστέραν ἔχουσι φύσιν καὶ παθεῖν ἐπιτήδειον τὸ ἔντερον.

λα΄.

Ὀλίγον δὲ τὸ τοιόνδε ποτὸν νυκτὸς μὲν καὶ νήστει πρὸ ῥοφήματος ἐπιτήδειον πίνεσθαι· ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πολὺ μετὰ ῥοφήματος ᾖ, οὐδὲν κωλύει πίνειν.

Τὴν δύναμιν ἣν ἔχει διελθὼν, ἐπὶ τὸν τοῦ καιροῦ λόγον, ἐν ᾧ μάλιστ᾽ ἄν τις αὐτὸ προσφέροιτο, νῦν ἀφίκετο, πότε μάλιστ᾽ ἄν τις ὀξυμέλιτι χρῷτο τῶν ἐπὶ ῥοφήμασι διαιτωμένων· ἐφεξῆς δ᾽ εἰ καὶ μὴ ῥοφήμασιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ποτῷ μόνον διαιτώμενός τις εἴη καὶ τὸν ἐπ᾽ ἐκείνοις καιρὸν

quoque digna sit. Oxymel mediocriter temperatum noxas omnes, quae ex mulsa, vino et aqua emergunt, effugisse paulo ante demonstratum est. Si quando igitur laedat, solum laedit, quod abradat intestinum; id vero facit interdum in iis, qui imbecillius habent natura et pati idoneum intestinum.

XXXI.

Exiguum autem ejusmodi potum nocte quidem et jejuno ante sorbitionem propinare convenit, sed et quum a sorbitione multum intersit temporis, bibere nihil prohibet.

Facultate quam habet enarrata, ad rationem temporis, quo maxime ipsum quis porrigere debeat, nunc accedit, quando potissimum oxymelite uti debeat is, qui sorbitionibus alatur, deinde quamvis non sorbitionibus, sed potione aliquis sola nutriatur, tempus in illis etiam do-

διδάσκει. φησὶν οὖν ἐπὶ τῶν ῥοφήματι χρωμένων ἐκεῖνον μόνον φυλάττεσθαι δεῖν τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ῥόφημα δεῖ προσφέρεσθαι. πτισάνης δὲ δηλονότι χυλός ἐστι ῥόφημα χάριν (81) τοῦ θρέψαι τὸ σῶμα καὶ τὴν δύναμιν ῥῶσαι λαμβανόμενος· ἔστι δὲ ἐς ταῦτα καλὸς, εἰ μόνος ἐν τῇ γαστρὶ περιέχοιτο κατὰ τὸν τῆς θρέψεως καιρόν· ἔμαθες γὰρ ἔμπροσθεν ὡς ἡ ποικιλία τῶν προσφερομένων, καὶ μάλισθ' ὅταν ἀνόμοια ταῖς δυνάμεσιν εἴη, ταραχὴν ἐργάζεται κατὰ τὴν γαστέρα. καὶ διὰ τοῦτ' οὖν ἄχρι πεφθῆναι τὸν χυλὸν, οὐ χρὴ πίνειν ὀξύμελι· πεφθέντος δὲ ἔξεστι καὶ διὰ τῆς νυκτὸς λαμβάνειν καὶ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν πρὸ τοῦ ῥοφήματος· ἀρκεῖ δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον τοῦ ῥοφήματος καὶ τοῦ ὀξυμέλιτος, ὥστε εἰς κενήν τε ἅμα καὶ καθαρὰν ἐκ τοῦ προδιασμήχεσθαι τὴν γαστέρα, τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ἐμπεσεῖν.

λβ'.

[101] *Τοῖσι δὲ ποτῷ μούνῳ διαιτωμένοισιν ἄνευ ῥοφημάτων, διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστιν ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς*

cet. Ait ergo in forbitione utentibus, illud duntaxat obfervandum tempus, quo forbitio ingeri debet, ptifanae autem fcilicet cremor forbitio eft, qui ut corpus alat viresque roboret affumitur. Ad quae confert, fi nutritionis tempore folus in ventre contineatur. Nam antea didicifti, cibos multiplices et praefertim facultate diffimiles in ventre turbationem concitare. Ob eam igitur caufam non porrigendum oxymel, nifi cremor concoctus fuerit. Qui fi coctus fuerit, licet tum nocte tum fequenti die ante forbitionem fumere. Tempus autem inter forbitionem oxymelque medium fatisfacit, fi ptifanae cremor vacuum fimul et purum ex ea, quae ab oxymelite facta eft, abfterfione ventriculum ingrediatur.

XXXII.

Solo vero potu citra forbitiones pro victu utentibus propterea hoc uti femper et perpetuo non idoneum eft,

χρέεσθαι τούτῳ· μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν ἢ τρηχυσμὸν τοῦ ἐντέρου. ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι μᾶλλον ἂν ἐμποιέῃ καὶ ταῦτα, κενεαγγείης παρεούσης· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν.

Τοῖς ἐπὶ πόματος μόνου διαιτωμένοις ἄνευ πτισάνης οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστι τὸ ὀξύμελι δι' ὅλης τῆς νόσου πινόμενον, ὅτι τε σφοδρότερον ξύει τὸ ἔντερον γυμνὸν ὄν· ἐπαλείφεται γάρ πως ὑπὸ τῆς πτισάνης, ὅταν ἐκείνης ῥοφήσουσι· καὶ ὅταν τῆς ἐκ μελικράτου ὠφελείας οὐδ' ὅλως μεταλάβῃ τὸ σῶμα. προείρηκε δὲ ἐν τῷ περὶ μελικράτου λόγῳ τὴν γινομένην ἐξ αὐτοῦ τοῖς σώμασιν ὠφέλειαν.

λγ'.

Ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον, πολλῷ ποτῷ τούτῳ χρέεσθαι, ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραχέειν, ὅσον μοῦνον γινώσκεσθαι. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἃ φι-

maxime quidem propter inteſtini abraſionem aut exaſperationem. Quum enim ſtercore vacuum ſit, magis haec induxerit, quum vaſorum adſit vacuatio, poſtea autem et aqua mulſa vires proſtraverit.

Victus rationem citra ptiſanam ex potu ſolo ſibi inſtituentibus, non per totum morbum idoneum eſt oxymel epotum, tum quod vehementius inteſtinum nudum abradat. Nam a ptiſana quodam modo inungitur, quum eam ſorbuerint et quum corpus nihil a mulſa auxilii acceperit. Mulſae autem auxilium, quod corporibus afferat, in oratione de mulſa praedixit.

XXXIII.

Si tamen opitulari apparuerit ad totum morbum copioſus hujus potionis uſus, paucum aceti, quoad ſolum agnoſcatur, affundendum eſt. Ita enim tum quae lae-

λέει βλάπτειν, ἥκιστα ἂν βλάπτοι, καὶ ἃ δεῖται προσωφελέειν, προσωφελοίη ἄν.

Ὅταν διψώδεις μὲν ἐργάζηται τὸ μελίκρατον, ἤτοι δὲ γλίσχρα πτύελα περιέχηται κατὰ τὰ βρόγχια τοῦ πνεύμονος ἢ λίαν παχέα, τηνικαῦτα μόνου τοῦ ὀξυμέλιτός ἐστιν ἡ χρεία, μεμνημένων ἡμῶν ὅτι ταῦτα λέλεκται περὶ τῶν ποτῷ μόνῳ χρωμένων ἄνευ ῥοφήματος. ἐὰν οὖν, ὡς ἔφην, ὀξυμέλιτος ἡ χρεία, παραχέειν αὐτῷ τοῦ ὄξους ὀλίγον τῷ μελικράτῳ προσήκει, χάριν τοῦ καὶ χρείας ἀπολαύειν τοῦ ὄξους, καὶ φεύγειν τὴν ἐξ αὐτοῦ βλάβην. συνεψεῖν δὲ δηλονότι προσήκει μιγνύμενον τῷ μελικράτῳ τὸ ὄξος· ἀσθενέστερον γὰρ οὕτως εἰς τὸ βλάπτειν γίνεται.

λδ'.

Ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι αἱ ἀπὸ ὀξέος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον ἢ μελαγχολικοῖσι συμφέρουσι. τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ φλεγματοῦται, μετεωριζόμενα ὑπ' αὐ-

dere ſolet, ea minime laeſerit, tum quibus prodeſſe opus eſt, his proderit.

Cum ſitim quidem mulſa inferat, ſputa autem in bronchiis pulmonis contineantur vel glutinoſa, vel admodum craſſa, tunc ſolo eſt utendum oxymelite. Neque memoria excidat, dicta haec fuiſſe de iis, qui ſolo potu ſine ſorbitione utuntur. Si igitur, ut dixi, utendum ſit oxymelite, paucum aceti mulſae affundere convenit, ut aceti uſu ad auxilium fruatur et fugiat quod ab eo eſt detrimentum. Sed acetum mulſae commixtum excoquere convenit, nam ita ad nocendum imbecillius eſt.

XXXIV.

Ut autem in ſumma dicatur, orti ab aceto acores picrocholis magis, quam melancholicis conferunt. Amara namque diſſolvuntur et in pituitam abeunt, dum ab ipſo

τέου· τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται καὶ πολλαπλασιοῦται· ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος.

---

[102] Πικροχόλους φύσεις ὀνομάζει τὰς τὸν πικρὸν γεννώσας χυμὸν, ὅσπερ ἐστὶν ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς, αἷς ἐπιτήδειον εἶναί φησι τὸ ὄξος ἐναντιώτατον ὑπάρχον ταῖς μελαγχολικαῖς· διότι καὶ τὴν μέλαιναν χολὴν αὐτὴν ὀξεῖαν εἶναι συμβέβηκεν, ὅταν γ' ἤδη κατάκορος ᾖ παρὰ φύσιν ἔχοντος τοῦ σώματος· ὡς ὑγιαίνοντός γε πλεῖον μέν ἐστι τῆς εἰρημένης ποιότητος, οὐ μὴν ἀκριβῆ γε αὐτὴν ἔχει. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως σαφῆ· διδάσκει γὰρ ἐν αὐτῇ ὅπως ὠφελεῖ τὸ ὄξος τοὺς πικροχόλους, ἐπικρατουμένους ἐν τῇ κράσει τῷ θερμῷ, ψυχρὸν ὑπάρχον αὐτό.

λε'.

Γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν πολεμιώτατον ἢ ἀνδράσιν ὄξος· ὑστεραλγὲς γάρ ἐστιν.

---

attolluntur. Nigra vero fermentantur, in ſublime attolluntur ac multiplicantur, ſurſum enim nigra educit acetum.

Picrocholas naturas appellat *Hippocrates*, quae amarum humorem procreant, qui eſt bilis flava, quibus idoneum eſſe ait acetum, quod melancholicis maxime contrarium exiſtit. Nam et bilem nigrum acidam eſſe contingit, quum jam praeter naturam affecto corpore, exuperaverit, ut quum recte valet, plus quidem praedictae habet qualitatis, non tamen exquiſitam ipſam. Caetera contextus manifeſta ſunt. Docet ſi quidem in eo, quo pacto acetum picrocholis, qui in temperamento calido *caeteros* vincunt, proſit, quum ipſum frigidum ſit.

XXXV.

Mulieribus autem longe magis quam viris adverſatur acetum, nam uterum dolore afficit.

Ὅτι μὲν τὸ ὄξος τὰ νεῦρα βλάπτειν πέφυκεν ἥ τε πεῖρα μαρτυρεῖ καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν· ἄναιμα γὰρ ὄντα καὶ διὰ τοῦτο ψυχρὰ πάσχει ῥᾳδίως ὑπὸ τοῦ ψύχοντός τε ἅμα καὶ λεπτομεροῦς φαρμάκου· βλάπτεται μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ψυχόντων, ἀλλὰ τὸ τῆς τοῦ ὄξους οὐσίας λεπτομερὲς, εἰς τὸ βάθος αὐτῶν δύεται καὶ διεξέρχεται διὰ παντὸς μέρους, ὡς μηδὲν μηδὲ τοὐλάχιστον ἀβλαβὲς ἐᾷν. οὕτω μὲν ὄξος τὰ νευρώδη μόρια βλάπτει· τὴν μήτραν δ᾽ ἅπαντες σχεδὸν οἱ ἀνατομικοὶ λέγουσιν εἶναι νευρώδη· καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἐκείνων ἀποφάσεως, ἣν ἐκ τῆς ἀνατομικῆς αὐτοψίας ἐποιήσαντο, πάρεστί σοι συλλογίσασθαι περὶ αὐτῆς, ὡς ἐπὶ πλεῖστον μὲν διαστελλομένης, εἰς ἐλάχιστον δὲ συνιζανούσης· ἀεὶ γὰρ ὁπηλίκον ἂν εἴη τὸ ἔμβρυον, ἐν κύκλῳ περιείληφεν αὐτὸ καὶ πεπλήρωται τὸ πᾶν κύτος ὑπ᾽ ἐκείνου, κἂν μικρὸν ᾖ, καθάπερ καὶ ἡ γαστὴρ ὑπὸ τῶν σιτίων· ἀλλὰ ταύτης μὲν οὐ μεγάλη πρὸς τἀναντία ἡ μεταβολὴ, τῆς μήτρας δὲ μέγισται· τὸ δὲ ἐπὶ πλεῖ-

Quod acetum nervos laedere consueverit tum testatur experientia tum ratio demonstrat. Nam exangues sunt et quia frigidi, propterea facile a refrigerantibus tenues habentibus partes, afficiuntur medicamentis. Laeduntur praeterea et a caeteris refrigerantibus omnibus, verum substantiae aceti tenuitas in eorum mergitur profundum, atque in omnes ita penetrat partes, ut ne minimam quidem ex eis illaesam sinat. Sic certe acetum nervosas laedit partes. Uterum autem anatomici fere omnes nervosum esse dicunt. Atque absque eorum probatione, quam ex anatomica inspectione fecerunt, poteris et tu de eo ratiocinatione colligere. Nam ad maximam laxatur molem et ad minimam contrahitur; quantus etenim foetus fuerit, ipsum perpetuo circulariter ambit, impleturque spatium omne ab eo, etiamsi parvus fuerit, veluti venter a cibis. Sed ventris non magna est ad contraria permutatio, uteri autem maximae; plurimum autem

στον διαστέλλεσθαι νευρωδῶν ἴδιόν ἐστι σωμάτων, οὐ σαρκωδῶν.

λστ'.

Ὕδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον ὅ τι προσθέω. οὔτε γὰρ βηχὸς παρηγορικόν ἐστιν ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσιν, οὔτε πτυέλου ἀναγωγὸν, ἀλλ' ἧσσον τῶν ἄλλων εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο· μεσσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου ὕδωρ ἐπιῤῥοφεόμενον ὀλίγον πτυέλου ἀναγωγόν ἐστι, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς [103] ποιότητος τῶν ποτῶν, πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει ἄλλως δὲ οὐδὲ δίψαν παύει, ἀλλ' ἐπιπικραίνει· χολῶδες γὰρ φύσει χολώδει καὶ ὑποχονδρίῳ κακὸν καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ καὶ χολωδέστατον καὶ φιλαδυναμιώτατον, ὅταν ἐς κενότητα ἐσέλθῃ. καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικὸν καὶ ἥπατός ἐστιν, ὁκόταν πεπυρωμένον ῇ καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικόν· βραδύπορόν τε γάρ ἐστι διὰ τὸ ὑπόψυχρον καὶ

dilatari, nervoſorum proprium eſt corporum, non carnoſorum.

XXXVI.

At vero aquae potui acutis in morbis, aliud ſane nullum munus habeo, quod aſcribam. Neque enim in pleuriticis ac peripneumonicis tuſſim lenit, neque ſputum educit, imo caeteris minus, ſi quis perpetuo aqua potui utatur. Verum ſi inter acetum mulſum et aquam mulſam aquae pauculum ſorbeatur, ſputum educit propter qualitatis potuum transmutationem, quandam enim intus inundationem advehit. Alias neque ſitim ſedat, ſed exacerbat, biliofae enim naturae bilioſa eſt et hypochondriis mala, imo peſſima ac bilioſiſſima viresque maxime labefactat, ubi in vacuitatem venerit. Lienem quoque et hepar auget, quum inflammata fuerint, fluctuatque ac innatat. Tarde ſi quidem permeat, quod ſubfrigida ſit et coctionis expers, neque alvum dejicit ne-

ἄπεπτον εἶναι· καὶ οὔτε διαχωρητικὸν οὔτε διουρητικόν· προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι φύ- (82) σει. ἢν δὲ δὴ καὶ ψυχρῶν ποδῶν ἐόντων ποτὲ ποθῇ, ταῦτα πάντα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅ τι ἂν αὐτέων ὁρμήσῃ.

Οὔτε τμητικὸν ἔχει τι τὸ ὕδωρ, ὥσπερ τὸ ὄξος, ἀλλ' οὔτε θερμὸν, ὥσπερ τὸ μέλι (τούτῳ μέν γε πρὸς τῷ θερμαίνειν ἔτι καὶ τὸ ῥύπτειν καὶ τέμνειν ὑπάρχει)· βραδύπορον οὖν εἰκότως ἐστὶ καὶ δύσπεπτον καὶ δυσυποβίβαστον ἅπαν τὸ ὕδωρ, κᾂν ἄλλως ἄριστόν τε καὶ ἄμεμπτον ᾖ· τὸ γὰρ ἰλυῶδες ἢ δυσῶδες ἢ ἁλικὸν ἤ τινος ἑτέρας φαρμακώδους ποιότητος ἔμφασιν ἔχον οὐχ ἁπλῶς ὕδωρ ἐστὶν, ἀλλὰ μετὰ τοιοῦδέ τινος ἐπιμιξίας φαρμάκου· καθάπερ καὶ εἰ μέλι μοχθηρὸν ἢ πτισάνην ἢ ὄξος ἢ οἶνον ἤ τι τοιοῦτον προχειρίσαιο· μέμψῃ γὰρ οὐχ ὅλον ἐπ' ἐκείνου τὸ γένος, ἀλλ' αὐτὸ μόνον ὃ μεταχειρίζῃ. τοῦ λόγου τοίνυν ὄντος ἐφ'

que urinas movet. Nonnihil etiam insuper oblaedit, quod natura faecis sit expers. Quod si sane pedibus etiamnum frigentibus aliquando epota fuerit, has omnes noxas multo graviores advehet, ad quancunque tandem inclinaverit.

Neque incidendi vim aliquam habet aqua, ut acetum, imo neque calida est, ut mel (quod sane non calefacit modo, sed detergit inciditque). Tarde igitur jure permeat aqua omnis, difficulter concoquitur atque aegre subducitur, quanquam alias et optima sit et noxia vacet. Nam quae limosa aut male olens aut salsa aut alterius cujusdam medicamentosae qualitatis particeps existit, ea non simpliciter est aqua, sed cum tali quadam permixtione medicamenti. Ut si mel pravum vel ptisanam vel acetum vel vinum vel aliquid tale designaveris; non enim ex illo genus totum culpabis, sed id solum, ad quod convertis mentem. Quum igitur super singulis, de qui-

ἑκάστου τῶν κρινομένων ὑπ᾽ αὐτοῦ περὶ τῶν ἀρίστων, οὕτω καὶ νῦν ἄκουε, πρὸς τὸ κάλλιστον ὕδωρ ἕκαστον τῶν λεγομένων ἀναφέρων, ὃ καθαρώτατόν ἐστι καὶ πάσης ἀλλοτρίας ἄμικτον ποιότητος· τοῦτ᾽ οὖν αὐτὸ κᾂν ἄριστον ᾖ, κατὰ τὴν γαστέρα μένει πολλῷ χρόνῳ, κλύδωνας αὐτῇ τοὐπίπαν ἐργαζόμενον, ὡς ὅταν γε ᾖ χολώδης ἐκείνη, συνδιαφθείρεται καὶ αὐτό. κἀπειδὰν ὑπέλθοι μόλις ἐκ τῆς κοιλίας εἰς τὴν νῆστιν, οὐκ ἀναδίδοται ῥᾳδίως, οὔτ᾽ εἰς ἧπαρ οὔτε πολὺ μᾶλλον εἰς νεφροὺς καὶ θώρακα καὶ πνεύμονα· διόπερ οὔτ᾽ οὖρα κινεῖν πέφυκεν οὔτε πτύελον ἀνάγειν. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰς δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος ἐργάζεται διαπνοάς· λεπτομεροῦς γὰρ οὐσίας ἔργον ἐστὶ τοῦτο καὶ θερμῆς, οὐ ψυχρᾶς καὶ παχυμεροῦς. οὐ μὴν οὐδὲ δίψος παύει, μένον ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν κατὰ γαστέρα καὶ ἔντερα ὀργάνων τοῦ ζώου καὶ μὴ διαδυόμενον εἰς ὅλον τὸ βάθος αὐτῶν, μηδ᾽ ἐπιτέγγον τὸν αὐχμόν. ὅτι δ᾽ οὐ τρέφει πρόσθεν εἴρηται· διά τοι τοῦτο οὐδὲ τὴν ζωτικὴν δύναμιν οἷόν τέ ἐστι ῥωννύναι. καὶ ταῦτ᾽ ἐστὶ τὰ αἴτια δι᾽ ἃ πρός τε μι-

bus enunciat *Hippocrates*, fermo de optimis fit, ita et nunc intellige, fingula quae dicuntur ad optimam referens aquam, ea autem puriffima eft et omni aliena qualitate deftituta. Haec igitur quanquam optima fit, multo tempore in ventriculo manet fluctuationesque ipfi plurimum parit, quo fit ut quum biliofus ille *ventriculus* fuerit, corrumpatur et illa. Praeterea et quum ex ventriculo ad jejunum inteftinum aegre perveniat, non facile diftribuitur neque in hepar, neque multo magis in renes, thoracem et pulmonem. Quare neque urinas movere poteft, neque fputum educere. Imo neque per totum corpus molitur tranfpirationes, id namque tenuis fubftantiae opus eft calidaeque, non frigidae et craffae. Neque praeterea fitim fedat, quod in amplis tum ventris tum inteftinorum animalis inftrumentis plurimo maneat tempore, neque prorfus imas ipforum penetret partes, neque ariditatem humectet. Quod autem non alat antea dictum eft, proindeque neque facultatem vitalem roborare poteft.

λίκρατον Ἱπποκράτης ἀφικνεῖται καὶ ὀξύμελι καὶ οἶνον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἀποχωρῶν τοῦ ὕδατος. ὅσον μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐδέποτ' ἄν τις αὐτῷ χρήσαιτο· χρῶνται δὲ καὶ ἄλλοι μὲν ἰατροὶ καὶ μέντοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἧττον μὲν οὗτος, οἱ δ' ἄλλοι μᾶλλον. ἐκ γὰρ τοῦ χρῆσθαι τοῖς ἄλλοις κακῶς σφαλλόμενοι, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὸ ὕδωρ, οὐκ ἔχον μεγάλην ἀποτυχίαν, ὅτι μηδὲ τὴν δύναμιν· οὕτω γὰρ ὁ Ἐρασίστρατος ἔλεγεν· ἰσχυραὶ δυνάμεις σίτων τε καὶ πομάτων ἐγκαίρως μὲν παραλαμβανόμεναι μεγίστην ὠφέλειαν, ἀκαίρως δὲ μεγίστην βλάβην. ἣν δέ φημι μοχθηρὰν εἶναι χρῆσιν ὀξυμέλιτός τε καὶ μελικράτου καὶ οἴνου, γίνεται μὲν καὶ διὰ τὰς ἀθρόας μεταβολὰς, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν· γίνεται δὲ καὶ διὰ τὴν [104] μίξιν ἄκρατον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν γιγνομένην, ὡς τὸ πολύ. διδόντος οὖν ἐμοῦ πρεσβύτῃ νοσοῦντι καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἶνον ὑδατώδους, παραγινόμενός τις τῶν τοιούτων ἰατρῶν, εἶτ' ἰδὼν ἐλάχιστον ἐπισταζόμενον αὐτοῦ τῷ ὕδατι γελάσας ἔφη μὴ πίνειν οἶ-

Atque eae funt caufae, quibus Hippocrates ad aquam mulfam, acetum mulfum et vinum fe contulit in aegris, ab aqua abftinens. Igitur ob eas caufas nunquam ea quis utatur. Utuntur tamen et alii medici, atque etiam Hippocrates, fed hic minus, caeteri magis. Nam quod caeteris male utantur, decepti, ad aquam ipfam refugiunt, quae noxam non infignem habet, ut nec facultatem. Sic enim Erafiftratus dicebat: *validae tum ciborum tum potuum facultates, tempeftive quidem affumptae maximum auxilium, intempeftive vero maximam laefionem adferunt.* Quem autem vitiofum effe dico tum oxymelitis, tum mulfae, tum vini ufum, is quidem oritur et ob repentinas mutationes, ut ipfe oftendit, gignitur et plerumque ob finceram, quae a medicis fit, permixtionem. Quum igitur feni cuidam aegrotanti quotidie vinum aquofum exhiberem, quidam ex hujusmodi medicis praefens, me vini minimum aquae ipfi inftillantem contemplatus, rifit aegrumque vinum non bibere, fed duntaxat cernere

νου τὸν ἄῤῥωστον, ἀλλ᾽ ὁρᾷν μόνον, οὐκ ἐννοῶν ὅτι τὸ μὲν ἡδονῆς ἕνεκα τὸν οἶνον διδόναι ἑτέραν ἔχει συμμετρίαν τῆς πρὸς ὕδωρ αὐτοῦ μίξεως, τὸ δ᾽ ὠφελείας ἄλλην. ὥσπερ γὰρ ὁρμήν τινα πρὸς τὴν ἀνάδοσιν ἐφελκομένην τὸ ὕδωρ ἐπιμίγνυσθαι χρὴ τὸν οἶνον ἐλάχιστον παντελῶς, ὡς παῦσαι τὸ ὕδωρ αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰλικρινὲς εἶναι, οὐχ ὥστε καὶ οἶνον αὐτὸ ποιῆσαι· οἱ πολλοὶ δὲ τῶν ὑγιαινόντων πίνουσιν οἶνον ὑδαρευόμενον, οὐ μὴν προσήκει τὸ ὕδωρ ἐπικρατεῖν κατὰ τὴν γεῦσιν, ἀλλὰ τὸν οἶνον· ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων ἔτι καὶ μᾶλλον, ὡς ἔμφασιν εἶναι τοῦ οἴνου βραχεῖαν. οὕτως δὲ καὶ περὶ τοῦ ὀξυμέλιτος ὀλίγον αὐτὸς ἔμπροσθεν ἔλεγεν, ἐπαινῶν τὸ ὑδαρές. καὶ μελικράτῳ δ᾽ ἄν τις ἀκινδυνότερον χρῷτο τῷ ὑδαρεῖ· τὸ γὰρ ἄκρατον εἰ μὴ φθάσειεν ὑπαγαγεῖν τὴν γαστέρα, βλαβερώτερον γίγνεται καὶ μάλιστ᾽ ἐν τοῖς πικροχόλοις τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοις, ἐφ᾽ ὧν καὶ τὸ ὕδωρ ἐστὶ βλαβερὸν, ὅταν ἐκχολωθῇ μεῖναν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις· πρὸς γὰρ δὴ τούτοις ἅπασιν οἷς ἔχει κακοῖς ἔτι καὶ ἄκοπρον ὂν, οὐδ᾽ ὑπαγωγήν τινα

dixit, non fane intelligens mixtionis vini, quod gratia voluptatis datur, ad aquam aliam effe fymmetriam et aliam ejus, quod ad utilitatem miniftratur. Nam vini omnino minimum tanquam vehiculum quoddam, quod ad diftributionem aquam trahat, permifcendum eft, quo duntaxat aquae tollamus finceritatem, non autem aquam vinum faciamus. Sanorum autem plerique vinum aqua dilutum bibunt, in his autem aquam gufiu ipfo evincere non oportet, fed vinum, in aegrotantibus vero adhuc magis, ita ut paucum fit vini indicium. Sic et de oxymelite paulo ante dicebat, aquofum laudans, tutius item quispiam aquofa mulfa uteretur. Nam fincera nifi ventrem fubducere anticipaverit, magis nocebit et potiffimum in picrocholis et magnis vifceribus praeditis, in quibus et aqua noxia eft, quum diutius in hypochondriis morata bilefcat. Nam praeter haec omnia, quae habet mala, faecis adhuc expers exiftens, nullam alvi molitur fubdu-

τῆς γαστρὸς ἐργάζεται. τὸ δ' ἐν ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν αὐτὸ πινόμενον βλάπτειν (ὅπερ ἐδήλωσε διὰ τοῦ φάναι, ἢν δὲ δή ποτε καὶ ποδῶν ἐόντων ψυχρῶν ποτε ποθῇ, ταῦτα πάντα πολλαπλασίως βλάπτει) τῶν γινωσκομένων τε πᾶσι καὶ ὁμολογουμένων ἐστί. πότ' οὖν χρήσιμόν ἐστιν ὕδωρ πινόμενον; ὅταν ἐπὶ μόνῳ ποτῷ ὁ κάμνων διαιτώμενος ᾖ, μηδέπω χυλὸν πτισάνης λαμβάνων· τότε γὰρ μεταξὺ τῶν ἄλλων ποτῶν ὕδωρ ἄν τις ἐν καιρῷ προσφέροι, καὶ μάλισθ' ὅταν ὁ κάμνων ᾖ διψώδης. πλημμυρίδα γάρ τινα ποιεῖν αὐτό φησι, τουτέστι πλῆθος ὑγροῦ τινος· διὸ καὶ μεταξὺ μελικράτου τε καὶ ὀξυμέλιτος δίδωσιν ὀλίγον, εἰς ὑγρότητα τοῖς ἀναπτυσθησομένοις συντελές. ἀλλὰ κἀπειδὰν ὁ οἶνος ᾖ μεγάλως βλαβερὸς, καὶ τότε δίδωσιν ὕδατος· ἀκούσωμεν δ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους, ὅπως ἀπεφήνατο περὶ τούτου.

λζ'.

Ὑποπτεύσαντι μέντοι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν ἢ φρενῶν ἅψιν, παντάπασιν οἴνου ἀποσχε-

ctionem. Aquam autem in principiis accessionum potam laedere (quod declaravit his verbis: *quod si pedibus frigentibus quis aliquando biberit, ea his omnibus multo magis nocebit*) eorum est, quae omnibus et nota et concessa sunt. Quando igitur bibi idonea est aqua? Quum potu solo aeger usus fuerit, nondum accepto ptisanae cremore, tunc enim in potionum aliarum medio aquam tempestive quis assumpserit, ac praesertim quum siticulosus aeger fuerit, inundationem enim quandam, hoc est humidi cujusdam copiam, eam facere ait. Ideo inter mulsam oxymelque parum *aquae* exhibet, quod iis quae expui debent, conferat ad humectationem. Imo et quum vinum graviter nocet, tum aquam propinat. Quo vero pacto id enunciaturus sit Hippocrates audiamus.

XXXVII.

Quum vero in ejusmodi morbis vehementem capitis gravitatem aut mentis laesionem suspicatus fueris, a vino pe-

τέον, ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρηστέον ἢ ὑδαρέα καὶ κιῤῥὸν παντελῶς δοτέον οἶνον καὶ ἄοσμον παντάπασι καὶ μετὰ τὴν πόσιν αὐτοῦ ὕδωρ μεταποτέον ὀλίγον· οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης.

Ἅπτεσθαι φρενῶν λέγεται τηνικαῦτα, ὅταν ὁ κάμνων πυρέσσων παραφρονῇ· καὶ νῦν οὖν φρενῶν ἅψιν ἔφη τὴν παραφροσύνην, ἐν ᾗ φεύγειν κελεύει τὸν οἶνον, ὡσαύτως δὲ κἀν ταῖς ἰσχυραῖς κεφαλαλγίαις· εἴρηται δὲ περὶ ἀμφοῖν πρόσθεν. ἀλλὰ νῦν γε προειπὼν παντάπασιν ἀποσχετέον εἶναι τοῦ οἴνου κατὰ τὰ προειρημένα συμπτώματα [105] φησὶν ἐφεξῆς ὑδαρέα καὶ κιῤῥὸν παντελῶς δοτέον καὶ ἄοσμον. τὸ μὲν οὖν ὑδαρῆ καὶ ἄοσμον διδόναι καλῶς εἴρηται, τὸ δὲ κιῤῥὸν οὐ πάνυ προσίεμαι· βελτίων γὰρ ὁ ὑδατώδης εἰς ταῦτα, λευκὸς ὢν δηλονότι. τό γε μὴν ἡνίκα δοίημέν ποτε ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων οἶνον, εὐθέως ἐπιπίνειν ὕδωρ, ἀσφαλῶς συνεβούλευσεν· ἧσσον γὰρ ἄν, φησὶ, τὸ

nitus abſtinendum eſt, quo in ſtatu aqua utendum, aut vinum aquoſum omnino flavumque exhibendum, ac prorſus inodorum, atque poſt ipſius potum aquae exiguum ſuperbibendum. Ita enim vini vehementia caput ac mentem minus feriet.

Mens tum laedi dicitur, cum aeger febre correptus deliraverit, ac nunc ergo mentis laeſionem delirium dicit, in quo vino abſtinendum imperat. Eodem modo et in vehementibus capitis doloribus. De utroque antea dictum eſt. Sed nunc ubi in praedictis ſymptomatis a vino omnino abſtinendum praedixit, conſequenter aquoſum flavumque omnino et quod odore careat, dandum ait. Aquoſum quidem et inodorum dare belle dicitur, ſed flavum non admodum recipio, nam ad ea aquoſum album melius exiſtit. Etiam vero in eam gratiam, quum vinum talibus datum eſt, ſuperbibendam conſeſtim aquam tutius praecipit. Minus enim, inquit, vini robur, quod

ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος, ὅπερ ἐστὶν ἰσχὺς, ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς γνώμης· ἅπτοιτο μὲν εἰπὼν κατὰ τὸ συνῆθες αὐτῷ καὶ δηλώσας ὅτι καὶ τὴν ἅψιν τῶν φρενῶν ἀπὸ τούτου τοῦ ῥήματος ἐποίησε, συνηθεστέρου τοῖς ἀνθρώποις ὄντος ἢ τὸ τῆς ἅψεως ὄνομα. κεφαλῆς δὲ καὶ γνώμης εἶπεν ἅπτεσθαι τὸν οἶνον, διότι θερμὸς ὢν αὐτός τε διὰ ταχέων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρεται καὶ συναναφέρει τοὺς ζέοντας ἐν τῷ σώματι χυμούς. ὅτι δὲ τὴν κεφαλὴν κακοῖ, διὰ τοῦτο καὶ τὴν γνώμην· ἐν ταύτῃ γάρ ἐστι τὸ φρονοῦν καὶ λογιζόμενον μέρος τῆς ψυχῆς.

λη΄.

(83) Ἐν οἷσι δὲ μάλιστα αὐτῶν ὕδατι ποτῷ χρηστέον καὶ ὁκότε πολλῷ κάρτα καὶ ὅκου μετρίῳ καὶ ὅκου ψυχρῷ καὶ ὅκου θερμῷ, τὰ μέν που καὶ πρόσθεν εἰρέαται, τὰ δὲ ἐν αὐτέοισι τοῖσι καιροῖσι ῥηθήσεται.

Ἐρασίστρατος μὲν ἐν τοῖς περὶ πυρετῶν κακοήθως

vehemens eſt, caput mentemque feriet; ἅπτοιτο quidem verbo uſus ſibi ipſi uſitato conſuetoque, quo ἅψιν *mentis laeſionem*, ab hujusmodi verbo, quod ἅψεος nomine hominibus uſitatius eſt, ſeſe feciſſe oſtendit. Caput autem mentemque vino laedi ait, quod propter calorem celeriter ad caput feratur ferventesque in corpore ſecum ferat humores. Quia vero caput male afficit, propterea et mentem, nam in capite ſapere ipſum ſitum eſt et ea animae pars quae ratiocinatur.

XXXVIII.

At quibus in morbis aqua potui maxime utendum ſit et quando copioſiſſima et quando moderata, quando frigida et quando calida, partim quidem antea dictum eſt, partim vero ſuo tempore dicetur.

Eraſiſtratus quidem in libris de febribus malitioſe

πάνυ διαβάλλει τὸν Ἱπποκράτην, τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ δῆθεν μεμφόμενος Ἀπολλώνιόν τε καὶ Δέξιππον, οὕς φησι κηρίνους κυάθους δώδεκα ποιήσαντας εἰς τὸν ἑκτημορίτην τῆς κοτύλης κύαθον, ἕνα τούτων ἢ δύο απομετρεῖν τοῖς πυρέττουσιν· ὁ δ' Ἱπποκράτης οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν εὔδηλός ἐστι δαψιλέσι χρώμενος ἅπασι τοῖς ποτοῖς, νυνὶ δὲ καὶ διὰ τῆς λέξεως σαφῶς ἐδήλωσεν εἰπών· οἷσι δὲ μάλιστα αὐτῶν ὕδατι χρηστέον καὶ ὁπότε κάρτα πολλῷ. δηλοῖ γὰρ καὶ τὸ κάρτα πολλῷ τὸ λίαν πολλῷ· ἤρκει δ' εἰπεῖν καὶ πολὺ δίδοσθαί ποτε τὸ ὕδωρ, χωρὶς τοῦ προσθεῖναι τὸ κάρτα πρὸς τὸν ἔλεγχον τῆς Ἐρασιστράτου κακοηθείας, ὃς Ἀπολλωνίου μὲν καὶ Δεξίππου μνημονεύει μηδὲν ἔχων αὐτῶν δεῖξαι βιβλίον, Ἱπποκράτους δ' αὐτοῦ λέγοντος σαφῶς οὐκ ἀκούει, χρῆσθαι δ' ἐνίοτε πολλῷ κάρτα τῷ ὕδατι. καὶ μέντοι καὶ ἀνωτέρω μετ' ὀξυμέλιτος αὐτὸ διδοὺς ἔφη χρήσιμον εἶναι, ὅτι πλημμυρίδα τινὰ ἐμποιέει, τουτέστι πλῆθος ὑγρότητος· καὶ μελικράτου τε καὶ ὀξυμέλιτος τῶν ὑδαρῶν ἔμπροσθεν ὡς ὑγραι-

ſatis criminatur Hippocratem, diſcipulos ipſius prope accuſans Apollonium et Dexippum, quos ait cereos cyathos duodecim in ſextantali cotulae cyatho eſſinxiſſe, atque unum ex illis vel duos febrientibus admetiri. Verum Hippocrates non hic ſolum, ſed et in antedictis, potionibus omnibus copioſis manifeſte uti viſus eſt. Atque nunc in dictione liquido oſtendit, inquiens: *in quibus autem maxime aqua utendum ſit et quando copioſiſſima.* Nam valde multa et copioſiſſima ſignificat. Sed ſane ſatis erat dicere copioſam aliquando dari aquam, ſine adjectione κάρτα, in proditionem malitiae Eraſiſtrati, qui de Apollonio et Dexippo mentionem facit, nec ullum horum librum oſtendere poteſt, nec Hippocratem ipſum intelligit, aperte dicentem: *et quandoque copioſa aqua utendum.* Quin etiam et ſuperiore oratione cum oxymelite aquam porrigens, utilem eſſe ait, quod inundationem quandam pariat, hoc eſt humiditatis copiam. Scripſit et antea de mulſa et oxymelite aquoſis, quod os humectant et urinas

Ed. Chart. XI. [105. 106.] Galen. V. (83.)

νόντων τὸ στόμα καὶ οὖρα κινούντων ἔγραψεν· οὐ δήπου κύαθον αὐτῶν διδοὺς, ἀλλὰ πλῆθος ἀξιόλογον, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ στόμα δυνατὸν ὑγρανθῆναι καὶ τὰ οὖρα κινηθῆναι καὶ ἐκ πνεύμονος ἀναχθῆναι. ἐπὶ δ᾽ ὀξυμέλιτος καὶ οὕτως ἔγραψεν· ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νόσον, πολλῷ τούτῳ χρέεσθαι· προσθεὶς κἀνταῦθα τὸ πολλῷ. περὶ μὲν οὖν τῆς Ἐρασιστράτου πρὸς Ἱπποκράτην κακοηθείας ἀρκεῖ καὶ ταῦτα. μεμνήμεθα δὲ ἡμεῖς ὅτι καθάπερ ἔμπροσθεν, οὕτω καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἐπαγγέλλεται καθ᾽ ἕκαστον νόσημα διδασκαλίαν ἰδίαν ποιήσασθαι, ὡς οὐχ ἱκανῶς ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ τὴν διαιτητικὴν τέχνην ἐξειργασμένος, ἀλλὰ τὰ καθόλου μόνα διεληλυθὼς ἐπὶ παραδείγματος ἑνὸς νοσήματος τῆς πλευρίτιδος.

λθ'.

[106] *Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν, οἷον τὸ κρίθινον καὶ τὰ ἀπὸ χλοίης ποιεύμενα καὶ τὰ ἀπὸ σταφίδος καὶ στεμφύλων καὶ πυρῶν καὶ κνίκου καὶ μύρτων καὶ ῥοιῆς καὶ*

cient, non utique cyathum horum porrigens, fed quantitatem infignem, qua et os humectari et urinae cieri et quae pulmonem infeftent expui poffint. Praeterea et de oxymelite ita fcripfit: *Quod fi potum hoc et quidem multum per totum morbum profuturum exiftimaveris*, adjiciens hic, *multum.* De malitia itaque Erafiftrati adverfus Hippocratem dicta haec fufficiant. Caeterum recordemur Hippocratem, quo modo ante, ita et nunc polliceri fe in morbis fingulis propriam facturum doctrinam, quum hoc in libro victus inftituendi artem non fufficienter conficiat, fed univerfalia fola in exemplo morbi unius, fcilicet pleuritidis, profequatur.

XXXIX.

At de caeteris potibus, qualis eft hordeaceus et qui ex herba virente, uva paffa, vinaceis, tritico, cnico, myrtis, malo punico et ex aliis parantur, quum horum ali-

τῶν ἄλλων, ὅταν οὖν ἄν τινος αὐτέων καιρὸς ᾖ χρέεσθαι, γεγράψεται παρ' αὐτῷ τῷ νοσήματι, ὅκωσπερ καὶ τὰ ἄλλα τῶν συνθέτων φαρμάκων.

Καὶ ἥδε ἡ ῥῆσις ἐπαγγελίαν ἔχει διδασκαλίας ἑτέρας ἑκάστου τῶν νοσημάτων ἰδία. πρόδηλον οὖν ὡς ἢ οὐ σώζεται τὰ γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ βιβλία θεραπευτικὰ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἑκάστου κατὰ μέρος ἢ ὅλως οὐκ ἐγράφη· ταυτὶ γὰρ τὰ νῦν φερόμενα τῆς Ἱπποκράτους ἀξίας οὐκ ἔστιν· ἔχει μέντοι πολλὰ τῆς γνώμης αὐτοῦ, καθάπερ καὶ ταῦτα αὐτὰ τὰ προσκείμενα τῷδε τῷ βιβλίῳ, τὰ μετὰ τὸ λουτρόν· κάλλιον δ' ὡς ἔφην ὑπὲρ ἑκάστου σκεψόμεθα, κατὰ τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν.

μ'.

Λουτρὸν δὲ συχνοῖσι τῶν νουσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δὲ οὔ· ἔστι δ' ὅτε ἧσσον χρηστέον, διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα καὶ οἱ θερα-

quo uti tempestivum fuerit, in morbo ipso scribetur, ubi et de compositis agetur medicamentis.

Atque haec oratio habet doctrinae alterius, quae de morbis singulis fit, pollicitationem. Verum liquido constat aut libros qui de singulorum acutorum morborum curatione ab Hippocrate scripti sunt non extare, aut prorsus non scriptos. Hi siquidem, qui nunc circumferuntur, praestantiae Hippocratis non sunt, habent tamen multa, quae mentem ipsius oleant, veluti et quae huic libro adjacent ab eo, qui de balneis est, sermone. Sed ut dixi, de singulis in horum explicatione commodius differemus.

XL.

Balneum vero plerisque morbis eo utentibus contulerit, his quidem assidue, his vero minime. Interdum autem eo minus utendum, ob hominum inapparationem, in paucis enim domibus instrumenta parata sunt ac mini-

πεύσοντες ὡς δεῖ· εἰ δὲ μὴ παγκάλως λούοιτο, βλάπτοιτο ἂν οὐ σμικρά. καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ καὶ ὕδατος δαψιλέος καὶ λουτροῦ συχνοῦ καὶ μὴ λίην λάβρου, ἤν γε μὴ οὕτω δέῃ.

Ἔοικε κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους χρόνους οὐδέπω ταυτὶ τὰ βαλανεῖα κατεσκευάσθαι· τό τε γὰρ ἐν ὀλίγαις οἰκίαις λέγειν αὐτὸν παρεσκευάσθαι τά τε ἄρμενα καὶ τοὺς θεραπεύσοντας ὡς δεῖ καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ σκέπης ἀκάπνου χρείαν εἶναι καὶ ὕδατος δαψιλοῦς καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἐφεξῆς εἶπεν, ὡς ἐν ταῖς οἰκίαις ἔτι θερμαινομένου τοῦ ὕδατος ἐν λέβησιν, εἶτ᾽ ἐγχεομένου τῶν ἐμβατῶν ταῖς πυέλοις, ἔνδειξιν ἔχει. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον, ὡς καὶ λουτροῦ συχνοῦ χρεία ἐστὶ καὶ μὴ λίην λάβρου, ἤν γε μὴ οὕτω δέῃ, εἴ γε μεμνήμεθα, παραφυλάττειν δεῖ κατὰ τὴν ἑξῆς διδασκαλίαν· αὐτὸς γὰρ ἐρεῖ τίνες εἰσὶν οἱ λάβρου ποτὲ δεόμενοι τοῦ λουτροῦ, τουτέστι καταντλουμένου τοῦ

ſtri, qui ut oportet curent. At niſi quis perbelle lavetur, non mediocrem incurret noxam. Tecto etenim citra fumum opus eſt et copioſa aqua et frequenti balneo, ſed non immoderatius affuſo, niſi res ita poſtulaverit.

Balnea hujusmodi temporibus Hippocratis nondum parari videbantur. Nam dicere paucis in domibus parari inſtrumenta neceſſaria et *reperiri* qui rem probe curent opusque praeterea tecto eſſe non fumoſo, copioſa aqua et quaecunque deinceps dixit, quod item in domibus calefiat adhuc intra lebetes aqua, labrisque infundatur, argumentum habet. Quod autem in fine dictionis ait, *crebro opus eſſe balneo, eoque non admodum immoderato, niſi res ita poſtulaverit*, ſi utique memoria non excidat, in ſequenti doctrina obſervabimus. Nam ipſe dicet quinam ſint, qui immediocri aliquando egent balneo, id autem eſt, quum aeger multa, dum lavatur, per-

κάμνοντος ὕδατι πολλῷ. εἰ γὰρ μὴ φαίνοιτο λέγων αὐτὸς, ἡμεῖς ζητήσομεν οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἀκολουθίαν φυλάττειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένοις.

μα'.

[107] *Καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι· ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτέῳ καὶ πολλαπλασίῳ ἢ ὡς νομίζεται σμήγματι· καὶ προσκαταχεῖσθαι μὴ ὀλίγῳ καὶ ταχέως μετακαταχεῖσθαι.*

Οὐ δεῖται τοῦ σμήχεσθαι κάμνων οὐδεὶς ὅταν λούηται, πλὴν εἰ ῥυπῶν ἢ καὶ κνησμώδης. χρήζουσι γὰρ οἱ κάμνοντες ἀκοπώτατα καὶ ἀοχλητότατα διαβραχῆναι τῷ ὕδατι· τὸ δὲ σμήξασθαι διὰ ῥυμμάτων γίγνεται δακνωδῶν ὄντων αὐτῶν καὶ ξηραντικῶν, ὥστε ἐναντιώτατόν ἐστι τοῦτο τῇ δυνάμει τε καὶ χρείᾳ τοῦ λουτροῦ. δεομένου μέντοι σμήχεσθαι τοῦ κάμνοντος ἢ διὰ ῥύπον ἢ διὰ κνησμὸν, ἐκλύειν

funditur aqua. Si namque dicere ipſe non videatur, nos ipſi non ſimpliciter quidem, neque ut inciderit, ſed cum eorum, quae ab ipſo ſcribuntur, conſequentiae obſervatione percunctabimur.

XLI.

Et magis quidem minime detergendum eſt. At ſi detergendum ſit, calido ipſo ac multo copioſiore quam fieri ſoleat deterſorio medicamento utendum, affundendaque aqua non pauca et celeriter poſt perfundenda.

Nullus aeger, quum lavatur, detergendus eſt, niſi ſordeat ac pruritu vexetur. Nam aegroti aqua citra laborem omnem laeſionemque prolui debent. Deterſio autem purgamentis fit tum mordentibus, tum ſiccantibus, ac proinde tum viribus tum uſui balneorum maxime haec contraria eſt. Si vero aeger detergi debeat, vel propter ſordes vel propter pruritum, vim medicamenti detergentis ube-

δύναμιν τοῦ σμηκτικοῦ φαρμάκου μίξει πλείονος ὕδατος, ἐπεμβάλλοντας καὶ τοῦ ἐλαίου· καὶ διὰ τοῦτ' εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, πολλαπλασίῳ δεῖ χρῆσθαι ἢ ὡς νομίζεται τῷ σμήγματι, τουτέστιν ἢ ὡς εἴθισται πρὸς τῶν ὑγιαινόντων. οὐ γὰρ δὴ τὴν οὐσίαν τοῦ σμήχοντος φαρμάκου κελεύει πολλαπλασίαν ἐπὶ τῶν νοσούντων παραλαμβάνειν, ὥς γε καὶ τὸ μὴ σμηχᾶσθαι μᾶλλον αἱρεῖται τοῦ σμᾶσθαι· ἀλλὰ τὸ πλῆθος τοῦ σμήγματος ἀξιοῖ πολλαπλάσιον ἐπὶ τῶν νοσούντων γίγνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ ὕδατος αὔξησιν. ὁ γὰρ αὐτὸς λογισμὸς ὑπαγορεύει καὶ τὸ φεύγειν τὰ σμῶντα, μὴ κνήσεως ἢ ῥύπου κατεπείγοντος καὶ τὸ δριμέσιν αὐτοῖς καὶ ἀκράτοις μὴ χρῆσθαι. ὥσπερ δὲ τῷ πλήθει τῆς τοῦ ὕδατος μίξεως ἐξέλυσε τὴν ἐκ τοῦ σμῶντος φαρμάκου δριμύτητα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὅλου σμήγματος ἐκλύει τὴν δύναμιν, ἐπικαταχέων ὕδωρ εὐθέως θερμὸν καὶ καθαρὸν δαψιλές, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τούτῳ πάλιν ἕτερον.

---

rioris aquae temperatione, injecto quoque oleo, obtundere oportet. Quocirca inquit Hippocrates, ac multo copiosiore quam fieri foleat, id eft, quam fanis confuetum fit, utendum deterforio. Non enim fubftantiam medicamenti detergentis in aegris multiplicem accipiendam praecipit, quum non detergendum effe magis quam leviter purgandum velit, fed deterforii quantitatem in aegris multiplicem fieri jubet per aquae adauctionem. Ea fiquidem ratio detergentia quoque vitare praecipit, non excitante vel forditie vel pruritu acribusque ipfis et finceris non utendum. Ut autem multitudine aquae admixtae exolvit detergentis medicamenti acrimoniam, eodem modo totius deterforii vim exolvit fuperinfundens ftatim multam aquam calidam puramque atque deinceps aliam.

μβ'.

Δεῖ δὲ καὶ τῆς ὁδοῦ βραχείης ἐς τὴν πύελον καὶ ἐς εὐέμβατον καὶ ἐς εὐέκβατον.

(84) *Τοῦτο τὸ κοινόν ἐστιν, ἐάν τε ἐν βαλανείῳ λούῃς τὸν ἄνθρωπον, ἐάν τε ἐν οἴκῳ τινὶ πυρὰν ποιήσας καὶ πύελον ὕδατος πληρώσας, ὅπερ καὶ νῦν ἐν τοῖς στρατοπέδοις γίνεται πολλάκις, ὁπόταν δέῃ μέν τινα λούεσθαι, βαλανεῖον δ' ὁ τόπος οὐκ ἔχει. καὶ εἰς εὐέμβατον καὶ εὐέκβατον. παντελῶς γὰρ ἄκοπον φυλαχθῆναι βούλεται τὸν κάμνοντα· διὰ τοῦτο καὶ τὴν πύελον εὐέμβατόν τε καὶ εὐέκβατον ὑπάρχειν ἀξιοῖ. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο μήτε ὑψηλοῦ περιέχοντος τοίχου τὸ ὕδωρ μήτε στενοῦ· κάλλιστον δὲ καὶ ἀκοπώτατόν ἐστι τὸ κατὰ τὰς κολυμβήθρας ἐν τοῖς αὐτοφυέσιν ὕδασιν, ἃς ταπεινὰς ποιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες οὕτως, ὡς μηδὲν ὑπερέχειν τοῦ πλησίον ἐδάφους.*

XLII.

Atque via brevi ad solium opus est, tum ad facilem descensum tum ascensum.

Commune id est, sive in balneo hominem laveris, sive in domo aliqua extruxeris pyram et labrum aqua impleveris, quod et nunc in castris fit saepius, quum lavari aliquem deficiente balnei loco oportet. *Tum ad facilem descensum tum ascensum.* Prorsus enim citra laborem aegrum servare jubet, atque ob id solium facilem tum ingressum tum egressum habere voluit. Id proculdubio fiet, si paries, qui aquam continet, neque sublimis, neque angustus fuerit. Maxime autem laudabile et a labore omni alienum est, quod in aquarum sponte nascentium conficitur lavacris, ubi sic folia humilia depressaque prope omnes conficiunt, ut nihil soli pavimento, quod prope est, emineant.

μγ'.

[108] *Εἶναι δὲ τὸν λουόμενον κόσμιον καὶ σιγηλὸν καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐργάζεσθαι, ἀλλ' ἄλλους καὶ καταχέειν καὶ σμήχειν.*

Καὶ ταῦτα μὲν τῶν συντελούντων ἐστὶν εἰς τὸ τοῦ κάμνοντος ἄκοπον, ὁμοίως τοῖς προειρημένοις· ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὸ χαλασθῆναί τε καὶ μαλαχθῆναι μᾶλλον ἐν τῷ λουτρῷ τὸ σῶμα, χρήσιμός ἐστιν ἡ τοῦ κάμνοντος ἡσυχία· τείνονται γὰρ ἐν ταῖς κινήσεσιν οἱ μύες, οἵτινες ἧττον μαλάττονται καὶ χαλῶνται.

μδ'.

Καὶ μετακέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι.

Ἔνεστι μὲν καὶ ὑφ' ἓν ἀναγνῶναι μετακέρασμα, δυνατὸν δὲ καὶ καθ' αὑτὴν ἀκοῦσαι τὴν μετὰ πρόθεσιν, ἰδίᾳ δὲ πάλιν τὸ κέρασμα· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἐν ἄλλοις

XLIII.

Qui lavatur, eum modeſtum ac tacitum eſſe oportet ipſumque nihil agere, ſed caeteros tum perfundere tum detergere.

Haec quoque praedictis ſimiliter, ut aeger non laboret, conferunt. Jam vero et aegrotantis quies, ut corpus in balneo tum magis laxetur tum emolliatur eſt idonea. Nam in motionibus muſculi tenduntur, qui minus tum molliuntur tum laxantur.

XLIV.

Multa quoque aquae contemperatio paranda eſt.

Datum eſt ipſi unico legi verbo, metaceraſma i. e. *temperatio*; poteſt et intelligi haec praepoſitio *μετὰ* per ſe et ſeorſum *κέρασμα*. Etenim Hippocrates tum in hoc libro

Ἱπποκράτης φαίνεται χρώμενος τῇ μετὰ προθέσει κατὰ τὸ τῶν Ἰώνων ἔθος ἐλλειπτικῶς· ἔστι δὲ τὸ πλῆρες τοιοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι. εἴτε δ' ὑφ' ἓν ἀκούει τις μετακέρασμα, εἴτε καὶ διελὼν ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα κέρασμα, μία διάνοια κοινὴ τῶν λέξεων ἀμφοτέρων ἐστίν· ἡτοιμάσθαι γὰρ βούλεται κέρασμα μέλλον καταχεῖσθαι τοῦ λουομένου, μετὰ τὸ χρήσασθαι τῷ κατὰ τὴν πύελον λουτρῷ. ὅπερ καὶ νῦν εἰώθασι πάντες οἱ ἰατροὶ ποιεῖν, ὅταν ἀσθενοῦντα λούσωσιν· οὐ γὰρ εἰς τὴν ψυχρὰν δεξαμενὴν ἐμβῆναι ἐπιτρέπουσιν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνης ἐπιχέουσιν ὕδωρ χλιαρὸν, ἔνιοι δὲ καὶ πυέλους ὅλας ὕδατος τοιούτου πληροῦσιν. ὥσπερ γὰρ ἐχαλάσθη καὶ ἠραιώθη τὸ σῶμα κατὰ τὸ θερμὸν λουτρὸν, οὕτως αὖ πάλιν ἠρέμα συναγαγεῖν αὐτὸ βούλεται καὶ σφίγξαι· τοῦτο γὰρ εἰς ῥώμην δυνάμεως συντελεῖ καὶ πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως βλάπτεσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἴ τις ἐξαιφνίδιος ἐν τῷ περιέχοντι γίγνοιτο πρὸς τὸ ψυχρὸν μεταβολή. κατὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑγιαίνοντες εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἑαυτοὺς ἐμβάλλουσι μετὰ τὸ θερμὸν λουτρόν·

tum in aliis Ionum more per defectum uti praepofitione μετὰ videtur. Poteft vero integre ita legi: *multa quoque poft haec aquae temperatio paranda.* Sive autem quis uno intelligat verbo μετακέρασμα, five diftinguat, pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, communis eft dictionis utriusque intelligentia. Vult fiquidem temperationem parari, eum qui in labro lotus eft perfufurus, quod medici hujus temporis omnes efficere confueverunt, quum aegrum laverint. Non enim in folium frigidum ingredi permittunt, fed pro eo tepida perfundunt aqua. Nonnulli labra tota aqua hujusmodi replent. Nam ut corpus tum laxius tum rarius calida lavatione eft redditum, ita rurfum quiete paulatimque contrahere ipfum et cogere defiderat. Id enim ad virium robur confert, ut non facile homo laedatur, fi qua fubita in ambiente aëre fiat ad frigidum permutatio. Ob id igitur fanitate fruentes a balneo calido fefe in frigidam aquam projiciunt. Sed qui aegrotant,

ἀλλ' οἵ γε ἀσθενοῦντες οὐ φέρουσι τὴν ὁμιλίαν τοῦ ψυχροῦ ἀβλαβῶς, διὸ θραύομεν αὐτὸ, θερμὸν ἐπιμιγνύντες. ἡ δὲ τῆς μίξεως ποσότης εὑρίσκεται πρῶτον μὲν εἰς τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν ἀποβλεπόντων διάθεσιν, εἶθ' ἑξῆς εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ κάμνοντος φύσιν, ἡλικίαν τε καὶ ὥραν καὶ χώραν καὶ τὴν παροῦσαν κατάστασιν τοῦ περιέχοντος. κάλλιον δὲ ποιήσουσιν ὅσοι τῶν τριῶν οὐκ ἐλάττω παρασκευάσουσι τὰ μετὰ τὸ θερμὸν λουτρὸν ὕδατα χλιαρὰ, διαφέροντα ἀλλήλων· ὡς τὸ μὲν ἱκανῶς εἶναι χλιαρὸν, τὸ δὲ δεύτερον ἧττον ἐκείνου χλιαρὸν, τὸ δὲ τρίτον ἔτι καὶ μᾶλλον ἀποκεχωρηκὸς ἐπὶ τὸ ψυχρόν. ἔοικε δὲ ὁ Ἱπποκράτης τοιοῦτόν τι βούλεσθαι, κελεύων τὸ μετακέρασμα πολὺ παρασκευάζειν· οὐ γὰρ μόνον ἁπλῶς πολὺ, ἀλλὰ καὶ [109] πολυειδὲς ἄμεινον εἶναι τὸ παρεσκευασμένον, ὡς ἀπὸ τοῦ θερμοῦ κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ ψυχρὸν ἔρχεσθαι, τὴν ἀθρόαν ἐπὶ τοὐναντίον μεταβολὴν οὐ φέροντος τοῦ κάμνοντος.

---

contactum frigidae non fuſtinent citra laeſionem, quapropter frigiditatem calidae mixtione frangimus. Mixtionis autem quantitas invenitur, in primis quidem ſi nos corporis affectionem inſpexerimus, deinde et propriam laborantis naturam aetatemque et anni tempeſtatem et regionem et praeſentem ambientis ſtatum. Melius autem facient qui a calido balneo tepidas non minus trium generum aquas inter ſe differentes parabunt, ut prima quidem admodum tepida ſit, ſecunda vero priore minus tepida et tertia adhuc quae magis ad frigidum declinet. Tale autem quidpiam velle viſus eſt Hippocrates, quum imperat *multam temperationem parari.* Non enim quod paratur, id ſimpliciter modo *multum*, verum et *multiforme* eſſe eſt melius, ut paulatim a calido ad frigidum procedatur, cum ſubitam ad contrarium mutationem aeger non ferat.

με'.

Καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι.

Ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι χρῶ, διαφυλάσσων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόν- (98) των ἢ πανσαμένων καὶ ὡς πορῥωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων μήτε ποτὸν μήτε ῥόφημα μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγοῖο τοῦτ' εἶναι διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν διαθερμανθῇ σφόδρα, εἶθ' οὕτως τὸ ξυμφέρον πρόσφερε. ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν· εἰ δὲ ἐν τοιούτῳ καιρῷ προσοίσεις, ἅπαντα τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγῃ, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώματος. αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρακος, εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα· συνδεδραμηκότος δὲ ἅλεος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται, ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόν-

XXXII.

Quum autem purgaveris, ſorbitionibus utere, obſervatis febrium acceſſionibus, ut nequaquam quum adſunt neque quum futurae ſunt exhibeas, ſed quum ceſſant, vel quieverunt et quam longiſſime a principio receſſerunt. *Frigentibus autem pedibus neque potum neque ſorbitionem neque aliud quicquam hujusmodi dabis. Verum maximum eſſe ducito, ſi expectaveris, quousque valde incaluerint, deinde ita quod conferat exhibe. Frigus enim pedum plerumque febris acceſſurae ſignum eſt, at eo tempore ſi quid exhibueris, maxime per omnia peccaveris, morbum nemque non parum auxeris. At quum febris deſinit, vice verſa pedes reliquo corpore calidiores evadunt; quum enim pedes refrigerat, augetur et ex thorace accenſa flammam ad caput remittit. At fervido calore univerſo ſurſum concurrente atque ad caput exhalante, merito pedes frigeſcunt, quum natura excar-*

τες· ἔτι δὲ καὶ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων ψύχονται, συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρακα. καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει· κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ θώρηξ κατέψυκται. τουτέων εἵνεκεν τουτέου προσαρτέον· ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, θερμὴν ἀνάγκη τὴν κοιλίην εἶναι καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν καὶ ὑποχόνδριον ἐντεταμένον καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδον ταραχὴν καὶ μετεωρισμὸν γνώμης καὶ [141] ἀλγήματα καὶ ἕλκεται καὶ ἐμέειν ἐθέλει καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνῆται. θέρμης δὲ καταβάσης εἰς τοὺς πόδας καὶ οὔρου διελθόντος, καὶ ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ. κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι, τότε δὲ ὄλεθρος.

Περὶ τοῦ κατὰ μέρος καιροῦ τῆς τροφῆς εἴρηται μὲν κἀν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ βιβλίου διὰ βραχέων, οὐδὲν δ' ἧττον καὶ νῦν λέγεται διὰ μακροτέρων καὶ σαφεστέρων, ὥστ'

nes et nervoſi ſint. Praeterea et a calidiſſimis locis multum diſtantes refrigerantur, ſeſe colligente ad thoracem calore. Ac ſurſum eadem ratione quum febris ſolvitur et in minutas partes diſtribuitur, ad pedes calor deſcendit. Hoc igitur tempore caput et thorax refrigerantur, eas ob res ſorbitio exhibenda. Quod quum pedes frigidi fuerint, calidum ventriculum eſſe neceſſe eſt multoque faſtidio plenum, intendi hypochondrium et corporis jactationem propter internam turbationem, mentis abalienationem et dolores, aeger vellicatur, vomere affectat, et ſi prava vomuerit, dolet. At quum calor ad pedes deſcenderit, urinaque prodierit, etiamſi non ſudaverit, omnia ceſſant. Eo igitur tempore ſorbitio exhibenda eſt, alias pernicioſa exiſtit.

De particulari cibi miniſtrandi tempore dictum quidem eſt paucis in legitima libri parte, ſed aeque et nunc prolixius manifeſtiusque dicitur, quaſi ſermo praeſens ſit

εἶναι τὸν λόγον τοῦτον ἐξήγησιν ἐκείνου, φυλαττομένης τῆς Ἱπποκράτους γνώμης, ἣν ἔν τε τοῖς ἄλλοις εἴρηκε καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ τὸν πυρετὸν ἐκ μὲν τοῦ θώρακος ἐξάπτεσθαι, τουτέστιν ἐκ τῆς καρδίας, εἰς τὴν κεφαλὴν δὲ ἀναπέμπειν τὴν φλόγα.

λγ'.

Ὁκόσοισι δὲ διὰ τέλεος ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὑγρὴ, τουτέοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνων καὶ περιστέλλων κηρώμασι καὶ ταινιδίοισι περιελίσσων πρόσεχε ὅκως μὴ ἔσονται ψυχρότεροι τοῦ ἄλλου σώματος. θερμοῖσι δ' οὖσι θέρμασμα μηδὲν πρόσφερε, ἀλλὰ παρατήρει ὅκως μὴ ψυχθήσονται· πόματι δὲ χρέεσθαι ὡς ἐλαχίστῳ, ὕδατι ψυχρῷ ἢ μελικράτῳ.

Τὸ διὰ τέλεος τῷ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ταυτὸν σημαίνει· πολλῶν δ' οὐσῶν διαθέσεων, ἐφ' αἷς συμβαίνει δι' ὅλης τῆς νόσου τὰς κοιλίας ὑγρὰς εἶναι, καίπερ αὐτῶν μὴ δυναμένων μίαν ἔχειν θεραπείαν, ὡς δέδεικται πολλάκις, οὐ

illius explanatio, fervata Hippocratis mente, quam tum in caeteris dixit, tum in eo quod febrem ex thorace, hoc eft ex corde, accendi atque in caput flammam remittere ait.

XXXIII.

Quibus autem alvus per febres perpetuo liquida eft, his ubi pedes eximie calefeceris, ceratis contexeris fafciisque obvolveris, animum attende, ut ne fint reliquo corpore frigidiores. Quod fi caleant, calefactorium nullum admove, fed cave ne frigefcant. Potu eft utendum quam pauciffimo, aqua frigida aut mulfa.

Id *perpetuo* idem ac per omne tempus fignificat. At quum multi exiftant affectus, in quibus per totum morbum alvum liquidam effe contingit, fierique nequeat, ut curationem habeant unam, ut faepius demonftratum eft,

μόνον οὐδέν ἐστιν ἐκ τῆς ῥήσεως διδαχθῆναι χρηστὸν, ἀλλὰ καὶ βλαβῆναι, πιστεύσαντα τὸν γεγραμμένον τρόπον τῆς θεραπείας ἐπὶ πολλῶν διαθέσεων ἁρμόττειν. ἵνα γὰρ τἄλλα παραλείπω, τῆς κοιλίας ὑγρᾶς εἶναι δυναμένης καὶ διὰ φλεγμονὴν τὴν κατὰ τὴν γαστέρα καὶ διὰ συντηκτικὸν πυρετὸν, ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις ἐναντιωτάτη ἐστὶ τῇ φλεγμονῇ, συμφορωτάτη δὲ τοῖς συντηκτικοῖς πυρετοῖς, καθ' ὃν ἔμαθες καιρὸν γιγνομένη.

λδ'.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι κοιλίη ὑγρὴ καὶ γνώμη τεταραγμένη καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιουτέων τὰς κροκίδας ἀφαιρέουσι καὶ τὰς ῥῖνας σκάλλουσι καὶ κατὰ βραχὺ μὲν ἀποκρίνονται τὸ ἐρωτώμενον, αὐτοὶ δὲ ἀφ' ἑωυτῶν οὐδὲν λέγουσι κατηρτημένον. δοκέει οὖν μοι τὰ τοιάδε μελαγχολικὰ εἶναι. ἢν δὲ τῶν τοιῶνδε ἐόντων ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ συντήκῃ, δοκέει μοὶ τὰ ῥοφήματα ψυχρότερα καὶ παχύτερα

tantum abest ut ex dictione quicquam utiliter discatur, ut etiam jacturam facturus sit, qui scriptum curationis modum in affectibus multis juvare crediderit. Nam ut caetera omittam, quum alvus liquida esse possit tum propter ventris phlegmonem, tum propter colliquantem febrem, frigidae potus maxime contrarius est phlegmonae, colliquantibus vero febribus convenientissimus, eo quod didicisti tempore exhibitus.

XXXIV.

At quibus per febres alvus liquida est et mens perturbata et horum multi floccos vellunt naresque fodiunt et parum quidem ad interrogata respondent, ipsi vero per se nihil compositum dicunt, sane talia mihi melancholica esse videntur. His autem ita se habentibus, si alvus liquida fuerit et colliquescens, sorbitiones frigidiore

προσφέρειν καὶ τὰ πόματα σταλτικὰ καὶ οἰνωδέστερα, ἢ καὶ στυπτικώτερα.

Ἄλλα μέν εἰσι τὰ τῶν φρενιτικῶν συμπτώματα, τὸ δὲ τῆς ὑγρᾶς κοιλίας γίνεται μέν ποτε καὶ μετὰ φρενίτιδος, οὐ μὴν [142] ἴδιον ταύτης ἐστὶν, ὥστε τὴν μὲν ὑγρὰν κοιλίαν ἐκ τῶν διορισμῶν θεραπεύειν προσήκει, τὴν δὲ φρενῖτιν ἰδίᾳ θεραπείας ἑτέρας ἀξιοῦν. ἣν δ' οὗτος ἔγραψε θεραπείαν, οὐδ' ὅλως στοχάζεται τῆς φρενίτιδος, ἀλλὰ μᾶλλόν μοι δοκεῖ βούλεσθαι θεραπεύειν τινὰ διάθεσιν, ἐκ μὲν τοῦ κατὰ κοιλίην ὁρμωμένην, εἰς συμπάθειαν δὲ τὴν κεφαλὴν ἐπισπωμένην, ὡς παραληρεῖν ἐπὶ τῷ πάθει τῆς κοιλίας. οὐκ ὀρθῶς δὲ εἴρηται μελαγχολικὰ τὰ τοιαῦτα εἶναι, μᾶλλον γὰρ ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς τὰ τοιαῦτα γίγνονται, τῆς γαστρὸς ἐπεχομένης.

λε΄.

Ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοί τε ἀπ' ἀρχῆς καὶ σφυγμοὶ

et crassiores exhibendae mihi videntur et quae potiones alvum sistant vinosioresque, vel etiam astringentiores.

Caetera sane phreniticorum sunt symptomata. Sed alvi liquidae symptoma interdum quidem in phrenitide fit, non tamen proprium ipsi est, quapropter alvum liquidam ex distinctionibus curare convenit, phrenitidem vero alia peculiari persequi curatione. Quam autem ipse scripsit curationem, nullo modo animi intentionem ad phrenitidem dirigit, sed curare eum magis velle arbitror affectionem quandam ex ventris quidem parte aliqua prodeuntem, sed caput ad sympathiam trahentem, ut ex ventris affectu deliret. Talia autem non recte melancholica esse dictum est, magis enim ea a flava proficiscuntur bile, alvo suppressa.

XXXV.

Quibus autem per febres ab initio tum vertigines tum

κεφαλῆς εἰσι, καὶ οὖρον λεπτὸν, τουτέοισι δεῖ προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνόμενον τὸν πυρετὸν, οὐ (99) θαυμάσαιμι δ᾽ ἂν οὐδ᾽ εἰ παραφρονήσειαν.

Ὅταν ἡ κεφαλὴ περιφέρεσθαι φαντάζηται, δῖνος ὀνομάζεται τὸ πάθος, ὅταν δὲ καὶ σκοτώδης ἡ ὄψις ἅμα τῷδε φαίνηται, σκοτόδινος καλεῖται καὶ γίνεται διὰ κίνησιν ἄτακτον φυσώδους πνεύματος, ἢ μετὰ τὴν κεφαλὴν ἔχοντος τοπικὴν γένεσιν, ἢ κάτωθεν ἀναφερομένου. πᾶσαι δὲ τῶν τοιούτων πνευμάτων γενέσεις ταραχῆς εἰσι δηλωτικαὶ, δι᾽ ἃς καὶ κρίσεις γίνονται μετὰ τῶν συμπτωμάτων θορυβωδῶν. εἰδέναι γὰρ χρὴ τὰς τοιαύτας διαθέσεις μεταξύ πως οὔσας τῶν τε ἀκινδύνων καὶ τῶν ὀλεθρίων· ἐπιχειρεῖ μὲν γὰρ ἡ ἔμφυτος θερμασία διαλύειν τε καὶ χεῖν τοὺς κατὰ τὸ σῶμα χυμοὺς, λεπτύνειν δὲ ἀκριβῶς αὐτοὺς καὶ κατὰ τὸ ἄδηλον αἰσθήσει ἐκκρῖναι οὐ δύναται. τελέως δὲ ἀῤῥωστήσασα τὴν ἀρχὴν οὐδ᾽ ἐπιχειρεῖ τῇ λύσει καὶ κατὰ τοῦτο πνεῦμα φυ-

capitis pulſus fiunt, ac urina tenuis, in his ad criſes febrem exacerbari concedendum eſt, neque ſi delirarent, mirarer.

Quum caput circumagi videtur, vertigo vocatur affectio, quum autem et tenebricoſa ſimul fuerit viſio, tenebricoſa vertigo appellitatur. Fit autem ob inordinatam ſpiritus flatulenti motionem, qui aut in capite localem habet generationem, aut ſurſum ex infernis fertur partibus. Omnes autem hujusmodi ſpirituum generationes perturbationem indicant, ob quas et cum ſymptomatis tumultuoſis judicationes fiunt. Scire etenim oportet affectiones hujusmodi medium quodammodo obtinere tum earum quae periculo vacant tum pernicioſarum. Conatur ſiquidem calor nativus corporis humores tum diſſolvere tum fundere, ſed ipſos plane tenuare, ac abdita ſenſui diſcuſſione excernere non poteſt. Quum autem imbecillimus eſt, principio ſolutioni non incumbit, atque ob id

σῶδες οὐκ ἀῤῥωστούσης ἐσχάτως τῆς ἐμφύτου θερμασίας γεννᾶται. τὸ μὲν οὖν ἀῤῥωστεῖν ἀκινδυνότατόν ἐστιν, ὑπερέχει γὰρ ἡ φύσις τοῦ νοσήματος· τὸ δ' ἐσχάτως ἀῤῥωστεῖν ὀλέθριον, ὑπερέχεται γὰρ οὐ σμικρῶς. ὅταν δὲ μὴ ὑπερέχηται, τὰ εἰρημένα γίνεται συμπτώματα, καὶ μετὰ τὸ νοσῆσαι κρίσεις ἀποτελοῦνται, τινὲς μὲν εἰς ὑγείαν, τινὲς δὲ εἰς θάνατον. οἵ γε μὴν σφυγμοὶ κατὰ τὴν κεφαλὴν γινόμενοι, τουτέστιν αἱ τῶν ἀρτηριῶν αἰσθηταὶ κινήσεις, θερμασίας εἰσὶ πολλῆς συμπτώματα, δι' ἃς καὶ παραφροσύναι γίνονται πολλάκις. οὕτως οὖν ἐχόντων ἐν τῷ καθόλου τῶν εἰρημένων, ὅταν ἀρξαμένου τινὸς ἀσθενεῖν, ὑπὸ μὲν τῆς τῶν οὔρων λεπτότητος ἄπεπτον εἶναι δηλοῦται τὸ νόσημα, τὴν δὲ κεφαλὴν ἐμπεπλῆσθαι πνεύματος φυσώδους σημαίνουσιν οἱ δῖνοι μετὰ τῶν σφυγμῶν· εἰδέναι χρὴ τὴν φύσιν οὐχ ἡσυχάζουσαν, ἀλλ' ἐπιθησομένην ποτὲ τοῖς περιεχομένοις ἐν τῷ σώματι μοχθηροῖς χυμοῖς, ὡς διακρῖναί τε τῶν χρηστῶν αὐτοὺς, ἐκκρῖναί τε καθ' ὁντιναοῦν τρόπον ἢ εἰς ἄκυρον ἀποθέσθαι μόριον. ὁ τοίνυν εἰρημένος λόγος χρησιμώτατός

ſpiritus flatulentus non ſumme imbecillo facto nativo calore procreatur. Imbecillitate igitur affici periculoſiſſimum non eſt, natura ſiquidem morbum evincit. Verum ſumma imbecillitate proſterni lethale eſt, *natura* enim non parum *a morbo* vincitur. Quum autem non vincitur, praedicta fiunt ſymptomata, atque poſteaquam aegrotaverit, judicationes abſolvuntur, aliae ad ſalutem, aliae ad mortem. Pulſus autem qui in capite fiunt, hoc eſt ſenſibiles arteriarum motiones, caloris multi ſymptomata exiſtunt, a quibus ſaepenumero deliria fiunt. Sic itaque his quae dicta ſunt univerſim ſe habentibus, quum ubi quis debilitari coeperit, ab urinarum quidem tenuitate crudus morbus prodatur, caput autem flatulento impletum eſſe ſpiritu ſignificent vertigines cum pulſibus; ſcire oportet naturam non quieſcere, ſed interdum contentos in corpore pravos humores ita aggredi, ut a bonis eos ſecernat, atque quovis modo excernat, aut ad ignobilem partem amandet. Praedictus igitur ſermo ad ante dictorum

ἐστιν εἰς πρόγνωσιν τῶν εἰρημένων. ἐνίοτε γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ νοσήματος οἱ μὲν πυρετοὶ μέτριοι γίγνονται, συμπτώματα δὲ τοιαῦτα κατὰ τὴν κεφαλήν ἐστι δι' ἔγκαυσιν ἢ ἀναθυμίασιν ἐκ τῶν κατὰ τὸ σῶμα τῆς κοιλίας περιεχομένων χυμῶν. τὴν οὖν ἄλλως ὁπω- [143] σοῦν ἐχομένης αὐτῆς τῆς κεφαλῆς μόνης θερμότητα, τῇ τοιαύτῃ διαθέσει τῆς κεφαλῆς λουτρὸν ὀνίνησι καὶ τὸ ῥόφημα δ' ἀρκέσει χυλὸν εἶναι τῆς πτισάνης. ὅταν δ' ἐκ τῆς τῶν χυμῶν μοχθηρίας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρηται θερμὸν πνεῦμα φυσῶδες, οὐ λούειν συμφέρει τούτοις. ἀσφαλῶς δὲ προσήκει ταῦτα πράττειν ἕκαστα. διορισμὸς δὲ τῶν διαθέσεων εἷς μόνος ἐστὶν, ἐκ τῆς τῶν οὔρων ἀπεψίας τε καὶ πέψεως, ὧν ὀρθῶς ὁ συγγραφεὺς ἐμνημόνευσεν, εἰπὼν οὖρον λεπτὸν, ὅπερ εἴρηται πολλάκις ἀπεψίας εἶναι σημεῖον· ὥστ' οὐδεὶς ἰατρὸς ἐν τοῖς τοιούτοις νοσήμασιν ἀμελεῖ τῆς τῶν οὔρων ἐπισκέψεως.

λστ'.

Οἷσι δ' ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα ἢ καὶ παχέα, τοὺς

praenotionem maxime confert. Nam interdum ab initio morbi febres quidem moderatae fiunt, sed symptomata hujusmodi caput obsident propter exustionem aut exhalationem humorum in ventriculi corpore contentorum. Sane capite solo alias quocunque modo calore affecto, tali capitis affectui balneum proderit ptisanaeque cremor pro sorbitione satis erit. Verum quum spiritus calidus flatulentus ob humorum pravitatem ad caput fertur, hos lavare non confert. Tuto igitur singula haec facienda sunt. Distinctio autem affectionum una sola est, tum ex urinarum cruditate, tum concoctione, quorum auctor recte meminit, inquiens: *urina tenuis*, quam saepius cruditatis signum esse pronunciatum est. Quare nullus medicus in morbis hujusmodi urinarum inspectionem negligit.

XXXVI.

At quibus principio urinae nebulosae aut etiam crassae

τοιοῖσδε ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τἄλλα ξυμφέρῃ· ὁκόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούσδε, ἀλλ' ἢν δοκέῃ, κλύσαι. τούτους ξυμφέρει οὕτως θεραπεύεσθαι.

Εἴτε συνάπτει ταῦτα τοῖς κατὰ τὴν προειρημένην ῥῆσιν εἰρημένοις εἴτε καὶ μὴ, τὸ ὅπερ ἐξ αὐτῶν χρήσιμον ἔχειν δύναταί τις κοινὸν, ὡς φυλάττεσθαι καθαίρειν τὰ σώματα, παντελῶς ἀπεψίης οὔσης ἐν τοῖς χυμοῖς, ἐδήλωσεν εἰπὼν οὖρα λεπτὰ, ὡς τά γε παχέα πέψεως ἔχοιεν. ἤδη τοῦτ' αὐτὸ τὴν σύστασιν, καὶ τὸ νεφελοειδέα δὲ τὰ τὰς νεφέλας ἔχοντα δηλονότι δηλοῖ· προσετίθη γὰρ μέλανας, εἴπερ ἐκείνας ἀκούειν ἡμᾶς ἐβούλετο. πολλὰ γὰρ τῶν κοινῶν ὀνομάτων ἄνευ διορισμῶν λέγειν εἰώθασιν, ὅταν τὸ βέλτιον ἐν τοῖς σημαινομένοις ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων δηλῶσαι βουληθῶσιν. οὕτως οὖν ὅταν εἰς σωτηρίαν τελευτῶσιν αἱ κρίσεις, λέγουσιν ἁπλῶς ἐκρίθη· ἀποθανόντος δὲ τοῦ κριθέντος οὐχ ἁπλῶς ἀλλ' ὅλον τοῦτο λέγουσι, κριθεὶς ἀπέ-

exiſtunt, hos ſi caetera quoque conferant, ſubpurgare oportet. Quibus vero urinae inter initia tenues, eos non purgato, ſed ſi videatur, alvum ſublue. Hos ita curare confert.

Sive iis quae in praecedenti oratione relata ſunt haec conjungat, ſive quoque non, quod ex ipſis utile quis habere commune poteſt, quod corporis purgationem prorſus vitare oporteat, quum in humoribus adeſt cruditas, id manifeſtavit inquiens: *urinae tenues*, tanquam craſſae coctionis *notas* habeant. Jam hoc ipſum conſiſtentiam *indicat* et verbum hoc *nebuloſae* urinas ſignificat nebulas habentes. Nam nigras adjeciſſet, ſi nos eas audire voluiſſet. Multa ſiquidem nomina communia citra diſtinctionem dicere conſueverunt, quum id quod in ſignificatis rerum melius eſt declarare voluerint. Sic ſane quum judicationes ad ſalutem fuerint, ſimpliciter dicunt, judicatus eſt; defuncto vero judicato, non ſimpliciter efferunt.

θανε· καὶ χολὴν δὲ ὅταν τις ἐκκριθῆναι ἁπλῶς εἴπῃ, τὴν ὠχρὰν, οὐ τὴν μέλαιναν νοοῦμεν. οὕτως οὖν καὶ νῦν ἀκουστέον οὖρα νεφελοειδέα τὰ λευκὰς ἔχοντα τὰς νεφέλας, αἵπερ εἰσὶ πέψεως σημεῖα. ἐπεὶ τοίνυν τὰ πέπονα φαρμακεύει, διὰ τοῦτο καὶ νῦν οὕτως ἔγραψεν ὁ τούτου τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς, συμφέρει τοιιέοισι οὕτως θεραπεύεσθαι. μηδὲν δ' εἰπὼν οὗτος περὶ φλεβοτομίας τὰ κατὰ μέρος διεξέρχεται πάντα ἐφεξῆς, οὐχ ὡς ἄν ποτε οὕτως ἐχόντων μὴ δεῖσθαι φλεβοτομίας, ἀλλ' ὡς καὶ νῦν τὰ ἄλλα διδάξαι βουλόμενος μόνα. περὶ γὰρ τῆς φλεβοτομίας αὐτάρκως ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται. οὕτως θεραπεύεσθαι.

λζ'.

Τῷ σώματι ἡσυχίην ἄγοντα, ἀλείφοντά τε καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς· ποτῷ δὲ χρέεσθαι μελικρήτῳ ὑδαρεῖ καὶ ῥοφήματι χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέ- [144] ραν· κοιλίην δ' ὕπαγε κατ' ἀρχὰς κλυσμῷ, φάρμακα δὲ μὴ πρόσαγε τούτοισιν. ἢν γάρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην, τὸ οὖρον οὐ

ſed hoc totum, judicatus obiit. Praeterea quum quis excretam bilem ſimpliciter dixerit, pallidam, non nigram intelligimus. Sic certe et nunc urinas nebuloſas audire oportet eas, quae albas habent nebulas, quae coctionis notae exiſtunt. Quoniam igitur cocta purgat, ob id et nunc ita ſcripſit libri hujus auctor: *tales autem ita curare confert.* Nihil autem de ſanguinis miſſione loquutus, ea particulatim enarrat ex ordine omnia, non quod interdum ita habentibus ſanguinis miſſione opus non ſit, ſed quod nunc ſola alia docere velit; nam de ſanguinis miſſione abunde ſupra dictum eſt. Sic curandum.

XXXVII.

Corpus quieti conciliare, ungere et aequaliter contegere oportet, at pro potu mulſa aquoſa uti et in ſorbitione cremore hordei ad veſperam; alvum ab initio clyſtere ſubducito, ſed his purgantia medicamenta minime exhibeto. Si quid enim circa ventrem commoveris, urina

πεπαίνεται, ἀλλ' ἄνιδρός τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσται.

Καὶ τόνδε τὸν λόγον διεξέρχεται, σκοπὸν ἔχων ἐν αὐτῷ τὴν μετὰ συμμέτρου θάλψεως ἡσυχίαν· χυλοῦ δὲ πτισάνης δίδωσιν ἀπ' ἀρχῆς, ὡς ἂν μὴ δυναμένων ἐξαρκέσαι μέχρι τῆς ἀκμῆς τε καὶ κρίσεως ἐπὶ τῷ μελικράτῳ, ἐπειδὰν ἄπεπτος μὲν ἡ νόσος, οὐκ ἐγγὺς δὲ οἱ πεπασμοί· δίδωσι δὲ καὶ μελίκρατον ὑδαρὲς, ἐπειδὴ τὸ ὕδωρ ἐδείχθη μηδὲν ἀγαθὸν ἔχειν αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον. εἰς ἑσπέραν δὲ ἀξιοῖ δίδοσθαι τὴν πτισάνην, ἤπερ τὸ μελίκρατον· προμεμαθηκότων δ' ἡμῶν ἔμπροσθεν ἐν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ συγγράμματος, ὡς ὑστέραν χρὴ τὴν πτισάνην προσφέρεσθαι τοῦ μελικράτου, ἄμεινον ἦν καὶ νῦν οὕτως εἰρῆσθαι, μελίκρατον μὲν πρῶτον, ὕστερον δὲ χυλὸν πτισάνης προσφέρεσθαι· ὅταν δὲ ἀντὶ τοῦ ὕστερον φάναι τὸ εἰς ἑσπέραν εἴπῃ, μερικωτέραν τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται, οὐ καθολικωτέραν. διὰ τί δὲ κελεύει μὴ καθαίρειν, ἐφ' ὧν ἀπεψία παντελής ἐστι,

non concoquitur, ſed febris citra tum ſudorem tum judicationem ad diuturnum tempus producetur.

Sermonem quoque hunc percurrit, ſcopum in eo habens cum moderata calefactione quietem. Cremorem autem ptiſanae ab initio dat, quod mulſa tum ad vigorem usque tum judicationem ſufficere non poſſit. Morbus ſiquidem crudus eſt et longe abſunt concoctiones. Praeterea mulſam aquoſam exhibet, quod aquam ipſam per ſe ſolam nihil boni habere demonſtratum ſit. Veſperi autem ptiſanam mavult exhiberi, quam mulſam. Quum antea in legitima libri hujus parte didicerimus, ptiſanam mulſa poſterius exhibendam, melius fuit et nunc ita dicere, mulſam quidem prius, poſteriorem vero ptiſanae cremorem exhibe. At vero, quum *veſperi* pro *poſterius* dixerit, magis particularem efficit doctrinam et non univerſaliorem. Cur autem eos purgare haud velit, in quibus ſum-

τὴν αἰτίαν αὐτὸς εἶπεν, ἐπιλογιστικὴν μᾶλλον ἤπερ ἀναλογιστικήν· ἔστι γοῦν αὐτὴν εἰπεῖν καὶ τῷ χωρὶς ἐνδείξεως λογικῆς, ἐξ ἐμπειρίας μόνης τὸ γιγνόμενον ἐγνωκότι· δογματικοῦ δ᾽ ἀνδρὸς ἦν διδάξαι, διὰ τί καθαιρόντων ἡμῶν τοὺς οὕτως ἔχοντας, οὔτε πεπαίνεται τὸ οὖρον, (100) ἄνιδρός τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς διαμένει. τελεώτερον μὲν οὖν ἐν ἑτέροις περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐπεσκέμμεθα, νυνὶ δὲ ἐπὶ κεφαλαίων εἰρήσεται τὸ χρήσιμον εἰς τὰ παρόντα· σὺ δέ μοι πρόσεχε τὸν νοῦν. τεττάρων οὐσῶν δυνάμεων, ὡς ἔμαθες, οὐκ ἐλαχίστην δ᾽ ἐν αὐταῖς ἰσχὺν ἐχούσης καὶ τῆς ἀλλοιωτικῆς, καθ᾽ ἣν ἐξομοιοῖ τοῖς ὑφ᾽ αὐτῆς διοικουμένοις σώμασι τὴν τροφὴν ἡ φύσις, αὕτη πέψις ὀνομάζεται, κατὰ ποιότητα μεταβολὴ τῆς μελλούσης θρέψειν οὐσίας οὖσα. δεῖται τοίνυν ἡ φύσις, ὥσπερ εἰς γαστέρα καταποθείσης τῆς τροφῆς, ἡσυχίας μὲν ἀπὸ τῶν ἄλλων κινήσεων, ἵνα τῇ περὶ τὴν πέψιν ἐνεργείᾳ μόνῃ σχολάσῃ, βοηθείας δέ τινος ἔξωθεν, ὅταν ἀσθενεστέρα γένηταί ποτε· κατὰ τὸν τοιόνδε τρόπον ἐπὶ τῆς ἐν ταῖς φλεψὶ πέψεως τῶν χυμῶν, ἡσυχίας

ma inest cruditas, causam ipse recensuit, epilogisticam magis quam analogisticam, quam recensere ad eum spectat, qui quod fit, sola citra logicam indicationem experientia novit. Dogmatici autem viri erat docere, cur purgantibus nobis ita habentes, non coquatur urina febrisque sine sudore et judicatione perseveret. Perfectius quidem alibi haec omnia sumus contemplati, sed nunc quod praesenti enarrationi prodesse possit summatim dicemus. Tu ergo animum ad me converte. Quum facultates, ut scis, quatuor sint, atque inter eas non minima vi polleat alteratrix, per quam distributis ab ea corporibus natura alimentum assimilat, ipsa coctio nuncupatur, nutriturae substantiae permutatio secundum qualitatem existens. Natura igitur absorpto in ventrem alimento, a caeteris quidem motionibus cessare debet, ut soli quod coquendis deputatum sit operi vacet, sed auxilio externo aliquo indiget, quum aliquando imbecillior reddita fuerit, quo modo et in ea humorum, quae in venis fit, concoctione *contin-*

μὲν δεῖται πρὸ τῆς δευτέρας θερμασίας, ἐκ τοῦ θερμανθῆναι καὶ ψυχθῆναι ἢ ξηρανθῆναι καὶ ὑγρανθῆναι, κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον δηλονότι χρόνον ἑκάστου τῶνδε γιγνομένου. κατὰ τοῦτ' οὖν ὁ γράψας ταῦτα συνεβούλευσεν ἡσυχίαν ἄγοντα τῷ σώματι θεραπεύεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀλειφόμενόν τε καὶ περιστελλόμενον ὁμαλῶς τοῖς ἱματίοις· πρὸς γὰρ τὴν τοῦ πυρετοῦ δύναμιν ἀντίῤῥοπον ἡγήσατο ἂν εἶναι τὴν ἐκ τῶν ἀλειμμάτων ὑγρότητα, πρὸς τῷ μήτε θερμαίνειν ἰσχυρῶς μηδὲ ψύχειν, ἀλλὰ λεαίνειν, ὧν μάλιστα δεῖται τὰ πεττόμενα. καὶ εἴπερ ταῦτα συντελεῖ τῇ πέψει τῶν χυμῶν, αἱ καθάρσεις ἐναντίαι εἰσί· κινοῦσαι μὲν γὰρ σφοδρῶς τὸ σῶμα ῥήσσουσι· τοιαύτης γὰρ δυνάμεως ἅπαντ' ἐστὶ τὰ καθαίροντα φάρμακα. αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ αἰτία τοῦ τὰς καθάρσεις ἐναντιοῦσθαι ταῖς πέψεσι· πρὸς δὲ τὸ συνεχὲς ἴωμεν ἤδη τοῦ λόγου τοῦδε.

λη'.

[145] *Τὰ δὲ ῥοφήματα, ὁκόταν τῶν κρίσεων ἐγγὺς ᾖ, μὴ*

git, quiete quidem indiget fequentem ante caliditatem, quod calefactum frigefactumque vel exiccatum et humectatum fit, fingulis horum alio nimirum et alio tempore factis. Ob id igitur qui haec fcripfit, quietem inducens corpori, hominem curari voluit unctum et aequaliter veftimentis obvolutum. Nam adverfus vim febris humiditatem eam quae unctionibus comparatur remedium par effe putavit, praeterquam quod neque vehementer calefaciat, neque refrigeret, fed leniat, quibus maxime indigent quae coquuntur. Quod fi haec coctioni humorum conferant, purgationes contrariae exiftunt, nam corpus vehementer moventes frangunt; tali fiquidem facultate praedita funt omnia quae purgant medicamenta. Haec eft ergo caufa, cur purgationes coctionibus adverfentur. Ad eam autem quae fermoni huic continuatur feriem pergamus.

XXXVIII.

Sorbitiones autem, quum prope judicationes fuerit, ne de-

δίδου, ἢν θορυβῆται· ὁκόταν δ' ἀνῇ καὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ πάντων τῶν πυρετῶν τὰς κρίσιας καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥοφήματα κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.

Φυλάττει κἀνταῦθα τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς, ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπὶ μελικράτου καὶ χυλοῦ πτισάνης διαιτῶν, ἐγγὺς δὲ τῶν κρίσεων ἀφελὼν τὸν χυλόν.

λθ'.

Μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οἵδε γίγνεσθαι καὶ ἀποστήματα ἴσχειν, ἢν μὲν τὰ κάτω ψυχρὰ ᾖ, περὶ ὦτα καὶ τράχηλον· ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ ᾖ, ἄλλας ἴσχειν μεταβολάς. ῥέει δὲ αἷμα ἐκ ῥινῶν καὶ κοιλίαι τοῖσι τουτέοισι ἐκταράσσονται.

deris, ſi perturbetur, ſed quum perturbatio *remiſerit resque in melius proceſſerit. Omnium autem febrium judicationes obſervandae ſunt, atque eo tempore ſorbitiones detrahendae.*

Mentem Hippocratis hoc in loco ſervat qui librum hunc ſcripſit. In principio quidem mulſam et ptiſanae cremorem pro victu exhibet et cum prope eſt judicatio, cremorem tollit.

XXXIX.

Hae vero febres longae fieri conſueverunt et abſceſſus habere circa aures et cervicem, ſi quidem infernae partes frigidae fuerint. Quod ſi frigidae non fuerint, alias habent mutationes. Fluit autem ſanguis e naribus et his alvi exturbantur.

Οἷς ἐστι λεπτὸν τὸ οὖρον διὰ τὴν ἀπεψίαν τῶν χυμῶν, εἰκότως μηκύνουσιν οἱ πυρετοὶ, μὴ δυνάμενοι λυθῆναι πρὸ τῆς πέψεως. ὅτι δ' ἀποσκήμμασιν οἱ τοιοῦτοι κρίνονται πολλάκις ἤδη λέλεκται· σπανιώτερον δέ που καὶ δι' ἐκκρίσεως αἱ λύσεις αὐτῶν γίγνονται· πότερον δ' ἄνω τοῦ σώματος ἢ κάτω τὸ ἀπόστημα γενήσεται, τοῖς ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένοις ὡμολόγηται τὰ νῦν εἰρημένα.

μ'.

Ὁκόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεές εἰσι καὶ ὑποχόνδρια συντείνουσι καὶ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτέῳ καὶ τὰ ἄκρεα ψύχονται πάντα, πλείστης ἐπιμελείης καὶ φυλακῆς δέονται. διάγειν δὲ τούτοισι προσφέροντας μηδὲν ἄλλο ἢ ὀξύμελι ὑδαρές· ῥόφημα δὲ μὴ πρόσφερε, ἕως ἂν λήξῃ καὶ οὖρον πεπανθῇ.

Ἀσώδεις ὀνομάζει πυρετοὺς, ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶν-

Quibus urina ob humorum cruditatem tenuis eſt, jure optimo protrahuntur febres, quae ante coctionem ſolvi nequeunt. Quod autem tales per abſceſſus judicentur ſaepius jam dictum eſt. Rarius autem et per excretionem ſolutiones horum ſiunt. Utrum autem in ſuperiore corporis parte, aut inferiore abſceſſus generabitur, quae hic dicuntur iis quae in prognoſtico ſcripta ſunt aſtipulantur.

XL.

Quibuscunque vero febres jactatrices ſunt et hypochondria contendunt, quique decumbentes eodem in loco ſtare nequeunt et extremis omnibus perfrigerantur, hi tum maximam diligentiam tum cuſtodiam requirunt; eos autem ita degere oportet, ut nihil aliud quam acetum mulſum acutum exhibeas, neque ſorbitionem offeras, donec ipſis febris *deſierit et urina concocta fuerit.*

Jactantes febres appellat in quibus aegri jactantur

ται καὶ ἀηδῶς ἔχουσι· τὸ δὲ δυσφορεῖν ἑπόμενόν ἐστιν ἐνίοτε μὲν τῷ μόνιμον εἶναι τὸν πυρετὸν καὶ καυσώδη, πολλάκις δὲ καὶ τῇ τοῦ στομάχου κακώσει· στόμα δὲ τῆς γαστρὸς οὕτως ἀκουέ μου [146] λέγοντος νῦν. ἤρξατο μὲν οὖν ἀπ' αὐτῶν πυρετῶν, ἀσώδεις εἰπὼν αὐτοὺς, ὑποχόνδριά τε συντείνοντας· ἐφεξῆς δὲ ἐπὶ τοὺς πυρέσσοντας μετέβη· τὸ γὰρ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτῷ, κατὰ τῶν πυρεττόντων εἴρηται, καθάπερ καὶ τὸ τὰ ἄκρα ψύχονται. τὸ μὲν οὖν μὴ ἀνέχεσθαι κεκλιμένους ἐν τῷ αὐτῷ τῶν ἀσώντων τε καὶ δυσφορούντων ἐστὶ γνώρισμα· τὸ δὲ ψύχεσθαι τὰ ἄκρα, φλεγμονῆς μεγάλης ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐπὶ παχέσι χυμοῖς, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυον, ἡνίκα περὶ τοῦ δευτέρου τῶν καύσων εἴδους ὁ λόγος ἦν· καὶ εἴπερ σφοδρὰ ἡ κατάψυξις εἴη, τεκμήριον ἤδη σοι τοῦ καὶ τὴν δύναμιν εἶναι ἄῤῥωστον ἰσχυρῶς· εἰκότως οὖν ἔφη φυλακῆς πλείστης καὶ ἐπιμελείας δεῖσθαι τοὺς κάμνοντας οὕτως. εἰκότως δὲ καὶ ὀξύμελι δίδωσιν αὐτοῖς ὑπὸ παχέων τε καὶ γλίσχρων χυμῶν ἐνοχλουμένοις· προσέθηκε δὲ τῷ λόγῳ ὑδαρὲς, ὡς

et graviter afficiuntur. Haec autem gravis tolerantia sequitur interdum quidem febrem ſtabilem et ardentem, ſaepius autem et ſtomachi vitium, os autem ventriculi ita me dicentem nunc audi. Incipit ergo a febribus ipſis, jactantes ipſas vocans et hypochondria contendentes, deinde ad febricitantes pertranſiit. Nam quod decumbentes ſeſe continere non poſſint, de febricitantibus dictum eſt, ut et quod extrema refrigerentur. Jacentes autem ſeſe eodem in loco non continere, jactatorum ac difficulter ferentium nota eſt. Extrema autem frigere, magnae viſcerum phlegmones, quae ex craſſis humoribus orta ſit, ut antea demonſtravimus, quum de ſecunda cauſi ſpecie ageremus. Quod ſi vehemens frigus fuerit, quod vires valde infirmae ſint, jam tibi conjectura eſt. Merito igitur ita aegrotantes plurima tum cuſtodia tum diligentia indigere ait. Sed et merito ipſis acetum mulſum dat, ut qui a craſſis et viſcoſis humoribus vexantur. Adjecit autem ſermoni *aquoſum*, tanquam contrarium illi quod his

πρὸς τὸ διδόμενον οἷς ἐν πνεύμονι τοιοῦτοι περιέχονται χυμοί· πολὺ γὰρ ὀξύτερον ἐπ' ἐκείνων εἶναι προσῆκεν, ἐπεὶ διὰ τὸ μῆκος τῆς κατὰ τὴν ἀνάδοσιν φορᾶς ἐπὶ τὸ πεπονθὸς μέρος ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐκλυθῆναι τὴν δύναμιν·] τοῖς δὲ καθ' ὑποχόνδριον εὐθέως προσπίπτει τοιοῦτον οἷον ἐπόθη. τὸ δὲ μηδ' ὅλως διδόναι ῥόφημα τοῖς οὕτως ἔχουσι, πρὶν πεπανθῆναι τὴν νόσον, ἀδιορίστως εἴρηται φυλαττόντων γε ἡμῶν ὃ ἐδίδαξεν ὁ Ἱπποκράτης· προσκεῖσθαι δεῖ τῷ λόγῳ, ἢν ἀρκέῃ ὁ νοσέων, ὅπερ ὡς φανερὸν ἴσως παραλέλοιπεν.

μα'.

Κατακλίνειν δὲ εἰς ζοφερὰ οἰκήματα καὶ κατακεκλίσθαι ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοισι στρώμασι, πολὺν χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν· μάλιστα γὰρ τοῦτο τοὺς τοιούσδε ὠφελέει.

Τὴν ἐν ζοφεροῖς οἰκήμασι κατάκλισιν οὐχ ὡς πεπαν-

datur, in quorum pulmonibus tales continentur humores. Nam acidius longe in illis esse convenit, quod propter longam in distributione ad affectam partem delationem vires exolvi necessarium sit, his vero tale hypochondrio incursat, quale epotum est. Nullo autem pacto sorbitionem ita habentibus dare, priusquam morbus coctus fuerit, indistincte est pronunciatum, servantibus nobis quod edocuit Hippocrates. Adjiciendum est sermoni, si aeger sufsecerit, quod tanquam manifestum forte praetermisit.

XLI.

Decumbere autem in conclavi obscuro debent, *et in stratis quam mollissimis reclinati, longo tempore eundem decubitum perferre et quam minime sese jactare. Id enim eos maxime juvat.*

Nunc decubitum obscura in domo non tanquam coctivum

τικὸν βοήθημα συνεβούλευσε νῦν, ἀλλ' ὡς τῆς διὰ τὴν ἄσην γινομένης δυσφορίας ἐπανορθωτικὸν, ἧς ἕνεκα καὶ τῆς μαλθακῆς στρωμνῆς ἐμνημόνευσε. τὸ δὲ πειρᾶσθαι μὴ ῥιπτάζειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἡσυχάζειν ἑκατέρως χρήσιμον τῷ κάμνοντι καὶ ὡς τῇ πέψει τῆς ὅλης νόσου συντελοῦν καὶ ὡς διαφυλάττον τὴν δύναμιν.

μβ'.

Ἐπὶ δὲ τὸ ὑποχόνδριον λίνου σπέρμα ἐγχρίων ἐπιτίθει φυλασσόμενος ὅκως μὴ φρίξῃ προστιθέμενον· ἔστω δὲ ἀκροχλίαρον, ἑφθὸν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ.

(101) *Μαλακτικόν ἐστι τὸ λινόσπερμον καὶ μὴ θερμαῖνον ἐπιφανῶς, ὧν μάλιστα δεῖται φλεγμονὴ πᾶσα· καὶ μέντοι κατὰ τὴν θίξιν αὐτὸ παρασκευάζει τοιοῦτον, ὁποῖον καὶ κατὰ τὴν δύναμίν ἐστιν, ἀκροχλίαρον ἀξιῶν προσφέρειν. [147] καὶ ἡ μίξις δὲ τοῦ ἐλαίου καὶ τοῦ ὕδατος χλιαρᾶς θερμασίας ἐστὶ γεννητικὴ, μετὰ τοῦ μαλάττειν τε καὶ παρη-*

auxilium, fed tanquam jactationis ob gravem moleftiam factae emendatorium voluit, cujus gratia et lecti mollis meminit. Tentare autem feipfum non projicere, fed conquiefcere, laboranti modo utroque commodat, tanquam et morbi totius concoctionem juvans et tanquam vires confervans.

XLII.

Supra vero hypochondrium lini femen linteo *illitum admove, cavendo ne inhorrefcat* aeger, *quum apponitur; fit autem fumme tepidum, ex aqua et oleo coctum.*

Emollit lini femen, nec manifefte calefacit, quae maxime expoftulat omnis phlegmone. Et fane tactu tale ipfum comparat, quale et fecundum facultatem eft, fumme tepidum ipfum admovere praecipiens. Caeterum aquae et olei mixtura tepidum generat calorem mollitque et mitigat moderate, habens facultatem, cujus potiffimum effe

γορεῖν μετρίως, ὑπάρχον δυνάμεως ὁποίας μάλιστα ἐδείχθη δεῖν εἶναι τὰ πέττοντά τε καὶ τὰ διαφοροῦντα.

μγ'.

Τεκμαίρεσθαι δ' ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω· ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα.

Οὐ πᾶν τὸ μέλλον ἔσεσθαι διδάσκει ἐκ τῶν οὔρων, ἀλλὰ σωτηρίαν ἢ θάνατον· σωτηρίαν μὲν γὰρ δηλοῖ τὰ παχύτερα καὶ ὠχρότερα. σαφῶς δὲ τὰ παχύτερα τοῖς λεπτοῖς παραβάλλων εἶπεν, οὐ τοῖς κατὰ φύσιν, ὡς καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν ἠξίουν ἀκούειν· οὔτε γὰρ ἂν παχέα λέγοις, ἑρμηνεύειν ὀρθῶς ἐθέλων, οὔτε λεπτὰ τὰ κατὰ φύσιν οὖρα. τά γε μὴν λεπτὰ καὶ μέλανα χείριστα· πρὸς γὰρ τῶν λεπτῶν μόνον γινομένων ἄπεπτον δηλοῦται τὸ νόσημα· τὸ γὰρ ἀκριβῶς λεπτὸν ὑδατῶδές ἐστιν, ὥστε καὶ λευκόν. αἱ δὲ τῶν

debent, ut demonftravimus, quae tum concoquunt tum difcutiunt.

XLIII.

Conjectare vero oportet ex urinis quid futurum fit. Si namque craffiores pallidioresque fuerint, meliores, fi vero tenuiores et nigriores, deteriores.

Non quicquid futurum fit ex urinis docet, fed vel falutem vel mortem. Salutem enim indicant craffiores et pallidiores. Craffiores autem perfpicue dixit, tenuibus et non naturalibus comparans, ut et paulo ante intelligere volui, neque enim craffas urinas, neque tenues, quae fecundum naturam funt, dixeris, fi recte volueris interpretari. Sane tenues et nigrae deterrimae funt. A tenuibus fiquidem folis morbus crudus indicatur. Nam quod exacte tenue eft, id aquofum eft, quapropter et album.

οὔρων προγνώσεις ἐν τοῖς εἰς τὸ προγνωστικὸν ὑπομνήμασιν εἴρηνται.

μδ'.

Ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχῃ, χρόνον τε σημαίνει καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω τὴν ἀνωμαλίην.

Καὶ τοῦτο γὰρ φυλάττων ἐπὶ τῶν νοσούντων εὑρήσεις ἀληθὲς, εἰς χρόνον πλείονα καὶ μεταβολὰς μεταξὺ γιγνομένας ἐμπίπτοντα τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τοῖς ποικίλοις οὔροις· πλείους γὰρ αἱ διαθέσεις δηλοῦνται αἱ μὴ τῆς αὐτῆς θεραπείας δεόμεναι, οὐδὲ τὴν ἴσην ἔχουσι προθεσμίαν τῆς λύσεως.

με'.

Τοὺς δὲ ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν ἐᾷν μέχρις ἂν κατα-

Sed praenotiones ex urinis in commentariis prognostici dictae sunt.

XLIV.

Si autem mutationes habeant, temporis diuturnitatem indicant morbusque necessario tum ad deterius, tum ad melius commutat inaequalitatem.

Nam si id et in aegrotantibus observaveris, verum comperies, hominem ex urinarum varietate in longius decidere tempus, atque medias incurrere permutationes. Plures namque significantur affectiones, quae non eadem egent curatione, neque aequalem habent solutionis praefinitionem.

XLV.

Inconstantes vero febres, donec constent, sinere oportet.

στῶσιν· ὁκόταν δὲ στῶσιν, ἀπαντῆσαι διαίτῃ καὶ θεραπείῃ τῇ προσηκούσῃ, κατὰ φύσιν θεωρέων.

Ἀκαταστάτους πυρετοὺς εἴρηκεν ἐφ' ὧν μηδέν ἐστι καθεστηκὸς, ὅπερ σημαίνει τὸ βέβαιον· ἔστι δὲ βέβαια τὰ ἐν ταῖς περιόδοις φαινόμενα καὶ τοῖς οὔροις, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἠκριβωμέναις ἰδέαις τῶν πυρετῶν. αἱ μὲν οὖν περίοδοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ φαίνονται ταῖς πρώταις ἡμέραις· [148] τὰ δὲ ἐπιγίνεται ἄλλοτε ἄλλα καὶ πολλάκις τρὶς καὶ τετράκις οὐρεῖν, διά γε τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς συμβαίνει· καὶ ἀνόμοια φαίνεται τὰ οὖρα πρὸς ἄλληλα. τὴν τοίνυν ἰδέαν τοῦ τοιούτου πυρετοῦ ἀκατάστατον εἶναί φησιν, ὅπερ ταὐτόν ἐστι σημαίνειν τῷ μὴ διασώζοντι τὴν ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς. ἐδήλωσα δέ σοι τὰς ἀκριβεῖς ἰδέας τῶν πυρετῶν ἔν τε τοῖς περὶ διαφορᾶς αὐτῶν ὑπομνήμασι κἀν τῷ δευτέρῳ περὶ κρίσεων· ἐπὶ τῶν τοιούτων οὖν πυρετῶν ἀξιοῖ μὴ κατ' ἀρχὰς τῇ διαίτῃ χρῆσθαι, ἀλλ' ἐᾶν ἕως ἂν ἴδωμεν ποῖοί τινές εἰσι καὶ τηνικαῦτα τὸ τῆς διαίτης εἶδος ὁρίζειν.

Quum autem conſtiterint, victu et curatione convenienti occurrere, facta ſecundum naturam ſpeculatione.

Febres inconſtantes dixit, in quibus nihil conſtans exiſtit; quod ſignificat ſtabile. Sunt autem ſtabilia quae in periodis et urinis et exquiſitis febrium ideis apparent. Periodi itaque principium non oſtendunt primis diebus. Urinae vero ſuperveniunt alias aliae et ſaepenumero ter quaterque interdiu et noctu mejere contingit diſſimilesque inter ſe apparent urinae. Ideam ergo talis febris inconſtantem eſſe ait, quod idem ſignificatione eſt ac quae plane ideam unam non ſervat. Expoſui tibi exquiſitas febrium ideas et in commentariis de febrium differentiis et in ſecundo de criſibus. In hujusmodi itaque febribus non in principio victu uti praecipit, ſed ſinere, donec qualis ſit febris cognoſcamus et tunc victus formam praeſinire.

μστ'.

Εἰσὶ δὲ ὄψιες πολλαὶ τῶν καμνόντων.

Ὄψιας εἴρηκεν ὡσανεὶ διαφορὰς ἢ τρόπους ἢ ἰδέας· τῶν καμνόντων δὲ, ἀντὶ τοῦ τῶν τοῖς κάμνουσιν γινομένων νοσημάτων. ἐδείχθη γὰρ ἤδη πολλάκις ὡς ἅπασι τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἐστὶν ἀπό τε τῶν παθημάτων ἐπὶ τοὺς πάσχοντας αὐτοὺς μεταφέρειν τὰς προσηγορίας, ἀπό τε τῶν πασχόντων ἐπὶ τὰ πάθη· ὡς μηδὲν διαφέρειν τῶν πυρετῶν εἰπεῖν διαφορὰς ἢ τῶν πυρεττόντων, οὕτως δὲ καὶ πλευριτικῶν ἢ συναγχικῶν ἢ πλευρίτιδος ἢ συνάγχης. ὄψιας οὖν εἶπε καμνόντων, ἐπειδὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοὺς θεωροῦντες εὑρίσκομεν τὰς διαφοράς.

μζ'.

Διὸ προσεκτέον τῷ ἰωμένῳ, ὅκως μὴ διαλήσεταί τις τῶν προφάσιων.

XLVI.

Sunt autem facies aegrotantium multae.

Facies dixit quaſi differentias vel modos vel ſpecies, *aegrotantium* vero, pro iis, qui aegrotantibus oriuntur, morbis. Jam enim ſaepius demonſtratum eſt eam eſſe antiquis omnibus conſuetudinem, ut ab affectibus ad affectos et ab affectis ad affectus transferant appellationes, quaſi febrium vel febrientium differentias dicere nihil referat, ſic et pleuriticorum vel angina laborantium, aut pleuritidis vel anginae. Facies ergo dixit laborantium, quoniam eos oculis contemplantes reperimus differentias.

XLVII.

Quare medenti animadvertendum eſt, ne aliqua ipſum manifeſta cauſa lateat.

Ἐμάθομεν ὅτι τὰς φανερὰς αἰτίας ὀνομάζει προφάσεις· ἀλλὰ καὶ νῦν εὔδηλός ἐστιν ἐπὶ τούτου φέρων τὴν προσηγορίαν. ἐπιφέρει γοῦν·

μη'.

Μήτε τῶν κατὰ λογισμὸν μήτε ὁκόσας εἰς ἀριθμὸν ἄρτιον ἢ περισσὸν δεῖ φανῆναι.

Ὡς τῶν αἰτιῶν τὰς μὲν φανερὰς ἁπάντων γινωσκόντων ἄνευ τεχνικοῦ λογισμοῦ, τὰς δὲ μόνων τῶν χρωμένων τῷ τεχνικῷ λογισμῷ· προσέχειν δὲ δεῖ, φησι, κἀκείναις, ἃς ἐς ἄρτιον ἢ περιττὸν φανῆναι δεῖ.

μθ'.

[149] *Μάλιστα μὲν οὖν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν εὐλαβέεσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἑτεροῤῥεπέας ποιοῦσι τοὺς κάμνοντας.*

Quod manifeſtas cauſas occaſiones appellet didicimus, ſed et nunc eam de his appellationem ferre conſtat. Infert igitur:

XLVIII.

Neque earum quae ratiocinatione cognoſcuntur, neque earum quas die pari aut impari apparere oportet.

Quaſi cauſarum alias quidem manifeſtas absque ratiocinatione artificioſa cognoſcant omnes, alias vero ſoli qui ratiocinatione artificioſa utuntur. His quoque et attendendum, ait, quas in numerum parem vel imparem apparere oportet.

XLIX.

Maxime igitur numerus impar verendus eſt. Quod hi dies in alterutram partem aegrotos procumbere faciant.

Οὐχ ἁπλῶς ἀκουστέον ἐστὶν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, μέγα δύνασθαι τὰς περισσὰς ἡμέρας, ὡς μεταβολὰς ἑκατέρως ἀξιολόγους ἐμποιούσας εἰς ὑγείαν τε καὶ θάνατον· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἑτεροῤῥεπέας. ἐπὶ μὲν τῶν ὀξέων ἡ γ' καὶ ἡ ε' καὶ ζ' καὶ θ' καὶ ια' καὶ ιδ' καὶ ιζ', ἐπὶ δὲ τῶν χρονίων ξ' καὶ π'. μέσαι δ' αὐτῶν εἰσι κ' καὶ λδ' καὶ μ', περιτταὶ δὲ καὶ αὗται.

ν'.

Φυλάττεσθαι οὖν δεῖ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἐν ᾗ ἤρκται ἀσθενέειν ὁ κάμνων, ἰδόντα τὴν ἀρχὴν ἐξ ὅτου καὶ ὅτε· ἡγέεται γὰρ τοῦτο τὸ πρῶτον εἰδῆσαι. ὁκόταν δὲ ἔρῃ αὐτὸν καὶ διασκέψῃ πάντα, πρῶτον μὲν κεφαλὴν ὅπως ἔχῃ, εἰ ἀνάλγητος καὶ μὴ βάρος ἔχῃ ἐν ἑωυτῇ· ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ τὰ πλευρὰ, εἰ ἀνάλγητα. ὑποχόνδριον μὲν γὰρ εἰ ἐπίπονόν ἐστιν ἢ ἐπηρμένον ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα ἢ κόρον ἢ πλευροῦ ἀλγηδὼν ἐνείη καὶ ἅμα τῷ ἀλγήματι ἢ βηχίον ἢ στρόφος ἢ πόνος κοιλίης. ὁκόταν

Dies impares multa pollere virtute, non ſimpliciter, ſed in acutis morbis eſt intelligendum, quod inſignes in utramque, tum ſalutem, tum mortem mutationes efficiant; id enim ſignificat in alterutram partem procumbentes. In acutis quidem *hi ſunt*, tertius, quintus, ſeptimus, nonus, undecimus, decimusquartus et decimus ſeptimus. In longis ſexageſimus et octogeſimus. Medii horum ſunt vigeſimus, trigeſimusquartus et quadrageſimus. Impares autem et hi.

L.

Obſervare itaque oportet primum diem, quo aeger debilis eſſe coepit, cognito unde et quando principio, id enim noſſe praecipuum exiſtimatur. Quum autem ipſum aegrum *interrogaveris, etiam omnia conſideraveris, in primis quidem, quomodo caput habeat, an dolore vacet, neque gravitatem in ſe habeat, deinde an hypochondria lateraque dolore careant. Si videlicet hypo-*

δέ τι τούτων παρῇ ἐν ὑποχονδρίῳ, μάλιστα λύειν τὴν κοιλίην κλυσμοῖσι· πινέτω δὲ μελίκρητον θερμὸν ἀφη-(102) ψημένον. καταμανθάνειν δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἐξαναστάσεσιν, εἰ λειποθυμέῃ καὶ εἰ τοῦ πνεύματος εὐφορίη αὐτὸν ἔχει. ἰδεῖν δὲ καὶ διαχώρησιν, μή τι μέλαν ἰσχυρῶς διεχώρησεν χρῶμα ἢ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα· καὶ ὁ πυρετὸς εἰς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος. κατιδὼν δὲ εὖ μάλα τοὺς τοιούσδε ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι τριταίους, πρὸς ταῦτα ἤδη καὶ τὰ ἄλλα συνορῇν· καὶ ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὅμοιον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίγνεται. τὰ δὲ σημεῖα ἡ μὲν μελαίνη διαχώρησις θάνατον σημαίνει, ἡ δὲ ὁμοίη τῷ ὑγιαίνοντι, ὁκόταν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται, σωτήριον.

Φυλάττεσθαί φησι χρῆναι πρῶτον μὲν τὴν πρώτην

chondrium doleat aut attollatur, aut obliquitatem aliquam habeat aut ſatietatem, aut lateris dolor affuerit, ſimulque cum dolore aut tuſſicula aut tormina aut ventris dolor, quum autem horum quicquam hypochondrio adſuerit, alvum potiſſimum clyſmis ſolvere oportet. Bibat autem mulſam calidam coctam. At et perdiſcendum, an in exurrectionibus defectu animi corripiatur et an ſpiritus ducendi facilitas ipſum habeat. Inſpicienda vero quoque dejectio, num vehementer atro colore prodierit, vel ſincera, quales ſunt ſanorum dejectiones, et an tertio die exacerbetur febris. Ubi autem hujusmodi tertianos circuitus in his morbis probe admodum inſpexeris, praeterea jam et alia conſideranda ſunt, et ſi quartus dies tertio quicquam his in ipſis ſimile habuerit, aeger in periculo verſatur. Ex ſignis autem nigra dejectio mortem ſignificat, quae vero ſani dejectioni ſimilis eſt, ubi per omnes dies apparuerit, ſalutaris.

Obſervandum in primis ait primum eſſe diem, in quo

ἡμέραν, ἐν ᾗ γνῶναι κελεύει τὴν αἰτίαν τοῦ νοσήματος· τὸ γὰρ ἐξ ὅτου καὶ ὅτε τὸ τί ποτ' ἐστὶ τὸ νόσημα δηλοῖ. πυνθάνεσθαι δὲ κελεύει πρῶτον μὲν τὴν κεφαλὴν ὅπως ἔχει, ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ πλευράς. ὑποχόνδριον μὲν εἴ τις ἐστὶν ὀδύνη ἢ ἐξήρτηται ἤ τινα ἔχει σκολιό- [150] *τητα, τουτέστιν ἀνωμαλίαν· ὅπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἔγραψεν, εἰ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερά. ἢ εἰ κόρον ἔχει, φησὶ, τοῦτο δέ μοι δοκεῖ τὴν πλήρωσιν τῶν σιτίων εἶναι. ἐρωτᾷν δὲ ἀξιοῖ καὶ τὰ ἄλλα περὶ τὴν ἑξῆς λέξιν· κἄπειτα κελεύει, τῶν μὲν ὑποχονδρίων πεπονθότων λύειν τὴν κοιλίαν κλυσμοῖς, πίνειν δὲ μελίκρατον θερμὸν ἀφηψημένον. ἀδιορίστως δὲ ταῦτ' εἰπὼν ἐφεξῆς γράφει· καταμανθάνειν δὲ χρὴ καὶ τὰ ἐν ταῖς ἐξαναστάσεσιν, εἰ λειποθυμεῖ καὶ ἢν τοῦ πνεύματος, φησὶν, εὐφορίῃ αὐτὸν ἔχει· τοῦτο δ' ἀντίκειται τῷ λειποθυμοῦντι. ὁρᾷν δ' ἀξιοῖ καὶ τὸ διαχώρημα, πότερον μέλαν ἐστὶν ἢ καθαρὸν καὶ ἄμεμπτον, ὁποῖον τῶν ὑγιαινόντων, ὥσπερ καὶ εἰ ὁ πυρετὸς εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐπιπαροξύ-*

morbi caufam cognofci jubet, nam *unde et quando* quisnam fit morbus indicat. Interrogari autem praecipit in primis quidem quo modo habeat caput, mox hypochondria et latera. Hypochondrium quidem, fi quis dolor fit, aut tollatur, aut quandam habeat obliquitatem, hoc eft inaequalitatem, quod in prognoftico his verbis fcripfit: *fi inaequaliter affecta dextra ac finiftra parte. Vel fi fatietatem habeant*, inquit, quod ciborum repletionem effe arbitror. Interrogari quoque et alia, quae in dictione fequenti habentur, jubet. Deinde hypochondriis ita affectis, folvere alvum clyfteribus imperat mulfamque bibere calidam et coctam. Sed indiftincte haec loquutus deinceps fcribit: *Sed et perdifcendum, fi quum exurgit, defectu animi corripiatur, et fi*, inquit, *ipfe facilem fpiritum ducat*, quod defectu animi correpto opponitur. Infpiciendam praeterea jubet dejectionem, utrum nigra fit, aut fincera et inculpata, qualis fanorum eft, quemadmodum et fi febris tertio exacerbetur die. His ita fe habentibus, fi

νεται. τούτων οὕτως ἐχόντων ἐὰν ἡ δ' τῇ γ' παραπλήσιον ἔχῃ τι κατὰ τὸν παροξυσμὸν, κινδυνώδη δηλονότι ταύτην φησί. τὸ γὰρ καὶ τὴν δ' ἡμέραν ἐπίδηλον οὖσαν τῆς ζ' νεωτερίσαι τι τῶν χαλεπῶν ἐστι σημείων· ὁ δὲ νεωτερισμὸς δῆλος. εἰ γὰρ τῇ α' τῶν ἡμερῶν καὶ τῇ γ' παροξυσμὸς ἐγένετο, τῇ β' δὲ οὐκ ἐγένετο, προσῆκον ἦν τὴν ε'. ἔχειν παροξυσμὸν, τὴν δὲ δ' μὴ ἔχειν· ἔχουσα τοίνυν καὶ αὕτη κακοῦ τινος ἑτέρου γένεσιν ἐνδείκνυται. εἰ δὲ καὶ μέλανα διαχωρήσειε, θάνατον ἔσεσθαι δηλοῖ. μέμνησο δὴ τούτου παραλιπὼν τὰ πολλὰ τῶν εἰρημένων. εἰ γὰρ τῇ α' τῶν ἡμερῶν ἡ γ' τὸν ἀνάλογον ἤνεγκε παροξυσμὸν, νεώτερον μὲν, εἰ καὶ ἡ δ' παρώξυνεν· εἰ δὲ καὶ μέλανα διεχώρησεν, ὀλέθριόν ἐστι τὸ σημεῖον· ἐὰν δὲ πάλιν ὅμοια τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας διαχωρῇ, σωτηρίαν ἔλπιζε τοῦ κάμνοντος ἔσεσθαι.

να'.

Ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, ἐνῇ δὲ τοῦ πνεύματος

quartus dies tertio quicquam fimile in acceffione habuerit, periculofum eum effe afferverat, nam quartum diem, qui feptimi index eft, rem novam edere ex periculofis eft fignis. Rei autem novae editio manifefta. Nam fi primo die et tertio acceffio fiat et fecundo facta haudquaquam fuerit, quod quintus acceffionem habiturus fit par eft et non quartus, quapropter fi quartus habuerit, mali cujuspiam alterius generationem demonftrat. Si autem et nigra dejecerit, mortem indicat fore. Tu autem multa ex dictis praetermittens memoriam rei hujus habe. Nam fi primo et tertio die confentaneam attulerit acceffionem febris, recentius quidem fi et quartus paroxyfmum fecerit, fed fi et *aeger* nigra dejecerit, fignum eft lethiferum. Quod fi rurfum diebus omnibus fanis fimilia dejecerit, falutem aegro futuram fpera.

LI.

Quum autem alvus glandi fubditae non cefferit et facilis

εὐφορίη, διαναστὰς ἐπὶ τὸν θρόνον ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ ἢν ἀψυχίη ἐνῇ· ταῦτα δὲ ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι ἢ τῇ καμνούσῃ κατ᾽ ἀρχὰς, παραφροσύνην προσδέχου ἐσομένην.

Συγκέχυται τῆς ῥήσεως ταύτης ἡ διάνοια. τὸ γὰρ ὅταν βάλανος μηδὲν ἀνύῃ, δοκῇ δ᾽ εὐφόρως ἔχειν ὁ κάμνων, εἴ γε κἂν ταῖς διαναστάσεσι λειποψυχεῖ, παραφροσύνην προσδέχεσθαι, κακῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, μήτε τῆς ἐμπειρίας μαρτυρούσης αὐτῷ μήτε τοῦ λογισμοῦ. γένοιτο γὰρ ἂν ποτε καὶ τοιοῦτόν τι· αἱ δὲ προγνώσεις εἰσὶν οὐ τῶν σπανίως γιγνομένων, ἀλλὰ τῶν διὰ παντὸς ἢ ὡς τὸ πολύ.

νβ'.

Προσέχειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσίν· ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόσταξιν αἵματος διὰ ῥινῶν ἐσομένην.

ſpiratio affuerit ſurgensque aeger *ad ſedem aut in ipſius lecto animi defectu corripiatur, quum haec aegro aut aegrae inter initia affuerint, delirium affore expecta.*

Confuſa eſt hujus textus intelligentia. Nam ubi glans nihil profecerit videaturque aeger facile ferre, ſi utique et quum exurgit, defectu animi corripiatur, delirium expectandum, male dictum eſſe mihi videtur, quum rei huic neque experientia, neque ratio patrocinentur, quanquam tale quicquam aliquando fiat. Praenotiones tamen non eorum ſunt, quae raro accidunt, ſed eorum, quae ſemper aut magna ex parte.

LII.

Mens vero manibus quoque adhibenda eſt. Nam ſi tremulae fuerint, huic ſanguinis e naribus deſtillationem futuram expecta.

[151] *Καὶ οὗτος ὁ λόγος οὐ τὸ διηνεκές, οὐδ᾽ ὡς τὸ πολύ τι γιγνόμενον, ἀλλὰ τὸ σπάνιον διδάσκει.*

νγ'.

Ὁρῆν δὲ χρὴ αὐτοὺς τοὺς μυκτῆρας, ἢν ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι᾽ ἀμφοτέρων ἕλκηται· καὶ ἢν πολὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων, φιλέει γίνεσθαι σπασμός· ἢν δὲ σπασμὸς γένηται, τῷ τοιῷδε θάνατος προσδόκιμος καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

Ουσῶν τῶν χειρῶν τρομωδῶν, οὕτω γὰρ προσῆκον εἰπεῖν, εἰ τὸ πνεῦμα πολὺ φέρεται δι᾽ ἀμφοτέρων τῶν μυκτήρων, σπασμὸν ἐπιγίνεσθαί φησιν· εἴωθε δ᾽ οὕτω καλεῖν τὴν σπασμώδη διάθεσιν, γινομένην κατὰ τῶν τὰ πτερύγια τῆς ῥινὸς κινούντων μυῶν.

νδ'.

Ἢν δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ ἡ γλῶσσα τραχείη γένηται καὶ

Hic quoque ſermo neque quod continuum ſit, neque quod plerumque, ſed quod raro accidat, docet.

LIII.

Inſpicere vero ipſas quoque nares oportet, an per utrasque ſpiritus aequaliter trahatur, et ſi multus e naribus feratur, convulſio fieri aſſolet, ſi vero convulſio fiat, huic mors expectanda eſt, quam praedicere pulchrum fuerit.

Quum tremulae ſunt manus, nam ita dicere conſentaneum eſt, ſi ſpiritus multus per utrasque nares feratur, convulſionem ſupervenire ait. Conſuevit autem ita appellare convulſivam affectionem, quae in muſculis naris pinnas moventibus fit.

LIV.

At ſi in febre hiberna lingua aſpera fiat adſintque animi

ἀψυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπάνεσις εἶναι τοῦ πυρετοῦ· ἀλλ᾽ ὅμως τὸν τοιόνδε παραφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ καὶ ὑδατοποσίῃ καὶ μελικρήτου πόσει καὶ χυλοῖσι παραφυλάσσειν· μηδὲ πιστεύων τῇ ἀνέσει τῶν πυρετῶν, ὡς οἱ τὰ τοιάδε ἔχοντες σημεῖα ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν. ὁκόταν δὲ ταῦτα συνειδῇς, οὕτω προλέγειν, ἤν σοι ἀρέσκῃ, θεωρήσας εὖ μάλα.

Χειμερινὸν πυρετὸν ἔνιοι μὲν ἁπλῶς ἀκούουσι τὸν ἐν χειμῶνι γινόμενον, ἔνιοι δὲ τὸν οἰκεῖον φύσει χειμῶνι, εἴη δ᾽ ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπὶ φλέγματι, καθάπερ ὁ θερινὸς ἐπὶ χολῇ. ἐὰν οὖν, φησιν, ἐπὶ τῷ τοιῷδε πυρετῷ γλῶσσα γένηται τραχεῖα καὶ λειποθυμίαι, συγγινώσκειν αὐτὸν ὄντα κινδυνώδη καὶ διὰ τοῦτο μὴ πιστεύειν ταῖς ἐπανέσεσι τῶν πυρετῶν, ὅταν μετὰ συμπτωμάτων ἢ σημείων μοχθηρῶν γίγνωνται, καθάπερ νῦν ἅμα τῇ λειποθυμίᾳ τε καὶ τῇ τῆς γλώττης τραχύτητι. μὴ τοίνυν, φησὶν, ἀμελῶς διαίτα τοὺς κάμνοντας, ἀλλ᾽ ὕδωρ τε καὶ μελίκρατον καὶ χυλὸν (103)

deliquia, huic remiſſio febris contingere conſuevit. Verumtamen eum ſumma inedia curare oportet et aquae ac mulſae potione ptiſanaeque cremore. Neque febris remiſſioni ſidendum eſt, quod hujusmodi ſigna habentes in mortis periculis verſentur. Quum autem haec cognoveris optimeque contemplatus fueris, ita fore, ſi lubeat tibi, praedicendum.

Nonnulli febrem hibernam ſimpliciter intelligunt eam quae hieme fit, alii eam quae hiemi peculiaris ſit. Ea autem ex pituita eſt, veluti aeſtiva ex ipſa bile. Si ergo, inquit, in hujusmodi febre lingua aſpera fuerit, atque animi defectus, eam periculoſam eſſe eſt fatendum, ob idque febrium remiſſioni ſidendum non eſt, ſi cum pravis ſiant tum ſymptomatis tum ſignis, veluti nunc cum animi defectu et linguae aſperitate. Non negligenter itaque ait regendos aegros, aquamque et mulſam et

πτισάνης ῥοφεῖν δίδου. δόξει δὲ ταῦτα μάχεσθαι τῷ χρῆναι λιμοκτονεῖν· ἡ γὰρ λιμοκτονία μάλιστα μὲν ἀσιτίαν παντελῆ σημαίνει· εἰ δ᾽ οὖ, ἀλλὰ τήν γε ἐπὶ τοῖς πόμασι μόνοις δίαιταν· οὕτως δὲ καὶ μελίκρατον καὶ χυλὸν πτισάνης συνεχώρησε δίδοσθαι. δοκεῖ δέ μοι διὰ τοῦτο λιμοκτονεῖν λέγειν αὐτοὺς, ὅτι χρονίζουσι τὰς ἐπανέσεις τῶν πυρετῶν ἴσχοντες εὐφορωτάτας, ὡς ἐξαπατηθέντας τινὰς τροφὴν ἰσχυροτέραν δοῦναι καὶ μάλιστα διὰ τὴν λειποθυμίαν· ὡς πρὸς τοιαύτην οὖν δίαιταν ἡ διὰ τοῦ μελικράτου τε καὶ τοῦ χυλοῦ γιγνομένη ἐν πολλαῖς ἡμέραις εἴρηται ὀρθῶς λιμοκτονία.

νέ.

[152] Ὁκόταν δ᾽ ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι γένηται πεμπταίοισιν ἐοῦσιν, ἥ κοιλίη τε ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσει καὶ ἀψυχίη γένηται ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ ἢ σπασμώδης γένηται ἢ λυγμώδης, ἐπὶ τούτοισιν καὶ ἀσώδης φιλέει γί-

ptisanae cremorem exhibendum. Sed sane haec pugnare videntur adversus id quod summa inedia eos macerandos esse dixerit. Nam summa inedia maxime quidem abstinentiam integram significat, aut si non, saltem eam quae in potibus solis sit, victus rationem. Sic sane et mulsam et ptisanae cremorem dare permisit. Videtur ergo mihi eos ob id fame integra macerandos dicere, quod qui remissiones hujusmodi quietissimas habent, longo ita tempore in his morentur protrahantque, ut falsi circumventique nonnulli validiorem ministraverint alimoniam et potissimum ob animi defectionem. Quo sit ut ad hunc victum, qui per mulsam atque ptisanae cremorem multis fit diebus, is recte dictus sit limoctonia, *quod integra inedia est.*

LV.

Καὶ τὸ τῶν φαρμάκων πρῶτον καὶ δεύτερον ἀναγωγὰ πτυέλων ἐστί· τὸ δὲ διὰ τοῦ μέλανος ἐλλεβόρου, γαστρὸς ὑπακτικόν· τὸ δὲ διὰ τοῦ πάνακος, οὗτος εἶπεν εἰς ὃ ἂν χρήσιμον ὑπάρχῃ.

οα'.

Δυσεντερίη ἀπόστημα ἢ ἔπαρμά τι παυσαμένη ποιήσει, ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς ἢ ἱδρῶτας καὶ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λίαν ἐπιφανῆ ἢ ἐς τριταίους ἢ ἐς κιρσὸν ἢ ἐς ὄρχιν ἢ ἐς σκέλεα ἢ ἐς ἰσχίον στηρίξῃ ὀδύνη.

Καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀδιόριστός ἐστιν, οὔθ' ὁποίαν λέγει δυσεντερίαν ἐνδειξαμένου τοῦ συγγραφέως, οὔτε πᾶσα ἐπαύσατο ταῦτ' ἐπιφέρουσα.

οβ'.

[163] *Ἐν πυρετῷ χολώδει πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας μετὰ*

Medicamentorum primum et ſecundum ſputa educunt. Sed quod ex elleboro nigro conficitur, alvum ſubducit. Quod vero ex panace eſt, quibusnam utile ſit ipſe recenſuit.

LXXI.

Dyſenteria ſedata abſceſſum aut tumorem aliquem faciet, niſi deſierit *aut in febres aut ſudores aut urinas craſſas et albas valde perſpicuas, aut in tertianas aut in varices aut in teſticulum aut in crura aut in coxam dolor decubuerit.*

Hic quoque ſermo ſine diſtinctione eſt, quod neque qualem dicat dyſenteriam auctor demonſtraverit, et quod neque omnis quae ceſſaverit haec inſerat.

LXXII.

In bilioſa febre morbus regius ante ſeptimum diem cum

ῥίγους ἴκτερος ἐπιγινόμενος λύει τὸν πυρετόν· ἄνευ δὲ ῥίγεος ἢν ἐπιγένηται ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον.

Οὐ δήπου πρὸ τῆς ζ′ μετὰ ῥίγους ἐπιγενόμενος ἴκτερος λύει τὸν πυρετὸν, οὐχὶ δὲ μετὰ τὴν ζ′, ἀλλ' ὁ διορισμός ἐστι τοιόσδε· τοῖς πυρέττουσιν ἴκτερος ἐπιγίγνεται, ἐνίοτε μὲν ὡς σύμπτωμα τῆς κατὰ τὸ ἧπαρ διαθέσεως, ἐνίοτε δὲ τὴν χολὴν τῆς φύσεως ἐκκρίνειν διὰ τοῦ δέρματος ἐπιχειρησάσης, εἶτα μὴ δυνηθείσης αὐτὸ, καθάπερ εἴωθεν ἐπὶ πάντων γίνεσθαι τῶν ἀποστημάτων· εἴρηται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἰκτέρων ἐν ἀφορισμοῖς.

ογ′.

Τέτανος δὲ ὀσφύος καὶ ἐπὶ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψιες ὁκόταν ἔωσι, φλεβοτομίη λύεται.

Ὅταν δὲ, φησὶ, διὰ μελαγχολικὸν αἷμα πλεονάζον ἐν

rigore ſuccedens febrem ſolvit, citra rigorem vero intempeſtive obortus lethale.

Neque ſane ante ſeptimum diem cum rigore ſuccedens morbus regius febrem ſolvit, neque poſt ſeptimum. Sed ita diſtinguere oportet. Febricitantibus morbus regius ſupervenit, interdum quidem tanquam affectionis hepatis ſymptoma, interdum quoque natura bilem per cutim excernere contendente, ſed id nequeunte, velut in abſceſſibus omnibus fieri conſuevit. Verum in aphoriſmis de hujusmodi morbis regiis enunciatum eſt.

LXXIII.

Lumborum tetanus atque in melancholicis per venas ſpirituum interceptiones quum fuerint, venae ſectione ſolvuntur.

Quum, inquit, ob melancholicum ſanguinem in venis

ταῖς φλεψὶ πνευμάτων ἀπολήψιες γίνωνται, φλεβοτομία ταῦτα λύει. πνευμάτων δὲ ἀπόληψιν εἰ μὲν τῶν κατὰ τὰς ἀρτηρίας λέγει (καὶ γὰρ καὶ ταύτας φλέβας ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ) τί ἄλλο ἢ ἀσφυξία γένοιτ' ἂν τὸ πάθος; εἰ δὲ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα, πάλιν ἐνταῦθα τὴν καλουμένην ἄπνοιαν αἰνίττεται. δύναται δὲ καὶ πλῆθός τε καὶ πάχος αἵματος οὐ μόνον τὰς ἀρτηρίας πνευματῶσαί ποτε καὶ διέξοδον οὐκ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ ταύτας τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλέβας.

οδ'.

Ὁκόταν δὲ ἀπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀντισπῶνται καὶ περὶ τὸν τράχηλον καὶ πρόσωπον ἱδρῶτες, ὑπὸ τοῦ πόνου δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων καὶ τῶν οὐρωδέων, οἳ παχύτατοι μὲν τὴν ῥάχιν ξυνέχουσιν, ἢ οἱ μέγιστοι σύνδεσμοι καταπεφυκότες, ἕως εἰς πόδας ἀποτελευτῶσι· τῷ τοιῷδε ἢν μὴ πυρετὸς καὶ ὕπνος ἐπιγένηται καὶ ἑπόμενα οὖρα πέψιν ἔχοντα ἔλθῃ καὶ ἱδρῶ-

redundantem ſpirituum interceptiones fiunt, venae ſectio haec ſolvit; ſi interceptionem dicat ſpirituum, qui in arteriis ſunt (etenim et arterias antiqui venas appellabant) quaenam alia fuerit affectio quam pulſus defectio? ſi vero eorum, qui in pulmone ſunt, *ſpirituum interceptionem dicat*, rurſum et appellatam reſpirationis privationem obſcure ſignificat. Poteſt quoque ſanguinis tum copia tum craſſitudo non arterias modo inflare, ut permeare non poſſit, verum quoque et proprie appellatas venas.

LXXIV.

Quum autem a tendonibus vehementer in anteriorem partem revelluntur ſudoresque circa cervicem et faciem oriuntur, dum prae dolore mordentur ac reſiccantur tendines adusque oſſis ſacri extremum exporrecti, qui quidem craſſiſſimi ſpinam continent, qua parte maxima ligamenta exorta ad pedes usque deſinunt. Huic niſi febris et ſomnus ſucceſſerit et quae ſequuntur coctionem habentes urinae ſudoresque judicatorii prodierint, vinum

τες κριτικοὶ, πίνειν οἶνον Κρητικὸν οἰνώδεα καὶ ἄλητον ἑφθὸν ἐσθίειν καὶ κηρωτῇ ἀλείφειν καὶ ἐγχρίειν, τά τε σκέλεα περιελίσσειν ἕως τῶν ποδῶν, θερμῷ προσβρέχων [164] ἐν σκάφῃ καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατελίσσειν καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων, σίαλον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξῃ καὶ διαλείπων πυρία τοῖσιν ἀσκίοισι θερμὸν ὕδωρ ἐγχέων καὶ περιτείνων σινδόνιον, ἐπανάκλινε αὐτόν. κοιλίην δὲ μὴ λίην λύσῃς ἢν μὴ βαλάνῳ, ἢν μὴ πολὺν χρόνον ᾖ ἀδιαχώρητος ἐοῦσα. καὶ ἢν μέν τί σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, τοῦ μόδου τῆς ῥίζης τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδει καὶ δαῦκον πίνειν δίδου πρωῒ νήστει πρὸ τοῦ βρέχειν καὶ ταχὺ ἐπὶ τούτοισι τὸ ἄλευρον ἑφθὸν χλιαρὸν ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον καὶ οἶνον ὁκόταν βούληται εὔκρητον ἐπιπινέτω. καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· ἢν δὲ μὴ, προλέγειν.

Creticum vinosum bibendum et pultem seu farinam coctam edendam exhibeto. Cerato quoque perungere atque illinere convenit et crura ad pedes usque calida in pelvi madefacta, velamentis contingere, ac brachia ad digitos usque involvere lumbosque ac spinam a cervice ad coxas usque, molli pelle cerato ex axungia et cera illita obducere, ita ut anteriora etiam contineat. Et ex intervallis per utriculos calida aqua affusa foveto ac linteo obvoluto, ipsum decumbere jubeto. Alvum autem ne admodum nisi balano solveris, nisi ex longo tempore non dejecerit, et si quid tibi processerit in melius, satis; *sin minus, modi radicem in vino odorato tritam et daucum mane jejuno ante calidae perfusionem propina et post haec cito farinam coctam tepidam quam plurimam edat vinumque quum voluerit bene temperatum superbibat, et si res quidem in melius tibi processerit,* bene habet, *sin minus, praedicere* te oportet.

Καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀδιορίστως εἴρηται μετὰ τοῦ καὶ ἀκύρως ἔνια τῶν ὀνόματων γεγράφθαι· τὸ γὰρ ὑπὸ τοῦ πόνου δάκνεσθαι τοὺς τένοντας ἀκύρως λέλεκται, δριμέσι χυμοῖς πρέποντος τοῦ δάκνειν ῥήματος, οὐ τοῖς πόνοις. καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως ἐπὶ τοῦ σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀντισπῶνται, μετὰ ταῦτά φησι, ξηραινομένων τῶν τενόντων οὐρωδέων, οἳ παχύτεροι τὴν ῥάχιν συνέχουσι· τοὺς ἄχρι τοῦ οὐραίου καλέσας οὕτως, ὀνομάζουσι δὲ οὐραῖον τὸ πέρας τοῦ ὀστέου. εἰ δ' ἀμφότερα τὰ μέρη δηλῶσαι βούλεται τεινόμενα καὶ περὶ τὰ πρόσω καὶ ὀπίσω, τέτανον ἐπιτείνασθαι δυνατὸν, καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφη, τετάνοισι δὲ ὀσφύος. οὐκ ἀσφαλῶς δὲ οὐδὲ τῇ πέψει τῶν οὔρων, τὴν ῥαστώνην τῶν παθῶν προγινώσκει· πυρετώδους γὰρ νοσήματος ἀπεψίαι διὰ τῶν οὔρων δηλοῦνται σαφῶς, τῶν δὲ κατὰ τοὺς μῦς οὐκ ἀσφαλὴς ἡ διὰ τῶν οὔρων σημείωσίς ἐστιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν μικρόν· τὸ δ' οἶνον αὐτοῖς διδόναι χωρὶς τοῦ διορίσασθαι πότερον ὑπὸ ψύξεως

Atque hic fermo indiftincte prolatus eft, praeter id quod et nomina quaedam improprie fcripta fint. Nam ob labores morderi tendones, improprie dictum eft, verbo hoc *mordere* acribus humoribus et non doloribus quadrante. Praeterea et quod in principio dictionis dicitur: *Vehementer in anteriorem partem revelluntur.* Deinde ait: *dum reficcantur tendones ad offis facri extremum exporrecti, qui craffiores fpinam continent*, eos qui usque ad extremum protenduntur, ita vocans. Appellant autem *οὐραῖον* offis extremum. Quod fi partem utramque tendi manifeftare velit, atque tum in anteriora tum in pofteriora, tetanus intendi fane poteft, quomodo paulo ante dixit: *Tetani lumborum.* Non tuto autem morbi facilitatem ex urinarum concoctione praenofcit. Nam morbi febrem excitantis cruditates per urinas manifefte declarantur, morborum autem mufculis infidentium fecura non eft per urinas fignificatio, fed hoc quidem exiguum. Vinum autem his exhibere, diftinctione non facta utrumne

Ed. Chart. XI. [164.] Galen. V. (108. 109.)
ἔπαθον ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ αἰτίαν οὐ σμικρὸν ἁμάρτημά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πάνυ προπετές. ἀλόγως δ᾽ εἴρηται καὶ τὸ, κοιλίην δὲ μὴ λύειν, εἰ μὴ βαλάνῳ· λυθείη γὰρ ἄν ποτε ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὠφελίμως. τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα.

οε΄.

Τὰ δὲ νουσήματα πάντα λύεται ἢ κατὰ στόμα ἢ κατὰ κοιλίην ἢ κατὰ κύστιν ἤ τινος ἄλλου τοιοῦδε ἄρθρου· ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη κοινὸν ἁπάντων.

(109) Οὐκ ἔστιν ὁ λόγος καθόλου, οὐδὲ κοινὸς ἁπάντων· οὐ γὰρ διὰ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ μήτρας καὶ διὰ τῆς ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας γιγνομένης αἱ λύσεις γίνονται τῶν νοσημάτων.

ob frigiditatem paſſus aeger fuerit, an aliam ob cauſam, non exiguum eſt delictum, imo ſane praeceps. Citra quoque rationem dictum eſt, ventrem ſolvendum non eſſe, niſi balano. Nam in hujusmodi morbis commode interdum ſolvitur. Caetera textus manifeſta ſunt.

LXXV.

At morbi omnes ſolvuntur aut per os, aut per alvum, aut per veſicam aut alterum quendam ejusmodi articulum. Sudoris autem ſpecies morbis omnibus communis eſt.

Non eſt ſermo univerſalis, neque omnibus communis; non enim per haec ſolum, verum etiam per uterum et per obortam ſanguinis e naribus eruptionem fiunt morborum ſolutiones.

οστ'.

[165] Ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ οἷσιν ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα.

Οὐκ ἀναγκαῖον, ὅσοις ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα πάντας ἐλλεβορίζειν, ἀλλ' ἐνίοτε τῆς κεφαλῆς μόνης ποιεῖσθαι πρόνοιαν εἰθίσμεθα.

οζ'.

Ὁκόσοι δ' ἐξ ἀποστημάτων ἢ φλεβοῤῥαγίης ἢ δι' ἀκρησίην ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὰν αἰτίαν ἔμπυοι γίνονται, μὴ δίδου ἐλλέβορον τοῖσι τοιουτέοισιν· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει, καὶ ἤν τι πάθῃ, αἴτιον δόξειεν εἶναι ὁ ἐλλέβορος. ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ ἢ ἐμπεπλασμένα τὰ οὔατα ἢ ῥὶς ἢ πτυαλισμὸς ἢ τῶν γονάτων βάρος ἢ σώματος ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ τι ἂν συμβαίνῃ, μήθ' ὑπὸ πότων, μήθ' ὑπὸ ἀφροδισίων, μήθ' ὑπὸ λύπης, μήθ'

LXXVI.

Quibus a capite fluxio fertur, his veratrum dare oportet.

Non eſt neceſſarium, quibus a capite fluxio fertur, omnibus veratrum exhibere, imo interdum capiti ſoli providere conſuevimus.

LXXVII.

Quicunque vero ex abſceſſibus aut venae ruptura, aut ob intemperantiam aut ob aliam vehementem quandam cauſam ſuppurati fiunt, his ne elleborum dederis, nihil enim proderit et ſi quid patiatur aeger, *in cauſa eſſe videbitur elleborus. Si vero corpus diſſolvatur, aut dolor in capite ſit, aut oppletae aures aut nares aut ſputatio aut genuum gravitas aut corporis praeter conſuetudinem tumor, quodcunque* horum *contigerit*, dabis, *ſi haec neque a potibus fiant, neque a rebus venereis, neque a moerore, neque a curis, neque a vigiliis obo-*

ὑπὸ φροντίδων, μήθ' ὑπὸ ἀγρυπνιῶν· κἢν μέν τι τουτέων ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείαν.

Φλεβοῤῥαγίην μὲν λέγει τὴν ῥῆξιν τῶν φλεβῶν. ὅτι δ' οὔτε τοὺς ἐκ τοιαύτης αἰτίας ἐμπύους γενομένους ἐλλεβορίζειν προσῆκεν οὔτε τοὺς ἐξ ἀποστημάτων οὔτε τοὺς ἐξ ἄλλης αἰτίας εὔδηλον· οἱ δὲ δι' ἀκρασίαν ἔμπυοι, κακῶς ἐν τῷ νῦν εἴρηται καταλόγῳ, τῆς ἀκρασίης αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν βλαπτούσης τοὺς ἀκρατεῖς, οἷον πλησμονῆς, ἀπεψίας, οἰνοφλυγίας, ἀφροδισίων πολλῶν καὶ ἀγρυπνιῶν, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. προειπὼν δὲ τίσιν ἐλλέβορον οὐ χρὴ διδόναι φησίν· ἢν διαλύηται τὸ σῶμα, τουτέστιν ἐὰν ἔκλυτον ἱκανῶς γένηται, χωρὶς προφάσεως δηλονότι ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ χρόνιος καὶ δύσλυτος (ὑπακοῦσαι γάρ σε τοῦτο κἀν τῷ τῆς κεφαλῆς χρὴ πόνῳ καὶ τοῖς ἐφεξῆς εἰρημένοις ἅπασι, τοῖς ἐμπεπλασμένοις ὠσὶ καὶ ῥινὶ καὶ τῷ πτυαλισμῷ) προστίθησι δὲ γονάτων βάρος καὶ πόνον καὶ σώματος ὄγκον παρὰ

riantur. Et ſi quid ſane horum cauſam fecerit, ad id curationem inſtituere oportet.

Phleborrhagiam venarum ruptionem dicit. Quod autem neque iis qui ex hujusmodi cauſa, neque iis qui ex abſceſſibus, neque iis qui ex cauſa alia ſuppurati facti ſunt, dare elleborum oporteat, perſpicuum eſt. Sed qui ob intemperantiam ſuppurati ſunt, male in hoc catalogo recenſentur, intemperantia ipſa per ſe intemperantes laedente, ut redundantia, cruditate, crapula, venere multa, vigiliis et quibusdam ſimilibus. At ubi praedixit, quibus elleborum exhibere non oporteat, inquit: *Si vero corpus diſſolvatur,* hoc eſt, ſi viribus fractum admodum reddatur, citra manifeſtam cauſam nimirum, aut *dolor in capite* diuturnus et ſolutu difficilis fuerit (nam et id te ſubaudire oportet in capitis dolore, ac deinceps in iis quae ſerie continuata dicuntur omnibus, oppletis auribus, naribus et ſputatione). Adjicit et genuum gravitatem, dolorem et corporis praeter conſuetudinem tumorem. In

τὸ ἔθος· ἐπὶ πάντων γὰρ τούτων ἄνευ φανερᾶς αἰτίας γενομένων ἐλλεβορίζειν συμβουλεύει, διελών τε τὸν καθόλου τοῦτον λόγον εἰς τὰ κατὰ μέρος ἔφη, μήθ' ὑπ' ἀφροδισίων, μήθ' ὑπὸ λύπης, μήθ' ὑπὸ φροντίδος ἢ ἀγρυπνιῶν, τῶν εἰρημένων γεγονότων· εἰ γὰρ ἐκ τούτων τινὸς εἴη γεγονότα, πρὸς τὸ ποιῆσαν αἴτιον ἁρμόττεσθαι κελεύει. τίνα δ' ἐκ τούτων ἁπάντων ὧν εἶπεν ἀληθῶς ἀκριβῶς εἴρηται καὶ τίνα μὴ μεμαθήκατε κἀκ τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων καὶ τῶν ἡμετέρων πραγματειῶν.

οη'.

[166] *Τὰ δὲ ἐκ πορείης ἀλγήματα πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων καὶ ὁκόσα ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες· πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτᾷν ἐκ κραιπαλέων καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα καὶ εἰς ὀσφὺν καὶ ἐς ἰσχίον. οἷσι δ' ἂν αὐτέων ᾖ τοιάδε δυσουρέεται· τούτων δὲ πορείη αἰτίη καὶ κορυζέων καὶ βράγχων.*

his enim omnibus quae ſine manifeſta cauſa facta ſunt, vult elleborum exhibere. Ac divertens hunc ſermonem univerſalem ad particularia, inquit: *Modo neque a venereis, neque a moerore, neque a curis, neque a vigiliis, dicta facta ſint.* Si enim ex horum aliquo facta ſint, adverſus efficientem cauſam idonea praeſcribere jubet. Quae vero ex omnibus his quae recenſuit vere diligenter dicta ſint et quae non, didiciſtis tum in Hippocratis libris tum in commentariis noſtris.

LXXVIII.

Dolores autem laterum, dorſi, lumborum, coxarum, qui ex itinere contingunt et quaecunque inter ſpirandum ex cauſa manifeſta dolent. Saepius enim dolores ex crapulis cibisque flatulentis ad lumbos et coxas venire conſueverunt. Quibus vero ipſorum talia fuerint, his urinae difficultas accedit. Horum autem iter cauſa eſt gravedinis quoque et raucedinis.

Οὐ τεταγμένως ἡρμήνευσε ταῦτα· προειπὼν γὰρ τὰ ἐκ πορείης ἀλγήματα, πλευρῶν, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων, ἔμφασιν ἐποίησεν ὡς μέλλων ἐρεῖν ὅπως τὰ τοιαῦτα θεραπεύηται· κἄπειτα παρενθεὶς, πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτᾷν ἐκ κραιπαλέων καὶ βρωμάτων φυσωδέων, μετὰ ταῦτα ἐπήνεγκεν, ὅσα ἂν ᾖ τοιάδε δυσουρέεται. καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐφεξῆς ἔφη, τούτων δὲ πορείη αἰτίη καὶ κορυζέων καὶ βράγχων· ἀκέφαλον, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐργασάμενος τὸν λόγον.

οθ'.

Ὁκόσα δὲ ἀπὸ διαιτημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος, ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαιτηθῇ, μάλιστα ἐπισημαίνει· καὶ γὰρ ὁκόσοι ἂν μὴ μεμαθηκότες ἀριστᾷν, ἢν ἀριστήσωσιν, ὄγκος πολὺς αὐτοῖσι τῆς γαστρὸς καὶ νυσταγμὸς καὶ πληθώρη· ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, κοιλίη ἐκταράσσεται. ξυμφέρει δὲ τουτέοισιν ἐκλουσαμένοισι καθεύδειν, κοιμηθέντας δὲ περιπατῆσαι βραδέως συχνὴν περίοδον· καὶ ἢν μὲν λαπαχθῇ,

Non ordine haec interpretatus eſt. Nam praedicens dolores ex itinere, laterum, dorſi, lumborum et coxarum, rei inanis exhibitionem fecit, perinde atque quonam modo haec curentur eſſet dicturus. Deinde facto ita additamento: *Saepius enim ex crapulis cibisque inflantibus venire ſolent*, poſtea intulit, quibus talia fuerint, urinae difficultas accedit. Poſt haec rurſum inquit: *Horum iter cauſa eſt, coryzae item, ac raucedinis*; acephalum, ut quispiam dixerit, rei faciens ſermonem.

LXXIX.

Quaecunque ex victus ratione contingunt, multa quidem unusquisque, prout praeter conſuetudinem victu uſus fuerit, maxime obſervat. Etenim qui prandere non conſueverunt, ſi pranſi fuerint, his ingens ventris tumor oboritur, *tum dormitatio, tum plenitudo. Si vero ſupercoenaverint, alvus exturbatur. His a balneo dormire confert et a ſomno lenta deambulatione multos*

δειπνῆσαι καὶ πιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον· ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, ὑποχρίσασθαι τὸ σῶμα θερμῷ· κἢν διψῇ, ὑδαρέα οἶνον λευκὸν ἢ γλυκὺν ἐπιπιόντα, ἀναπαύεσθαι· ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι, τὰ δὲ ἄλλα ὁμοίως τοῖσιν ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω. τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων, ὁκόσα μὲν ὑδαρέα βραδυπορώτερά ἐστι καὶ ἐγκυκλέεται καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχόνδρια καὶ εἰς οὔρησιν οὐ κατατρέχει· τοιούτου δὲ πόματος πληρωθεὶς μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπράξῃ, ὁκόσα τῷ σώματι ξυνταθέντι βίῃ ἢ τάχει πονέειν ξυμβαίνει· ὡς μάλιστα δὲ ἡσυχαζέτω, μέχρι καταπεφθήτω μετὰ τῶν σιτίων. ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστιν ἢ αὐστηρότερα, παλμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ σφυγμὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐμποιέει· τούτοισι καλῶς ἔχει ἐπικοιμᾶσθαι καὶ θερμόν τι ῥοφέειν πρὸς ἅπερ μάλιστα ἥδιστα ἔχουσι· νηστείη δὲ πονηρὸν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην καὶ κραιπάλην. ὁκόσοι δὲ μονοσιτέουσι,

conficere circuitus. Quod ſi quidem alvus evacuata fuerit, coenare et paucum vinum, ſed meracius bibere. Si vero alvum non exorneraverint, corpus oleo calido illinere. Et ſi ſitis urgeat, epoto vino aquoſo albo aut dulci quieſcere, ſi vero non dormierint, amplius quieſcere. In reliquis his ſimilis victus ratio, qualis crapula gravatis, inſtituatur. Ex potionibus autem quae quidem aquoſiores ſunt, tardioris ſunt tranſitus, ac velut in orbem actae circum hypochondria fluitant et ad mictionem non decurrunt. His vero potionibus repletus nullum celeriter ex iis abſolvet opus, quae contendenti corpori vi et celeritate elaborare accidit. Quam maxime autem quieſcat, donec cum cibis concoctae fuerint. Quaecunque vero potiones meraciores et auſteriores ſunt, palpitationem in corpore atque in capite pulſationem efficiunt. His belle fuerit, ſi ſuperdormiant et calidum quid ex iis quae potiſſimum ſuaviſſima ipſis ſunt ſorbeant. At vero jejunium ad capitis dolorem et crapulam malum eſt. Qui ſemel tantum

κεῖνοι καὶ ἀδύνατοί εἰσιν καὶ οὐρέουσι θερμὸν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγέοντες· γίνεται δὲ καὶ στόμα ἁλικὸν καὶ πικρὸν καὶ τρέμουσιν ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ κροτάφοις ἐπιξυντείνονται καὶ τὸ (110) δεῖπνον οὐ δύνανται πέσσειν, ὅκωσπερ ἢν ἠριστηκότες ἔωσιν. τούτους δὲ χρὴ πίνειν [167] ἔλασσον ἢ μεμαθήκασιν καὶ ὑγροτέρην μάζαν ἀντὶ ἄρτου· καὶ λαχάνων, λάπαθα ἢ μαλάχην ἢ πτισάνην καὶ σεῦτλα. πίνειν δὲ κατὰ τὸ σιτίον οἶνον ὁκόσον σύμμετρον καὶ ὑδαρέστερον· καὶ ἀπὸ δείπνου περιπατῆσαι ὀλίγον, ἕως οὖρα καταδράμῃ καὶ οὐρήσει. χρήσθω δὲ καὶ ἰχθύσιν ἑφθοῖσι· βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει.

Μεμνήμεθα δήπου τοῦτον ἅπαντα τὸν λόγον ἐπὶ τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ συγγράμματος ἱκανῶς ἐξειργασμένον· ἐξ ἐκείνων οὖν δυνήσῃ ὡσαύτως εἰρημένα καὶ ταῦτα διαγνῶναί τε καὶ κρῖναι, ἐμοὶ δ' οὐκ ἀναγκαῖον ἐν τοῖς τοιοῖσδε μηκύνειν. βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει. οὐκ ἐκ λόγου

die cibum aſſumunt, hi et imbecilli ſunt et calidum mejunt, praeter conſuetum vaſis vacuatis, os ipſis tum ſalſum tum amarum efficitur, in omni opere tremunt, tempora diſtenduntur coenamque perinde ac ſi pranſi fuiſſent, concoquere nequeunt. Hos autem minus bibere oportet quam conſueverunt liquidioremque mazam pro pane aſſumere, *atque ex oleribus rumicem aut malvam aut ptiſanam et betas. At vinum in cibis, quantum liceat moderatum ac dilutius bibendum eſt, atque a coena paululum deambulandum, donec excurrat urina minxerintque. Piſcibus etiam coctis utantur. Edulia vero de ſe potiſſimum praebent indicia.*

Totum hunc ſermonem in legitima libri hujus parte abunde elaboratum eſſe ſcimus. Ex illis igitur quae dicuntur modo ſimili, potueris et haec tum diſcernere tum judicare. Neque mihi diutius morari in his neceſſe eſt. *Edulia vero de ſe potiſſimum praebent indicia.* Edulio-

τινὸς, ἀλλ᾽ ἐμπειρίας προσήκει κρίνεσθαι τῶν ἐδεσμάτων τὴν δύναμιν· οὐ διοίσει δὲ νῦν βρώματα λέγειν ἢ ἐδέσματα. καὶ μέντοι καὶ ὁ γράψας ταυτὶ τοιοῦτόν τι δηλοῖ διὰ τοῦ ἐπισημαίνειν· ἐπίσημον γὰρ, φησὶ, τοῖς σώμασι γίνεται καθ᾽ ἑκάστην ἀλλοίωσιν ἐξ ἰσχυρῶν ἐδεσμάτων. εἶθ᾽ ἑξῆς αὐτὰ καταλέγει.

π΄

Σκόροδον φῦσαν καὶ θέρμην περὶ τὸν θώρηκα καὶ κεφαλῆς βάρος καὶ ἄσην καὶ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα εἴη μεμαθηκὸς πρόσθεν, παροξύνειεν ἄν· οὐρητικὸν δὲ καὶ τοῦτο ἔχει ἀγαθόν. ἄριστον δ᾽ αὐτοῦ φαγέειν ἢ μέλλοντι ἐς πόσιν ἰέναι ἢ μεθύοντι.

Εἰ τῇ πείρᾳ χρὴ κρίνειν ἓν ἕκαστον τῶν ἐσθιομένων, οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιτο φυσῶδες εἶναι τὸ σκόροδον, οὐδὲ θέρμης πλείονος ἢ κατὰ κρόμμυον, αἴσθησιν φέρον τοῖς φαγοῦσιν, οὔτ᾽ ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος οὔτ᾽ ἐν τῷ

rum facultates non ex ratione aliqua, fed experientia judicari convenit. Neque hic refert cibos vel edulia dicere. Caeterum qui haec fcripfit, tale quiddam oftendit per *de fe indicia praebere.* Nam indicium corpori fit, inquit, fecundum unamquanque, quae ex cibis valentibus fit, mutationem. Confequenter autem ea enumerat.

LXXX.

Allium flatum et calorem circa thoracem, capitis gravitatem et jactationem et fi quis alius dolor antea fieri confueverit, eum exacerbaverit. Urinas autem ciet, idque habet bonum. At ipfum edere aut ad compotationem profecturo, aut inebriato optimum eft.

Si unumquodque eduliorum experientia judicandum fit, non recte dictum effe videtur flatulentum effe allium, neque caloris majoris fenfum quam caepam comedentibus inferre, neque in ulla alia corporis parte, neque etiam

θώρακι· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδ' ἄσης, καὶ μάλιστα, ἄν τις αὐτὸ βραχὺ προαποζέσας προσάρηται. τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἐδεσμάτων, ὅταν μὲν πληθωρικὸν ᾗ τὸ σῶμα, θερμαίνει, ὅταν δὲ προκεκενωμένον ᾗ, ξηραίνει γε ἱκανῶς. ἡμάρτηκεν οὖν ὁ συγγραφεὺς τοῦ βιβλίου, χωρὶς διορισμοῦ τὴν ἀπόφασιν ποιησάμενος· ἄμεινον γὰρ ἦν διορίσαι, καθὸ λέλεκται, νυνὶ δὲ ἁπλῶς εἰπὼν ἀπεφήνατο περὶ σκορόδου· βέλτιον δ' ἦν εἰπεῖν ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν αὐτὸ καὶ ἄφυσον εἶναι· οὐ κατὰ γὰρ ἀδιορίστου ἀποφαίνεσθαι ἔθος ἐστίν. προσυπακούειν δ' ὅταν ἐν καιρῷ δοθῇ, ὃ τῷ προπαρεσκευασμένῳ τῷ σώματι δηλοῖ· προπαρασκευάζεται δὲ μήτε πληθωρικὸν μήτε κακόχυμον ὄν. οὐκ ὀρθῶς οὖν οὐδὲ κεφαλῆς βάρος ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαί φησιν· ἐὰν γὰρ προκενώσας τὸ σῶμα προσενέγκῃ σκόροδον καὶ κεφαλῆς βάρος ἰάσῃ καὶ παντὸς ἄλλου μορίου. θαυμάζω δὲ πῶς ἃ μέχρι τοῦ νῦν διῆλθεν ἐπ' αὐτοῦ προειπὼν ἐφεξῆς φησιν· ἄριστον δ' αὐτὸ φαγεῖν μέλλοντι ἐπὶ πόσιν ἰέναι ἢ μεθύοντι. φαίνεται δὲ

in thorace, neque ſimili modo jactationem et potiſſimum ubi quis ipſum parum ante fervefactum aſſumpſerit. Eduliorum autem multa, quum corpus plethoricum fuerit, calefaciunt, quum vero ante vacuatum fuerit, ſiccant abunde. Peccavit igitur libri hujus auctor, qui citra diſtinctionem enunciationem fecit, nam melius erat ut dictum eſt definire. Nunc autem ſimpliciter de allio cenſuit, ſed melius feciſſet, ſi et exiccare et calefacere ipſum dixiſſet et non flatulentum eſſe. Nam adverſus rem indiſtinctam ferre ſententiam conſuetudo non eſt. Subaudire autem oportet, ubi tempeſtive datum fuerit, quod parato ante corpore manifeſtat. Ante autem paratur, ſi neque plethoricum, neque cacochymum fuerit. Non recte igitur capitis gravitatem ab eo fieri ait, nam ſi praevacuato corpore allium obtuleris, capitis gravitatem ſanabis partisque alterius omnis. Demiror autem quonam pacto quae hucusque percurrit, de eo praefatus, deinceps dixerit: *At ipſum edere, aut ad compotationem profecturo aut inebriato optimum eſt.* Videtur autem ex his

ἐκ τούτων οὔτε κραιπάλην οὔτε μέθην ἐργαζόμενον, ἀλλὰ καὶ προφυλακτικὸν αὐτῶν ὑπάρχον, ὡς καὶ βάρος ὦσαι δύνασθαι καὶ θεραπευτικὸν γενέσθαι φυσῶν. ἀληθῆ μὲν ταῦτα εἶπε καὶ προσέτι τῶν οὐρητικῶν εἶναι [168] φαρμάκων αὐτό· ψευδῶς δὲ τἄλλα προσέθηκεν, ἅμα καὶ τῷ μαχόμενα λέγειν αὐτά.

πα'.

Τυρὸς δὲ φῦσαν καὶ στεγνότητα καὶ σιτίων ἔξαψιν ποιέει, ὠμὸν καὶ ἄπεπτον· κάκιστον δ' ἐν τῷ ποτῷ φαγεῖν πεπληρωμένοισιν.

Φυσώδης μᾶλλόν ἐστι τοῦ ξηροῦ ὁ μαλακὸς καὶ νέος τυρὸς καὶ ἧττον στεγνοῖ, τουτέστιν ἵστησι τὴν γαστέρα τοῦ ξηροῦ· τούτῳ γὰρ ὑπάρχει φυσώδει μὲν ἧττον εἶναι, μᾶλλον δ' ἱστάναι τὴν γαστέρα· καὶ μέντοι καὶ διψώδης μᾶλλόν ἐστιν, ὅπερ ἐδήλωσεν εἰπὼν, σιτίων ἔξαψιν ποιεῖ. τὸ δὲ ὠμὸν καὶ ἄπεπτον μεταξὺ παρέγκειται κατὰ τὴν ῥῆσιν οὐκ

neque crapulam neque ebrietatem efficere, sed ab his ita praeservare, ut et gravitatem expellere possit et flatus sanare. Vera quidem haec dixit, atque adhuc ex cientibus urinas medicamentis unum esse allium. Sed alia falso adjecit simulque et pugnantia, si dicantur.

LXXXI.

Caseus flatum et adstrictionem et ciborum incendium facit, crudum et incoctum edulium. *Repletos autem in potu edere deterrimum est.*

Caseus recens et mollis duro ac sicco magis flatulentus existit minusque sicco adstringit, hoc est ventrem sistit. Siccus etenim flatulentus minus est, sed ventrem magis sistit, praeterea et siticulosus magis existit, quod ostendit quum inquit: *ciborum incendium facit. Crudum autem et incoctum,* in dictionis jacet medio, quod exacta enun-

ἐπιμελῶς ἑρμηνευόμενον· ἐμφαίνει γοῦν ὅτι τὸ κατὰ τὸ σῶμα συνιστάμενον πᾶν ὠμὸν καὶ ἄπεπτον ἐν χυμοῖς, ἐκ τοιούτων ἐδεσμάτων πέφυκε γίνεσθαι, ὁποῖός ἐστι καὶ ὁ τυρὸς, ὠμὸν καὶ ἄπεπτον ἔδεσμα, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔλεγε· τυρὸς δὲ καὶ φῦσαν καὶ στεγνότητα τῆς γαστρὸς ἐργάζεται καὶ καυσώδης ἐστὶν, ἔτι δ' ὠμὸν καὶ ἄπεπτόν ἐστιν ἔδεσμα καὶ χυμῶν τοιούτων γεννητικόν. κάκιστον δὲ, φησὶ, καὶ πεπληρωμένον μετὰ πόματος φαγεῖν αὐτὸ, ὅπερ εὔδηλόν ἐστι καὶ τοῖς ἰδιώταις· ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἄλλως οὐκ ἀγαθὸν ἔδεσμα τυρὸς, ὡς ἂν παχύχυμος καὶ δύσπεπτος ὑπάρχων· εἰ δ' ἐν τῷ πίνειν αὐτῷ τις χρήσαιτο πεπληρωμένος ὢν, χείριστος ἁπάντων τῶν ἐδεσμάτων γίνεται, βαρύνων τε τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, αὐτός τε πρῶτος διαφθειρόμενος, εἶθ' ἑαυτῷ συνδιαφθείρων καὶ τἄλλα.

πβ'.

Ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα, ἥκιστα δὲ βεβρεγμένα ἢ χλωρά· τουτέοισι δὲ

---

ciatione caret. Oftendit autem quod crudum omne incoctumque in corporis humoribus fiftens ex hujusmodi eduliis fieri confuevit, cujusmodi eft cafeus, crudum et incoctum edulium, quafi ita diceret, cafeus flatum parit, atque adftrictionem ventris, aeftuofusque eft, praeterea crudum et incoctile eft edulium, talesque fuccos generat. Ait praeterea et deterrimum effe iis qui fe potu repleverunt, quod et idiotis ipfis patet. Neque fiquidem alias bonum eft edulium cafeus, ut qui craffum humorem et coctu difficilem pariat. Si vero inter bibendum eo quis utatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur, gravat fiquidem os ventriculi primusque ipfe corrumpitur et alia deinceps fecum corrumpit.

LXXXII.

Legumina omnia flatulenta funt et cruda et elixa et frixa, minime vero vel macerata vel viridia. His autem nifi

μὴ χρέεσθαι, εἰ μὴ μετὰ σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρίας ἕκαστον αὐτέων.

Ἐμπίπλησι τὴν κοιλίαν πάντα τὰ ὄσπρια, πρὸς τούτοις δὲ καὶ δυσπεπτότατα αὐτῶν ἐστι τὰ ὠμά· τὰ δὲ πεφρυγμένα φυσώδη μὲν ἧττον, ἄπεπτα δ' οὐδὲν ἧττον· ὅσα δὲ πλεῖστον ἥψηται, μετριώτερα. τὸ δ' ἐφεξῆς ἔν τισι μὲν τῶν ἀντιγράφων γέγραπται καὶ βεβρεγμένα καὶ χλωρὰ, ὡς καὶ τῶν τοιούτων τὰς προειρημένας κακίας ἐχόντων· ἐν τοῖς πλείστοις δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐφ' ἑτέρας ἀρχῆς· ἥκιστα δὲ βεβρεγμένα ἢ χλωρά. χλωρὰ μὲν οὖν λέγεται τὰ μὴ ξηρὰ μηδὲ ἀκριβῶς ἤδη τέλεα· βεβρεγμένα δὲ τὰ ὕδατι βρεχθέντα. συμβουλεύει τοίνυν ἄνευ σιτίων ὀσπρίοις μὴ χρέεσθαι· σιτία δηλονότι μάλιστα μὲν τοὺς ἐκ πυρῶν ἄρτους λέγων ἢ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ ὁπωσοῦν σκευαζόμενα, τάχα δὲ καὶ τἄλλα πάντα ἐξ ὅσων ἄρτοι γίνονται, ζειὰς καὶ

cum cibariis utendum non eſt. Sed horum ſingula ſuum vitium habent.

Ventrem implent legumina omnia, praeterea coctu difficillima ſunt cruda. Frixa, flatuoſa minus, ſed concoctioni non minus renituntur. Quae autem plurimum elixa ſunt, ea exiſtunt moderatiora. Quod autem ſequitur, in exemplaribus nonnullis ſcriptum eſt ita *et macerata et viridia*, ut et talia praefatis vitiis ſint praedita. In quamplurimis vero non ita ſcriptum reperitur, ſed principio altero in hunc modum: *Minime autem macerata vel viridia.* Viridia dicuntur quae neque ſicca ſunt, neque exquiſite jam perfecta, macerata vero, quae in aqua fuerint madefacta. Caeterum leguminibus haudquaquam ſine cibariis utendum eſſe praecipit, cibaria nimirum maxime quidem eos, qui ex tritico panes ſunt, affirmans, vel ſimpliciter omnia, quae quovis modo parantur, forſitam vero et alia omnia, ex quibus panes conficiuntur,

τίφας καὶ κριθάς· οἱ δ' ἄγροικοι καὶ ἀπὸ τῶν κέγχρων ἄρτους ποιοῦνται.

πγ'.

[169] *Ἐρέβινθος φῦσαν μὲν ὠμὸς καὶ πεφρυγμένος καὶ πόνον ἐμποιέει.*

Τινὲς γράφουσι διὰ τοῦτ' αὐτὸν φυσώδη, ὡς ἐντείνοντα τὰ αἰδοῖα, τὸν ἐρέβινθον· διὰ μέντοι τὸν ὑπογεγραμμένον τῆς λέξεως τὸν πόνον φέρομεν ἐπὶ τὴν διὰ τὴν ἐμφύσησιν ὀδύνην.

πδ'.

(111) *Φακὸς δὲ στύφει καὶ ἄραδον ἐμποιέει, ἢν μετὰ τοῦ φλοιοῦ ᾖ.*

Τὴν ἄραδον φωνὴν ἔφην σημαίνειν ταραχήν τινα καὶ οἷον μάχην ἐν τῇ γαστρὶ γινομένην ἐκ τῶν διαφόρων ταῖς

zeam, tipham et hordeum, ruſtici autem et ex milio panes conficiunt.

LXXXIII.

Cicer quidem flatum tum crudum tum frixum et laborem inducit.

Quidam cicer ſcribunt ob id flatulentum eſſe quod pudenda intendat. Quod autem in fine dictionis laborem dixerit, id ad eum referre oportet qui propter inflationem fit dolorem.

LXXXIV.

Lens aſtringit, ac turbationem inducit, ſi cum cortice ſit.

Hanc vocem *ἄραδον* turbationem quandam ac veluti pugnam in ventre ex diſcrepantibus facultate cibariis con-

δυνάμεσι σιτίων· ὥσπερ καὶ νῦν ὅταν μετὰ τοῦ φλοιοῦ προσενέγκηται, πολὺ τῆς σαρκὸς αὐτῆς ἐστι δυσπεπτοτέρα.

πέ.

Θέρμος δὲ ἥκιστα τουτέων κακὰ ἔχει.

Τὸ ἥκιστα τοὐναντίον ἐνταῦθα σημαίνει τῷ μάλιστα· δηλονότι τὸν θέρμον ἐλάχιστα τῶν προειρημένων ἔχειν φησὶ τὰ κακά.

πστ'.

Σιλφίου δὲ καυλὸς καὶ ὀπὸς ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα, τοῖσι δὲ ἀπείροισιν οὐ διέρχεται τῇ κοιλίῃ· ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολέρη, μάλιστα δὲ γίνεται, ἢν μετὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθῇ ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν.

Τὴν ῥίζαν τοῦ σιλφίου καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁμωνύμως ὅλῃ τῇ βοτάνῃ. ταύτην δέ φησι καὶ προσέτι

citatam, ſignificare dixi, quo modo et nunc ſi cum cortice aſſumatur, ipſius carne longe coctu difficilior exiſtit.

LXXXV.

Lupinus autem horum malorum habet minima.

Vocabulum *minime* huic *maxime* omnino contrarium indicat. Lupinum autem minime praedictorum ait habere mala.

LXXXVI.

Laſerpitii tum caulis tum ſuccus nonnullis quidem maxime, inexpertis vero per alvum non deſcendit. Verum arida cholera hoc malum *vocatur, ſit autem maxime, ſi cum multo caſeo aut bubularum carnium edulio mixtus fuerit.*

Laſerpitii radicem homines aequivoce cum tota herba vocare conſueverunt, hanc et praeterea herbae ſuccum,

τὸν ὀπὸν τῆς πόας τοῖς ἀπείροις, τουτέστι τοῖς ἀήθεσι, ξηρὰν ἐργάζεσθαι χολέραν· ἥτις δ' ἐστὶν αὕτη μετ' ὀλίγον αὐτὸς διδάξει γράφων ὡδί· χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται καὶ ψόφοι ἔνεισιν. εὔδηλον οὖν ὅτι πνεῦμα φυσῶδες ἀθροίζεται κατὰ τὴν κοιλίην ἐκ τῆς τοῦ σιλφίου προσφορᾶς, ἔστι δὲ δριμὺ καὶ καυσῶδες τοῦτο. τί δὴ οὖν σημαίνει τὸ ἔστι μὲν οἷσιν, οὐδὲν ἐκ τῆς λέξεως σαφὲς καὶ διὰ τοῦτο ἐξηγούμενός τις ἕκαστον τούτων ἐρεῖ τὸ πιθανώτατον ἑαυτῷ φαινόμενον· ἄπορον γὰρ τὸ κατὰ λόγον ἐρεῖν ἐν τοῖς [170] τοιούτοις. μάλιστα δὲ γίγνεται, ἢν μετὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθείη ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν. τὴν ξηρὰν χολέρην αὐτῷ κεκλημένην μάλιστα γίγνεσθαί φησι τοῖς τὸ σίλφιον ἅμα τῷ τυρῷ πλέον προσενεγκαμένοις ἢ βοείοις κρέασιν. ἡ γὰρ ἐκ τοῦ σιλφίου γεννωμένη φῦσα τοῖς ἐμπλαστικοῖς καὶ βραδυπόροις ἐδέσμασι μιχθεῖσα μένει κατὰ τὴν γαστέρα μὴ διεξερχομένη.

---

inexpertis, i. e. inaſſuetis, ſiccam generare choleram ait. Sed quaenam ea ſit poſt paulo ipſe docebit ita ſcribens: *Ab arida cholera venter inflatur et ſtrepitus inſunt.* Patet ergo ſpiritum flatuoſum ex laſerpitii ingeſtione colligi in ventre, eſt enim acre et aeſtuoſum. Quid autem ſignificet vocabulum hoc, *nonnullis,* nihil ex dictione eſt manifeſtum, atque ob id explanaturus quispiam horum ſingula, quod maxime probabile ſibi videbitur, dicet. Nam in talibus dicere quod ex ratione eſt, difficile exiſtit. *Fit autem maxime, ſi cum multo caſeo aut bubularum carnium edulio mixtus fuerit.* Siccam ab eo vocatam choleram ait maxime iis fieri, qui laſerpitium ſimul cum caſeo copioſius aſſumpſerunt, aut cum carne bubula. Nam qui flatus ex laſerpitio oritur, cum emplaſticis et tarde penetrantibus eduliis mixtus, in alvo non percurrens moratur.

πζ'.

Τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ καὶ παροξυνθείη ἂν παθήματα ὑπὸ βοείων κρεῶν ἐδωδῆς· ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις αὐτέων καὶ οὐ τῆς τυχούσης κοιλίης καταπέψαι· βέλτιστα δὲ ἂν ἀπαλλάσσοιεν, εἰ διέφθοισί τε χρέοιντο καὶ ὡς παλαιοτάτοισι.

Ἦν μὲν αὐτῷ περὶ σιλφίου δυνάμεως ὁ λόγος, ἐπέμιξε δὲ τούτῳ τὴν τῶν βοείων κρεῶν ἐδωδὴν καὶ μετὰ ταῦτα ἑξῆς ἐπ' αὐτὰ μεταβὰς τὰ μελαγχολικὰ πάθη παροξυνθήσεσθαί φησιν ὑπ' αὐτῶν· εἶθ' ἑξῆς ὡς ἂν ἐπαναδιπλοῦς αἰτίας ἀποδιδοὺς τοῦτό φησιν· ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις αὐτῶν. ἐχρήσατο μὲν οὖν τῷ γάρ συνδέσμῳ, καθάπερ οἱ τὰς αἰτίας ὧνπερ εἰρήκασι λέγοντες· οὐ μὴν αὐτοῦ γε τοῦ παροξύνεσθαι τὰ μελαγχολικὰ πρὸς τῶν βοείων κρεῶν εἶπεν αἰτίαν, τινὰ δὲ ἄλλην κοινοτέραν τὴν κατὰ τὸ δυσκατέργαστον τῆς φύσεως καὶ ἰσχυρόν· ἡ γὰρ ἀνυπέρβλητος φύσις ἐστὶν, ἣν οὐκ ἄν τις ὑπερβάλλοιτο. βέλτιστα δὲ ἂν ἀπαλ-

LXXXVII.

Nam et melancholicae affectiones bubularum carnium esu ingravescunt, quod earum natura minime superari queat, neque omnis eas ventriculus concoquere. At optime liberabuntur qui perelixis et perquam vetustis utentur.

Erat quidem ipsi de laserpitii facultatibus sermo, sed bubularum carnium esum cum eis supermiscuit, ac postea deinceps facto ad eas transitu pathemata melancholica ab ipsis proritari ait. Deinde geminas referens caussas, hoc ait: *Nam harum natura insuperabilis est.* Usus est igitur hac conjunctione *nam* eorum modo, qui dictorum caussas referunt. Non tamen cur a bubulis melancholica roritentur pathemata caussam dixit; quanquam aliam quandam communiorem dixerit, qua natura agre conficiatur et valida sit; natura enim ea insuperabilis est, quam nullus superaverit. *At optime liberabuntur qui perelixis*

λάσσοιεν, εἰ διέφθοισί τε χρέοιντο καὶ ὡς παλαιοτάτοισι. καὶ τοῦτο καθολικωτέραν ἔχει τὴν συμβουλὴν, οὐ κατὰ τὰ μελαγχολικά· τοῖς γὰρ βοείοις κρέασιν ἄμεινον χρῆσθαι διέφθοις τε καὶ παλαιοῖς, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δυσπέπτοις. οὐ κυρίως δὲ ἐχρήσατο τῇ βέλτιστα λέξει· οὔτε γὰρ οἱ μελαγχολικῶς νοσοῦντες οὔτ' ἄλλος τις ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἢ νοσῶν βέλτιστα ἂν ἀπαλλάσσοι βόεια δίεφθα καὶ παλαιὰ προσφερόμενος, τῶν γὰρ ἐσθιόντων εἰσὶν αὐτὰ πάντων οὐκ ἀγαθὴ τροφή· ἀλλ' ἧττον τῶν ἄλλων οἱ τὰ τοιαῦτα προσφερόμενοι βλάπτονται. μεταθεὶς οὖν τὸ βέλτιστα καὶ ποιήσας ἥκιστα τὸν λόγον ἄμεμπτον ἐργάσῃ.

πη'.

Αἴγεια δὲ κρέα ὅσα τε ἐν βοείοισιν ἔνι κακὰ, ἅπαντ' ἔχει τήν τε ἀπεψίην· καὶ φυσωδέστερα καὶ ἐρευγματωδέστερα καὶ χολέρην ποιέει. ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα στερεὰ καὶ ἥδιστα, ταῦτ' ἄριστα δίεφθα καὶ ψυχρά· τὰ δ' ἀηδέστατα

et perquam vetuſtis utentur. Id quoque univerſaliorem habet admonitionem, non in melancholicis. Nam bubulis carnibus et perelixis et vetuſtis uti praeſtat, quemadmodum et aliis omnibus quae difficulter concoquuntur. At improprie voce hac *optime* eſt uſus. Neque enim melancholico laborantes morbo, neque homo alius quispiam vel ſanus vel aeger optime liberatur, bubulas carnes et perelixas et vetuſtas ingerens. Nam inter omnia quae eduntur, hae non bonam praeſtant alimoniam, alia tamen ingerentes caeteris minus laeduntur. Si ergo pro voce hac *optime* dixeris *maxime*, ſermonem reddes integrum.

LXXXVIII.

At caprinae carnes, quae bubulis inſunt vitia, habent omnia et cruditatem flatusque et ructus magis movent et choleram generant. Verum quae odoratiſſimae, ſolidae et ſuaviſſimae ſunt, hae optimae ſunt tum perelixae tum frigidae, quae vero inſuaviſſimae, graveolen-

καὶ δυσώδεα καὶ σκληρὰ, ταῦτα κάκιστα καὶ τὰ πρόσφατα. βέλτιστα δὲ ἐπὶ τῇ θερινῇ, μετοπωρινῇ δὲ κάκιστα.

---

[171] Κἀνταῦθα πάλιν εἶπε τὴν αἰτίαν τοῦ τῶν βοείων κρεῶν εἶναι φαυλότερα τὰ αἴγεια· δύσπεπτα γὰρ ὁμοίως ὄντα τὰ αἴγεια, φυσωδέστερα τῶν βοείων εἰσὶν, ἐρυγάς τε πολλάκις ποιεῖ μοχθηρὰν ἐχούσας ποιότητα. δριμύτερα δ' ὄντα καὶ θερμότερα τῶν βοείων, εἰ ἀπεπτηθῇ καὶ χολέραν ἐργάζεται· διὸ καὶ ψυχρὰ μᾶλλον ἢ θερμὰ δεῖ ἐσθίειν αὐτά. βέλτιστα δ' ἐστὶ τῇ θερινῇ, μετοπωρινῇ δὲ κάκιστα. βέλτιστα δ' εἶναί φησι σφῶν αὐτῶν τὰ κρέα τῶν αἰγῶν, οὐ γὰρ δὴ τῶν ἄλλων γε κρεῶν. ἐχρῆν μὲν οὖν ὅσον ἐπὶ τῇ ὥρᾳ φαυλότατα διὰ τὴν κρᾶσιν εἶναι· συμβαίνει δὲ βελτίονα τὴν τροφὴν αὐταῖς κατὰ τὸ θέρος εἶναι καθάπερ τὰ ποηφάγα τῶν ζώων μοχθηρὰ, διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν τὴν πόαν χλωράν· ταῖς δ' αἰξὶν ἐπιτηδειοτάτη τροφὴ τῶν δένδρων οἱ βλαστοὶ καὶ καυλοί ἐστιν, οὓς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἦρος ἔχει δαψιλεῖς κατὰ τὸ θέρος. ὅτι δὲ τροφὴ

tes et durae, hae deterrimae, imo etiam quae recentes. Optimae autem ſunt aeſtate, autumno vero peſſimae.

Cur caprinae carnes bubulis vitioſiores ſint cauſam hic rurſus dixit. Nam quum caprinae coctu difficiles bubularum modo exiſtant, flatuoſiores etiam ſunt et ſaepius movent ructus, pravam habentes qualitatem. Quum igitur bubulis et acriores et calidiores ſint, ſi incoctae fuerint, etiam choleram pariunt. Proptereaque ipſae frigidae magis quam calidae ſunt comedendae. *Optimae autem aeſtate, autumno vero peſſimae.* Optimas eſſe ait caprinas carnes, inter ſe quidem, non cum caeteris carnibus comparatas; oportebat igitur pro anni tempeſtate temperamento vitioſiſſimas eſſe. Contingit autem *capris* aeſtate meliorem eſſe alimoniam, quomodo prava ſunt quae herbas vorant animalia, quod viridem herbam non habeant. Capris autem maxime idoneam praebent alimoniam arborum germina caulesque, quos a fine veris aeſtas largi-

πλεῖστον δύναται πρὸς τὴν τῶν κρεῶν ἐπιτηδειότητα κἀκ τῶν ἀλωπέκων ἔνεστί σοι μαθεῖν ἐν φθινοπώρῳ μάλιστα καλλίστην ἐχουσῶν διὰ τὰς σταφυλὰς σάρκα· οὕτως δὲ καὶ τὸ στρουθίον ἢ συκαλὶς καλλίστην ἔχει τὴν σάρκα. φθινοπώρου τοίνυν αἱ αἶγες ἀποροῦσαι τροφῆς ἐπιτηδείου χειρίστην καὶ ἰσχνοτάτην ἔχουσι τὴν σάρκα· κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα πάλιν ἀμείνω τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἴσχουσι, τὴν φυσικὴν δυσκρασίαν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ὥραν κράσεως ἐπανορθούμεναι.

πθ'.

Χοίρου δὲ πονηρὰ, ὁκόταν ᾖ ἐνωμότερα καὶ περικαῆ· χολερώτερα δ' ἂν εἴη καὶ ἐκταρακτικά. ὕεια βέλτιστα τῶν κρεῶν ἁπάντων· κράτιστα δὲ τὰ μήτ' ἰσχυρῶς πίονα μήτε πάλιν ἰσχυρῶς λεπτὰ, μήθ' ἡλικίην φέροντα ἱερείου παλαιοῦ. ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φορίνης ἢ καὶ ὑπόψυχρα.

---

ter habet. Quod autem alimonia ad carnium bonitatem plurimum possit potes ex vulpibus certior fieri, quae autumno probatissimam ob uvas habent carnem. Sic passer et ficedula maxime laudabilem carnem obtinent. Autumno igitur caprae nutrimento idoneo destitutae tum deterrimam tum perquam tenuem habent carnem. Hieme autem meliorem corporis consequuntur habitum, naturalem intemperiem a temperamento temporis emendantes.

LXXXIX.

Porcelli carnes *pravae, quum crudiusculae et ambustae fuerint. Magis autem tum choleram tum turbationem efficiunt. Suillae autem carnium omnium optimae sunt, praestantissimae vero quae neque vehementer pingues, neque contra vehementer graciles sunt, neque veteris victimae aetatem assequutae. Edendae vero sunt citra pellem ac frigidiusculae.*

Χοῖρον ἐξαιρέτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τὸν μικρὸν λίαν, ὥσπερ παρὰ τῷ ποιητῇ ἔστιν εὑρεῖν·

Ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε, τὰ δὴ δμώεσσι πάρεστι
Χοίρε', ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν.

οἱ δὴ μνηστῆρες οὐκ οἶδ' ὅπως (112) τοὺς σιάλους ἤσθιον (τοὺς γὰρ ὑπὲρ τοὺς τελείους οὕτως ὠνόμαζον) ἀναισθητότατοι πάντων ἦσαν οἱ μνηστῆρες εἰς διάγνωσιν εὐπέπτων τε ἅμα καὶ ἡδέων ἐδεσμάτων, ὥσπερ κἂν τῷ τὰς γαστέρας τῶν αἰγῶν ἐσθίειν, τὰς ἐμπλησθείσας αἵματος καὶ λίπους, οὗ δυσπεπτότερον τί ἂν εὕροις ἔδεσμα; κάλλιστον δὲ κρέας εἰς ἡδονὴν καὶ πέψιν ἐστὶ τὸ τῶν μέσων κατὰ τὴν ἡλικίαν, τὸ δὲ καὶ γεννητικόν ἐστιν αἵματος χρηστοῦ· χείριστον δέ ἐστι τὸ τοῦ παλαιοτάτου καὶ τὸ τοῦ μετὰ τὴν ἀποκύησιν εὐθέως ἐσθιομένου. τοῦτο γὰρ σχεδὸν ἁπάντων ὧν ἄνθρωπος ἐσθίει ζώων χερσαίων ὑγροτάτην ἔχει τὴν σάρκα καὶ διὰ τοῦτο ὑπερβαλλόντως ὑγρὰ ἡ σὰρξ τῶν ἀρτιγενῶν οὖσα φλέγμα γεννᾷ πλεῖστον· [172] ἐὰν δὲ καὶ ἐνωμοτέρα τύχη,

Χοῖρον potiffimum appellabant veteres porcum valde parvum, ut apud poetam reperitur:

Nunc epulare hofpes, funt porcelli efca miniftris,
Porcos namque fues epulatur turba procorum.

Non fane video quo pacto ederent fyalos proci (eos enim *veteres* ita appellabant fues perfectis majores) quum proci omnium maxime effent hebetes ad eduliorum tum coctu facilium tum fimul fuavium dignotionem, quemadmodum quum ventres caprarum fanguine ac pinguedine impletos efitarent, quo fane quod difficilius concoquatur, edulium reperies nullum. Caro autem optima tum ad fuavitatem, tum ad concoctionem eorum eft, qui mediam aetatem funt affequuti; haec etiam fanguinem bonum gignit, at deterrima eft *porci* vetuftiffimi, atque ejus, qui confeftim a partu voratur *porcelli.* Nam hi terreftrium fere omnium, quae vorant homines, animalium maxime humidam obtinent carnem, atque ob eam rem, quum nuper genitorum caro fupra modum humida fit, plurimam generat pituitam, quod fi fubcrudior fuerit, multo magis.

πολὺ μᾶλλον. τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ λόγῳ καὶ τὴν τῶν ὑῶν λιπαρωτάτην οὖσαν σάρκα χείρονα νομίζει τῆς τῶν μέσων εὐσάρκων, ὑποπτεύων αὐτῆς τὴν ὑγρότητα, δι' ἣν καὶ πᾶσα πιμελὴ τῆς ὁμογενοῦς σαρκὸς χείρων ἐστὶν, εἰς πέψιν τε καὶ θρέψιν. καὶ τὰ περικεκαυμένα δὲ κατὰ τὴν ὄπτησιν ἀνεπιτήδεια πρὸς εὐχυμίαν τε καὶ πέψιν ἐστὶ καὶ χολέρας ποιητικὰ, διὰ τὴν προσελθοῦσαν αὐτοῖς δριμύτητα· κοινὴ γὰρ αὕτη κακία τῶν χολερωδῶν ἐδεσμάτων ἐστὶν, ὅταν ὑγρά τε εἴη καὶ δριμέα. διαφθείρεται γὰρ ὁμοίως τὰ τοιαῦτα καὶ τῇ δριμύτητι τὰ στόματα τῶν καθηκόντων εἰς τὴν κοιλίαν ἀγγείων ἀναδάκνοντα, τῶν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν ῥευμάτων αἴτια γίνεται. τὸ δ' ἄνευ τῆς φορίνης δεῖν ἐσθίειν τὰ χοίρεια, τουτέστιν ἄνευ τοῦ δέρματος, πρόδηλον· οὐ γὰρ ὁμοίως τῇ σαρκὶ τοῦ ζώου τὸ δέρμα πέττεσθαι πέφυκεν, ὡς ἂν ψυχρότερον ὑπάρχον. ὑπόψυχρα δὲ καὶ ταῦτα ἀξιῶν ἐσθίειν δῆλός ἐστι τὰ θερμὰ πάντα εὐλαβούμενος κρέα, νομίζων ἴσως αὐτὰ καυσωδέστερα καὶ φυ-

Hac autem quoque ratione pinguiſſimam ſuum carnem ea, quam medii et bene carnoſi habent, deteriorem exiſtimat, ſuſpicionem humiditatis habens, ob quam pinguedo omnis carne ſui generis deterior tum ad concoctionem tum nutritionem exiſtit. Quae autem ob aſſationem ambuſtae ſunt, tum ad ſucci bonitatem tum ad concoctionem ſunt ineptae, choleramque pariunt propter eam quae his accedit acrimoniam, nam ea choleraceorum eduliorum communis eſt malitia, quum et humida et acria fuerint. Talia ſiquidem ſimiliter corrumpuntur ſuaque acrimonia vaſorum, quae ad ventrem decumbunt, ora remordent, atque humorum a toto corpore in eum confluentium cauſae efficiuntur. Quod autem porcelli absque pelle, hoc eſt absque cute, edendi ſint manifeſtum, non enim cutis animalis carni ſimiliter concoqui nata eſt, quod frigidior exiſtat. Frigidiusculos autem et hos manifeſte edendos praecipit, calidas omnes carnes veritus, ac fortaſſe calidas frigidiuſculis tum aeſtuoſiores tum magis flatulentas eſſe

σωδέστερα τῶν ὑποψύχρων εἶναι. ἐγὼ δ᾽ ἐπὶ μὲν τῶν αἰγείων κρεῶν, ὅσα τε ἄλλα φύσει θερμὰ, προσίεμαι τὸν λόγον· ἐπὶ δὲ τῶν εὐκράτων κατὰ θερμότητα καὶ ψύξιν, οἷα τῶν ὑῶν ἐστιν, ἁπλῶς οὕτως λεγόμενον ἀδιορίστως, οὐ προσίεμαι· διορισαμένῳ γὰρ ἐπιτηδειότερα γένοιτο τὰ θερμὰ τῶν ψυχρῶν.

ϟ΄.

Χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται καὶ ψόφοι ἔνεισι καὶ ὀδύνη πλευρέων καὶ ὀσφύος· διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ᾽ ἀπεστέγνωται.

Τὴν ἁπλῶς ὀνομαζομένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων χολέραν ὑγρότητι διορίζει τῆς ξηρᾶς· ὀνόματι δὲ κοινῷ κατ᾽ ἄμφω κέχρηται, πρὸς τὸν τῆς γενέσεως τρόπον ἀποβλέπων ὄντα κοινόν. ὡς γὰρ ὑγρὴ χολέρα γίνεται δριμέων χυμῶν ἐκ τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐδηδεσμένων γεννηθέντων, οὕτως ἡ ξηρὰ πνεύματος φυσώδους δριμέος· διὸ καὶ τὰ πλησιάζοντα τῇ

existimans. Ego vero in caprinis carnibus et quaecunque calidae sunt natura sermonem admitto, in moderatis autem tum caliditate tum frigiditate, cujusmodi suillae *carnes* sunt, simpliciter indistincte ita dici non admitto, nam ei qui distinxerit, calidae frigis idoneae magis erunt.

XC.

Ab arida cholera venter inflatur, strepitus insunt et dolor tum laterum tum lumborum, nihilque alvus dejicit, sed adstricta est.

Choleram ab hominibus simpliciter appellatam ab arida per humiditatem distinguit. In utraque autem nomine communi est usus, generationis modum, qui communis est, respiciens. Ut enim cholera humida ex acribus oritur humoribus, ex eduliorum corruptione procreatis, sic arida ex spiritu flatuoso acri. Quo sit ut quae prope

γαστρὶ νευρώδη σώματα δακνόμενά τε καὶ τεινόμενα πόνον ποιοῦσι. δυναμένων δὲ τῶν πνευμάτων τούτων ποτὲ μὲν ἴσχεσθαι, ποτὲ δὲ διεξιέναι, διὰ τὰ ἰσχόμενα πνεύματα τὴν ξηρὰν χολέραν ἐπιγεννᾶσθαι, οὐκ ἔχω φάναι· πιθανώτερον γὰρ ἦν οὕτως ὀνομάσαι τὰ διεξερχόμενα.

ϟα΄.

Τὸν τοιόνδε διαφύλαξον, ὅκως μὴ ἐμέσηται, ἀλλὰ κοιλίη ὑπελεύσηται. κλύσον οὖν ὅτι τάχος θερμῷ καὶ ὡς λιπαρωτάτῳ καὶ ἐς ὕδωρ ἀλείφων ὡς πλεῖστον κάθιζε θερμὸν, ἐν σκάφῃ κατακλίνων καὶ τοῦ θερμοῦ κατὰ μικρὸν παράχεε· καὶ ἢν θερμαινομένῳ αὐτέῳ ἡ κοιλίη ὑπίῃ, λέλυται. ξυμφέρει δὲ [173] καὶ ἐγκοιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε· καὶ πίνειν οἶνον λεπτὸν καὶ παλαιὸν καὶ ἀκρητέστερον· καὶ ἔλαιον δίδου, ὥστε ἡσυχίῃ καὶ ἡ κοιλίη ὑπίῃ καὶ λέλυται· σιτίων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπεχέσθωσαν. ἢν δὲ μὴ ἀνῇ ὁ πόνος, ὄνου γάλα δίδου πίνειν, ἕως καθαρθῇ.

---

ventrem ſint nervoſa corpora mordeantur intendanturque et dolorem pariant. At quum ſpiritus poſſint interdum quidem retineri, interdum vero exire, aridam propter retentos ſpiritus generari choleram afferere non poſſum, nam probabilius fuerit ita appellare eos qui permeant.

XCI.

Ita affectum ne vomat ſervato, verum alvus ſubducatur. Clyſterem itaque calidum ac pinguiſſimum celeriter injice perunctumque in aquam calidam et quam plurimam, in ſolio collocatum et calida ſenſim affuſa demittito, ac ſi calefacto ipſi alvus ſubducatur, morbus ſolutus eſt. Huic etiam dormire confert ac vinum tenue et vetus et meracius bibere. Oleum quoque dato, ut quieſcat et alvus ſubducatur et ſolvatur morbus. *A cibis autem atque caeteris abſtineat, verum ſi dolor non remiſerit, lac aſininum bibendum, donec purgatus fuerit, exhibeto.*

Τὸ μὲν ὅτι τάχιστα κλύζειν καὶ κωλύειν ἐμεῖν, κοινὰ παραγγέλματα πάντων τῶν ἐν κοιλίᾳ περιεχομένων παρὰ φύσιν, ἃ σπουδάζομεν ἐκκριθῆναι κάτω· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ θερμῷ κλύζειν κλύσματι, προκλητικὸν γὰρ τὸ θερμὸν, ὥσπερ ἀποκρουστικὸν τὸ ψυχρόν· τὸ δὲ λιπαρὸν εἶναι τὸ κλύσμα τῆς ξηρᾶς ἴδιον ἴαμα, διότι καὶ τὴν δύναμιν ἐναντίον ἐστὶν, ὑγραῖνον τὴν ξηρότητα, παρηγοροῦν τε τὴν δῆξιν. τῶν αὐτῶν ἔχεται σκοπῶν καὶ τὸ δι' ὕδατος καὶ δι' ἐλαίου θερμαίνειν τε καὶ παρηγορεῖν, ἐν τῇ σκάφῃ πυριῶντα. ξυμφέρει δὲ καὶ ἐγκοιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε. ἄδηλον πότερον ἐν τῇ σκάφῃ πυριώμενον αὐτὸν ἢ καὶ χωρὶς ἐκείνης κοιμᾶσθαι κελεύει· αὐτὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ σκοπουμένῳ πρόδηλον, ὅτι πᾶσι τοῖς ἐξ ἀπεψίας ὠφελιμώτατόν ἐστιν. καὶ πίνειν οἶνον λεπτὸν καὶ παλαιὸν καὶ ἀκρητέστερον. οἶνον μὲν ὡς τῇ πέψει συντελοῦντα δίδωσι· λεπτὸν δὲ ὡς μὴ μένοι κατὰ τὴν γαστέρα· παλαιὸν δὲ καὶ ἀκρατέστερον ἕνεκα τοῦ θερμαίνειν μᾶλλον· ἅπας γὰρ οἶνος θερμαίνει τὴν ἕξιν, μᾶλλον δὲ ὁ παλαιός. καὶ ἔλαιον δίδου, ὥστε ἡσυχίῃ καὶ

Quam citiſſime clyſterem injicere et vomitum prohibere praecepta ſunt communia omnium, quae in ventre praeter naturam continentur, quae ut deorſum excernantur vehementer contendimus. Simili modo et calidum exhibere clyſterem; provocat ſiquidem calidum, ut frigidum reprimit. Clyſma autem pingue aridam proprie ſanat, quoniam et facultate contrarium eſt, ſiccitatem humectans morſusque leniens. Eundem habes ſcopum, ſi in ſcapha fovendo tum aqua tum oleo et calefacias et mitiges. *Huic etiam dormire confert.* An eum, dum in ſcapha fovetur, dormire jubeat, an ſine illa, non conſtat. Quod autem ipſum *dormire* per ſe cruditatibus omnibus maximo remedio ſit, conſideranti maxime patet. *Ac vinum tenue, vetus et meracius bibere.* Vinum quidem exhibet, ut concoctioni conducat, ſed tenue, ut in ventre non moretur, vetus vero et meracius, ut calefaciat magis. Vinum ſiquidem omne habitum calefacit magisque quod vetus eſt. *Oleum quoque dato, ut quieſcat et alvus*

ἡ κοιλίη ὑπίῃ καὶ λέλυται. τῶν δριμέων δὲ πραϋντικὸν τὸ ἔλαιον καὶ τῆς ξηρότητος ἐπανορθωτικὸν, ὑπάγει δὲ μετρίως τὴν κοιλίην· ὧν ἁπάντων δεῖ τῷ θεραπευομένῳ. σιτίων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπεχέσθωσαν. οἷς ἔνδεια μὲν οὐδεμία ἐστὶ κατὰ τὸ σῶμα, οὐδὲ χρεία προσθέσεως, ἄπεπτα δέ τινα περιέχεται πέψεως δεόμενα, τούτοις ἡσυχίας μέν ἐστι χρεία, σιτίων δὲ οὔ, πρὶν πεφθῆναι μετρίως τὰ περιεχόμενα. ἢν δὲ μὴ ἀνῇ ὁ πόνος, ὄνου γάλα δίδου πίνειν ἕως καθαρθῇ. εἰ δὲ τὸ προειρημένον ποιοῦντός σου ὁ πόνος μὴ λύοι, πλείων ἐστὶν ἡ δριμύτης τοῦ λυποῦντος αἰτίου καὶ διὰ τοῦτο καθᾶραι προσήκει τὸ σῶμα. ὄνου δὲ χρῆσθαι γάλακτι προστάττει, τῶν μὲν καθαιρόντων ἁπάντων φαρμάκων ὄντι πραϋτέρῳ καὶ ἀπρακτοτέρῳ· τοῦτο δὲ τῶν ἄλλων γαλάκτων ὑγρότερόν τ' ἐστὶ καὶ ὑπακτικώτερον.

ϟβ'.

Ἢν δὲ ὑγρὴ ἡ κοιλίη ᾖ καὶ χολὴ ὑποχωρέῃ καὶ στρόφοι

ſubducatur et ſolvatur morbus. Oleum quae acria ſunt lenit et ſiccitatem emendat ventremque moderate ſubducit, quibus omnibus ei, qui curatur, opus eſt. *A cibis autem atque caeteris abſtineat.* Si corpori nihil deſit nullaque apponendi quippiam premat neceſſitas et cruda quaedam concoctionis indiga contineantur, his requie eſt opus et non cibariis, priusquam contenta mediocriter concoquantur. *Verum ſi dolor non remiſerit, lac aſininum bibendum, donec purgatus fuerit, exhibeto.* Si feceris quod dictum eſt et dolor non ſolvatur, laedentis cauſae majorem eſſe acrimoniam exiſtimandum, atque ob id corpus purgare oportet. Lacte aſinae utendum praecipit, quod purgantia inter medicamenta omnia mitius tranquilliusque exiſtat; id quoque et lacte omni humidius eſt et ventrem magis ſubducit.

XCII.

At ſi alvus liquida fuerit, ac bilis dejiciatur vexentque

καὶ ἔμετοι καὶ πνιγμοὶ, τούτοισι κράτιστον ἀτρεμίζειν, πίνειν δὲ μελίκρητον καὶ ἐξεμέειν.

Ἄδηλον εἴτε περὶ τῆς ξηρᾶς χολέρας ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὁ λόγος ἢ τούτων ἀκούειν χρὴ καθ᾽ ἑαυτά· ὁποτέρως δ᾽ ἂν ἔχῃ, (113) φαίνεται δὴ χολὴ δριμεῖα δυσεκνιπτοτέρα περιέχεσθαι κατὰ τὴν γαστέρα· ταύτην δὲ ὑπάγειν πειρᾶται μετρίως, ἅμα τῷ συμπέττειν τὰ περιεχόμενα κατ᾽ αὐτήν· ὑπαχθήσεται μὲν οὖν μετρίως τῷ μελικράτῳ, πεφθήσεται δὲ τῇ ἡσυχίῃ. πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἀγωνιστικῶς βοηθῶν ἀθρόως ἐκκαθαίρει τὴν κακοχυμίαν ἰσχυρῷ φαρμάκῳ, προσεπισκεψάμενος τὴν δύναμιν καὶ τὴν [174] ἕξιν τοῦ νοσοῦντος καὶ τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν κατάστασιν. τὸ δ᾽ ἐπὶ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον, πίνειν δὲ μελίκρητον καὶ ἐξεμέειν, ὡς βουλομένου τοῦ συγγραφέως ἐκκαθᾶραι τὴν ἄνω κοιλίαν εἴρηται· ἀμείνων δὲ ἡ ἑτέρα γραφὴ ἡ μετὰ τοῦ μή. ῥυπτικὸν γὰρ ὂν τὸ μελίκρατον ἐπὶ τὴν κατὰ φύσιν

tormina, vomitus et ſuffocationes, quieſcere his eſt optimum, mulſam bibere et vomere.

An de arida adhuc cholera ſit ſermo, an per ſe haec intelligenda ſint, non conſtat. Sed utrocunque modo ſe res habuerit, contineri in ventre videtur bilis, quae acris et elui contumax ſit. *Ventrem* autem ipſum moderate ſubducere, atque ea, quae in ventre continentur, concoquere molitur. Subducetur autem mediocriter aqua mulſa et quiete concoctio fiet. Qui autem in affectionibus hujusmodi ſaepius valenter auxiliatur, is cacochymiam vehementi medicamento affatim expurgat, vires aegri et habitum contemplatus, anni tempus, aetatem et conſtitutionem. Quod autem in fine dictionis dicitur, *mulſum bibere et vomere*, quaſi ſuperiorem ventrem expurgari auctor voluerit, melius cum adverbio *non* dicetur. Nam mulſa detergendi pollens facultate, quae corrupta ſunt, in

ὁδὸν προτρέπεται τὰ διεφθαρμένα χωρὶς τοῦ βλαβῆναι καὶ κινδυνεῦσαι τὸ στόμα τῆς κοιλίας κατὰ τοὺς ἐμέτους.

ϟγ΄.

Ὑδρώπων δύο φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἐγχειρέων γίνεσθαι ἄφυκτος, ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων, πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος, μάλιστα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης καὶ πυρίης καὶ ἐγκρατείης· ξηρὰ δὲ καὶ δριμέα ἐσθιέτω, οὕτω γὰρ ἂν οὐρητικώτατος εἴη καὶ ἰσχύοι μάλιστα. ἢν δὲ δύσπνοος εἴη καὶ ἡ ὥρη θερινὴ ἐοῦσα τύχῃ καὶ ἡ ἡλικίη ἀκμάζῃ καὶ ῥώμη ῇ, ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν, εἶτα θερμοὺς ἄρτους ἐξ οἴνου μέλανος καὶ ἐλαίου ἀποβάπτων ἐσθιέτω καὶ ὡς ἐλάχιστα πίνων ὡς πλεῖστα πονεέτω καὶ κρέα ὕεια σαρκώδεα ἐσθιέτω μετὰ ὄξους ἑφθὰ, ὅκως πρὸς τοὺς προσάντεας περιπάτους ἀντέχῃ.

---

naturalem praevertit viam, citra oris ventriculi tum laesionem tum periculum, quae per vomitus oboriuntur.

XCIII.

Hydropum duae naturae sunt, quorum alter quidem hyposarcidius, qui procreari incipiens vitari non potest, alter vero cum flatibus, multum prosperam curationem expostulat, maxime autem laboribus, fotu et temperantia. Sicca autem et acria edat, sic enim maxime tum urinam excreverit tum viribus praepolluerit. Si vero difficulter spiraverit fueritque aestiva anni tempestas, aetas viguerit et virium robur adsit, sanguinem e brachio detrahere oportet, deinde calidos panes vino nigro et oleo intinctos edat et quam paucissimum bibat et quam plurimum laboret, suillasque carnes carnosas ex aceto coctas edat, ut adversus acclives ambulationes obnitatur.

Τινὲς οὐχ ὑποσαρκίδιον, ἀλλ᾽ ἐπισαρκίδιον γράφουσιν, οὐ μὴν ἀνὰ σάρκα τε καὶ κατὰ σάρκα γεγραμμένον εὗρόν που, καίτοι καὶ τῶν νεωτέρων οὕτως ὀνομαζόντων· εἰπόντος δ᾽ αὐτοῦ δύο φύσιας εἶναι ὑδρώπων καὶ περὶ μὲν τοῦ δευτέρου τὰ ἐμφυσήματα γράψαντος, ἄλλο δ᾽ οὐδὲν σύμπτωμα προσθέντος, ἐπὶ δὲ τοῦ προτέρου οὐδὲν παντάπασιν εἰπόντος, δῆλόν ἐστιν ὅτι κατά τι συγκέχυται καὶ σφάλλεται κατὰ τὴν τῶν ὑδέρων διαφοράν. ἔνιοι μὲν οὖν τῶν ἰατρῶν τέτταρας λέγουσιν εἶναι διαφορὰς τῶν ὑδέρων, ὑπερβαίνοντες τὸ προσῆκον, ἀλλ᾽ οὐ νῦν καιρὸς ἐλέγχειν αὐτούς· ὁ δὲ ταῦτα γράψας ἐλλείπει φανερῶς. ἔστι γὰρ τῶν ὑδέρων ὁ μέν τις ὑγροῦ λεπτοῦ κατὰ τὴν σύστασιν ἀθροίζων πλῆθος ἐν τῷ κάτω τοῦ θώρακος χωρίῳ παντὶ, ὃ παρακεντοῦντες ἐνίοτε τὸ ὑγρὸν ἐκκενοῦμεν· ἄλλος δ᾽ οὐχ ὕδατος, ἀλλὰ πνεύματος ἔχει τὸ χωρίον τοῦτο μεστὸν καὶ σχεδὸν τὰ ἄνω πάντα διοιδισκόμενα, τοῦτον τυμπανίαν προσαγορεύουσιν· ὁ δέ τις φλέγματος ἔχει τὴν ὅλην ἕξιν μεστὴν, τοῦτον ὑποσαρκίδιον ἔνιοι προσαγορεύουσιν. ὥστε ἐλλιπῶς εἶπε τῶν

Quidam non hypofarcidium, fed epifarcidium fcribunt. Non tamen et anafarca et catafarca alicubi fcriptum reperi, quanquam recentiores ita nominent. Quum autem hydropum naturas duas effe flatuerit, atque de pofteriore flatus citra quodvis aliud additum fymptoma fcripferit, de priore autem nihil omnino protulerit, manifeftum eft aliqua ex parte confufum ipfum effe ac falli in hydropum differentia. Quidam ergo ex medicis quatuor hydropum differentias effe dicunt, a jufto recedentes, fed nunc eos arguere tempeftivum non eft. Verum qui haec fcripfit, manifefte defecit. Nam hydropum unus quidem humidi confiftentia tenuis copiam, in tota inferiore thoracis regione acervat, quam aliquando perpungentes, humidum evacuamus. Alter vero locum hunc non aqua fed fpiritu flatulento plenum habet et fere fuperiora omnia tumentia; hunc tympaniam appellant. Alius autem habitum totum pituitae plenum habet, eum hypofarcidium nonnulli appellant. Quare cum defectu

ὑδέρων εἶναι δύο φύσεις· οὐ μὴν οὐδ' ὀρθῶς εἶπε, τὸ ἐγχειρέων γίγνεσθαι, ἀληθέστερον γὰρ ἂν εἶπεν, οὕτω γράψας· ἀποκτείνει δ' εὐθὺς ὁ ὕδερος, ἐπὴν γένηται· γέγραπται δ' ἡ λέξις οὕτω, κακῶς γεγραμμένη παρὰ τοῦ πρῶτον γράψαντος. τοῦ γε μὴν ἑτέρου τῶν ὑδρώπων, ὃν μετ' ἐμφυσημάτων φησὶ γίγνεσθαι, θεραπείαν γράφει, τὸ μέν τι κοινὸν ἔχουσαν πάντων ὑδέρων, ὡς κατὰ τὴν ἀρχὴν ἔγραψε ταλαιπωρίαν καὶ πυρίαν καὶ ἐγκράτειαν, συμβουλεύων ἐσθίειν θερμὰ καὶ ξηρά· τὸ δέ τι μόνου τοῦ ἀνὰ σάρκα, ὃν ὡς ἀθεράπευτον ἀπέλιπεν· οὗτος γὰρ μόνος ἀρχόμενος, ἐνίοτε δεῖται φλεβοτομίας, ὅταν γ' ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ἐπισχέσεως ἢ καταμηνίων ταῖς γυναιξὶν ἤ τινος οὕτω πληθωρικῆς αἰτίας ἀρξάμενος συνίσταται· τὸν δὲ τυμπανίαν ἢ τὸν ἀσκίτην ὕδερον, [175] οὐδεὶς ἐτόλμησε διὰ φλεβοτομίας ἰάσασθαι· ἐπὶ γοῦν τοῦ δεομένου τῆς φλεβοτομίας ἡ ἐφεξῆς θεραπεία θερμαίνουσα καὶ ξηραίνουσα γίγνοιτ' ἄν. ταῦτα μὲν οὖν γράψας τοῦ προσήκοντος ἐστοχάσθαι φαίνεται καὶ ὁ ταῦτα γράψας·

duas hydropum esse naturas dixit. Neque etiam recte protulit, *qui procreari incipiens*, nam verius dixisset ita scribens, interficit autem protinus hyderus, postquam procreatus fuerit. Scripta est autem ita dictio, male scripta ab eo qui primum scripsit. Alterius sane hydropum, quem ex flatu constare ait, curationem scribit, quae profecto hydropum omnium aliquid commune habet, ut in principio scripsit, labores, fotum et temperantiam, calida et sicca edere consulens, aliquid vero solius anasarca, quem ut insanabilem praetermisit. Nam hic solus quum incipit, eget interdum sanguinis detractione, quum scilicet ex retentione vel haemorrhoidum vel muliebrium menstruorum vel ex aliqua, quae ita plethorica sit, causa inceperit. Tympaniam vero et ascitem nullus per sanguinis missionem curare ausus est. In eo igitur qui venae sectione opus habet, fiat subsequens curatio, quae calefacit et siccat. Sane qui haec scripsit, ad id quod expedit, intentionem direxisse videtur. Non tamen recte auctor

οὐ μὴν ὀρθῶς γε εἶπεν, ἢν δὲ δύσπνοος ᾖ ὁ κάμνων, φλεβοτομίας χρήζει, μὴ διὰ πληθώραν ὄντως ἰσχυρὰν εἰς τὸν ὕδερον ἐμπίπτων, κινδυνευούσης δηλονότι σβεσθῆναι τῆς ἐμφύτου θερμασίας ὥσπερ τὸ πῦρ. ὡς γὰρ τὸ πῦρ κινδυνεύει σβεσθῆναι, ἐπιβληθέντων αὐτῷ ξύλων ὑγρῶν πολλῶν, εἰ μή τις τοῦ πλήθους ἀφέλοιτο, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ διὰ πλῆθος αἵματος ψυχροτέρου σβεσθῆναι κινδυνεύοντος ἐμφύτου θερμοῦ μέγιστόν ἐστιν ἴαμα ἡ φλεβοτομία, καθ' ἣν ὥραν ὁ κίνδυνος οὕτως καταλάβῃ. κακῶς οὖν πρόσκειται τῷ λόγῳ καὶ ὥρα θερινὴ ἐοῦσα. τοῦ μὲν γὰρ πλέον ἢ ἔλασσον ἀφελεῖν, ἄλλα τέ τινα εἴρητ' ἂν ὥσπερ καὶ ἡ ὥρα σκοπὸς, αὐτοῦ δὲ τοῦ βοηθήματος ἡ τοῦ πάθους φύσις σκοπός ἐστιν. ἔνιοι δὲ ὥσπερ καὶ Διοσκορίδης οὐ θερινὴν ὥραν, ἀλλ' ἐαρινὴν ἔγραψαν, ὑποπτεύοντες τῆς μὲν θερινῆς τὴν διάλυσιν τῆς δυνάμεως, τῆς δὲ χειμερινῆς τὴν προσγενησομένην τῷ πάθει ψύξιν. ἰδιωτικῶς δὲ καὶ ἀρχαίως πάνυ θερμοὺς ἄρτους ἐξ οἴνου μέλανος καὶ ἐλαίου δίδωσιν ἐσθίειν τῷ φλεβοτομηθέντι, σκοπὸν μὲν ἔχων ἀληθῆ ῥωννύναι τὴν δύνα-

libri dixit: *Si difficile ſpiraverit aeger, eget phlebotomia*, non re vera ob plethoram vehementem in hyderum incidit, periclitante ſcilicet extinctionem innato calore, ut igni contingit. Nam ut ignis prope extinguitur, injectis in eum lignis tum humidis, tum multis, niſi quis multitudinem ſuſtulerit, ſic et in frigidiore ob copiam ſanguine, ubi calor nativus prope extinguitur, maximum eſt remedium phlebotomia, quo tempore periculum ita prehenderit. Prave quoque orationi apponitur: *Fueritque anni tempus aeſtivum.* Nam uberius aut parcius ſanguinis detrahendi, alia quaedam ſcopi eſſe dicta ſunt, ſicuti et anni tempus, auxilii vero hujus affectionis natura ſcopus eſt. Nonnulli vero quemadmodum Dioſcorides non aeſtivum anni tempus ſcripſerunt, ſed vernum, virium exolutionem aeſtate affuturam ſuſpicati, hieme vero affectionis refrigerationem. Ruſtice autem ac inepte admodum panes calidos ex vino nigro et oleo ei cui ſanguis eſt detractus, exhibet, ſcopum quidem verum vi-

μιν, ὅπως ἐξαρκέσῃ ταῖς κατὰ τὰ γυμνάσια ταλαιπωρίαις, οὐχ εὑρὼν δὲ τὴν ὕλην ἀξίαν τοῦ σκοποῦ. μέλας γὰρ οἶνος πλεῖστον αἷμα γεννᾷ, τοσοῦτον δὲ ὡς περιττὸν καὶ μελαγχολικὸν γενέσθαι ἐκείνῳ· βέλτιον δ' ἐστὶ κιῤῥὸν οἶνον διδόναι, λεπτὸν μὲν τὴν σύστασιν, ὅπως καὶ τὴν οὔρησιν κινῇ, τὴν δ' ἡλικίαν μὴ νέον, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ πολλὰ συμβαίνει· τῶν νέων γὰρ οἴνων οὐδεὶς ἔσται κιῤῥὸς, ἀλλ' ἤτοι λευκὸς ἢ ἐρυθρὸς ἢ μέλας, παλαιούμενοι δὲ κιῤῥοί τε γίνονται καὶ ξανθοί. τό γε μὴν ὡς ἐλάχιστον πίνοντα πλεῖστον πονεῖν ὀρθότατα εἴρηται· ξηραίνει γὰρ ἡ τοιαύτη δίαιτα καὶ θερμαίνει. τὰ δ' ὕεια κρέα καθ' ὃν εἴρηται τρόπον ἐσθιόμενα, ἀκμάζουσι καὶ ἰσχυροῖς οὐ κακῶς ἂν δοθείη· τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς ἂν δύναιτο πέψαι καλῶς αὐτὰ, ἤδη κινδυνεύων σβεσθῆναι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν· ἄμεινον οὖν ὅσα καλῶς πέψουσι, διδόναι τοῖς ἔχουσιν οὕτως.

---

rium roborandarum habens, ut magnis exercitationum laboribus sufficere possit. Sed materiam scopo dignam non invenit; vinum etenim nigrum sanguinem plurimum generat, sed tantum, ut et supervacaneus et melancholicus fiat. Verum huic melius est vinum dare fulvum, tenue quidem consistentia, ut urinas moveat, sed non aetate novum, quo modo sane multis contingit. Vinorum etenim novorum nullum est fulvum, sed vel album vel rubrum vel nigrum, vetustate autem fiunt et fulva et flava. Atqui quamminimum bibere, quamplurimum laborare, rectissime dictum est, nam talis vivendi modus calfacit et siccat. Suillae carnes, si quo dictum est modo edantur, vigentibus aetate et validis non male dari possunt, caeterorum autem nullus utique eas probe coquere potest, ut qui jam prope est, ut caloris nativi patiatur extinctionem. Melius ergo ita affectis dare quae probe coquent.

ϞΔ'.

Ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται ὑπὸ συντήξεως αὐτέοισιν· ἢν μὲν δυνατοὶ ἔωσιν, ἐλλεβόρῳ τῷ λευκῷ ἀντισπάσαι· ἢν δὲ μὴ, ὁ χυλὸς τῶν σιτανείων πυρῶν παχὺς, ψυχρὸς καὶ τὸ φάκινον ἔτνος καὶ ἄρτοι ἐγκρυφίαι καὶ ἰχθύες, πυρέσσοντι μὲν ἑφθοὶ, ἀπυρέτῳ δ' ἐόντι ὀπτοί· καὶ οἶνος μέλας ἀπυρέτῳ. ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ ἀπὸ μεσπίλων ἢ μύρτων ἢ μήλων ἢ οὔων ἢ φοινικοβαλάνων ἢ οἰνάνθης ἀμπέλων.

(114) *Κυριώτερον ἂν εἰρήκει, τὰ διαχωρήματα τούτοις ὑπὸ συγκαύσεως, οὐχ ὑπὸ συντήξεως διέρχεσθαι· σύντηξις μὲν γὰρ ἐν αὐτῷ γίνεται διὰ πυρετὸν* [176] *κακοήθη τηκομένης τῆς πιμελῆς ἢ καὶ σαρκὸς τῆς ἁπαλῆς· σύγκαυσις δὲ ἐν τῇ γαστρὶ τῶν ἐδηδεσμένων, ὑπὸ θερμασίας δριμείας, δι' ἣν καὶ πυρέττειν συμβαίνει. τούτῳ οὖν ἐλλέβορον διδόναι κελεύει λευκὸν, ἐνεδείξατο γὰρ τοῦτο διὰ τοῦ*

XCIV.

Quicunque ventres inferiores calidos habent, ipsis et acres et inaequales dejectiones a colliquatione prodeunt. Quibus quidem si vires validae fuerint, revelles elleboro albo, sin minus, tritici cremor sitanii crassus et frigidus exhibendus et lenticulae pulmentum panesque subcinericii ac pisces, febricitanti quidem elixi, non febricitanti vero assi. Vinum etiam non febricitanti nigrum, sin minus, aqua ex mespilis aut myrti baccis aut malis aut sorbis aut palmulis aut vitium oenanthe.

Dejectiones his ob combustionem, non ob colliquationem deorsum prodire proprie magis dixisset. Nam colliquatio in eo sit, liquata ob febrem malignam pinguedine aut molli carne. Combustio vero in ventre *oritur* propter acrem eorum quae ingesta sunt calorem, quo et febrire contingit. Elleborum ergo huic album exhiberi imperat, id enim indicavit per hoc verbum *revellere,*

ἀντισπάσαι ῥήματος, ἐπειδὴ διὰ τῆς ἄνω γαστρός. ἢν δὲ μὴ δύναιτο δι᾽ ἡντιναοῦν αἰτίαν ἐλλέβορον λαμβάνειν δριμύτητος ἐπικρατούσης ὁ ἄνθρωπος, ἐδέσματα κελεύει διδόναι καὶ πόματα στύφοντα καὶ ψύχοντα· προστίθησι δὲ τοῖς ἐδέσμασι καὶ τὰ ξηραίνειν δυνάμενα, καθάπερ τοὺς ἐγκρυφίας ἄρτους καὶ τοὺς ὀπτοὺς ἰχθῦς. τούτων οὕτως εὐλόγως εἰρημένων ἐπισκεπτέον τίνα λέγει τὴν ἄνω κοιλίαν· ἐνίοτε μὲν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν θώρακα τὴν ἄνω κοιλίαν ὀνομάζοντες, τὸ μετὰ τὸ διάφραγμα πᾶν τῆς τροφῆς ἀγγεῖον κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσιν· ἐνίοτε δ᾽ ἄνω κοιλίαν ὀνομάζοντες, εἰς ἣν καταπίνομεν τὰ σιτία, ποτὲ μὲν τὰ μετ᾽ αὐτὴν ἅπαντα, κοιλίαν μὲν οὖν καλοῦσι κάτω, ἐνίοτε δὲ μόνα τὰ παχέα τῶν ἐντέρων· εἰσὶ δ᾽ οἳ τὸ κῶλον μόνον ὀνομάζουσι τὴν κάτω κοιλίαν. ἴσως μὲν οὖν ἂν ἐζητήσαμεν, τί τῶν εἰρημένων μορίων ἢ τίνα, πιθανώτερον καὶ νῦν ἀκοῦσαι ἐλπίζομεν, εἰ μέγα τι κερδαίνειν ἐμέλλομεν· ἐπεὶ δ᾽ ἡ τῶν τοιούτων εὕρεσις οὐδὲν μὲν ἡμᾶς διδάσκει πλέον ὧν

quia per ventrem ſuperiorem. Si vero aeger quavis ex cauſa non poſſit elleborum aſſumere viceritque acrimonia, edulia dare jubet et pocula tum aſtringentia tum refrigerantia. Adjicit autem eduliis *et quae ſiccare poſſunt*, veluti panes ſubcinericios atque aſſos piſces. His ita optima ratione enunciatis, quem ventrem ſuperiorem dicat contemplandum. Veteres enim thoracem interdum ventrem ſuperiorem appellantes, alimenti receptaculum omne, quod poſt ſeptum transverſum eſt, ventrem inferiorem nominant. Interdum autem ventrem ſuperiorem appellantes, in quem cibos devoramus, interdum quae poſt eum ſunt omnia ventrem inferiorem vocitant, interdum quoque et ſola quae craſſiora ſunt inteſtina. Sunt qui colon ſolum ventrem inferiorem vocant. Forſan igitur quaeſiviſſemus, quam vel quas ex praedictis partibus probabilius in praeſentia intelligere deberemus, ſi quid eſſatu dignum percepturi fuiſſemus. Sed quoniam horum inventio nihil nos admonet magis quam ea quae ipſi et ſcimus et dis-

ἴσμεν τε καὶ κρίνομεν αὐτοὶ περὶ τοῦ τίνα μὲν ὀρθῶς εἴρηται, τίνα δ' οὔ, περιεργίαν δὲ ἔχει μᾶλλον γνώσεως ἤπερ ὠφέλειαν, ἄμεινον ἀπολιπεῖν διὰ ταχέων καὶ μάλιστα ὅπου μηδὲ γνήσιον αὐτοῦ ἐστι τὸ σύγγραμμα.

ϟε'.

Ἢν δὲ πυρετὸς μὴ ἔχῃ καὶ στρόφοι ἔωσι, γάλα ὄνειον θερμὸν ὀλίγον τὸ πρῶτον, ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς πλεῖον καὶ λινόσπερμον καὶ πύρινα ἄλφιτα καὶ τῶν Αἰγυπτίων κυάμων ἐξελὼν τὰ πικρὰ, καταλεπίσας, ἐπιπάσσων πινέτω· ἢ ὠὰ ἡμιπάγεα ἐσθιέτω ὀπτὰ καὶ σεμίδαλιν καὶ κέγχρον καὶ χόνδρον ἑφθὸν ἐν γάλακτι, ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν· καὶ τὰ τούτοισιν ὅμοια καὶ ποτὰ καὶ ἐδέσματα προσφερέσθω.

Οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἐξηγουμένων βέλτιον τοῖς προειρημένοις συντάττουσι ταῦτα, περὶ τῶν θερμὴν ἐχόντων τὴν κάτω κοιλίην ἡγούμενοι καὶ νῦν ἔτι γίγνεσθαι τὸν λόγον·

cernimus, quod nonnulla quidem recte dicta funt, nonnulla vero non, cognitionisque curiofitatem magis quam commoditatem habent, melius eft cito relinquere et potiffimum quum hujusmodi liber Hippocratis legitimus non fit.

XCV.

Si vero febris non detineat adfintque tormina, lac afininum calidum, modicum primum, deinde fenfim progreffu facto amplius bibat et lini femen et triticeam polentam et fabas Aegyptias, detracto cortice amaro infpergens, potui exhibeto. Aut ova femiconcreta edat affa et fimilam et milium et alicam ex lacte coctam. Haec cocta frigida edenda hisque fimilia tum pocula tum edulia affumenda.

Plurimi interpretes melius haec praedictis contexunt, praefentem fermonem adhuc de iis, qui calidum habent ventrem inferiorem, fieri exiftimantes. Quidam vero fe-

ὀλίγοι δέ τινες ἀποχωρίσαντες ἰδίᾳ ταῦτα ἐξηγοῦνται· σκοπὸς δέ ἐστιν αὐτοῖς τὸ μέν τι καθᾶραι τῆς κακοχυμίας, τὸ δ' ἐπικεράσαι, τὸ δ' ἐπιξηρᾶναι, τὸ δ' ἐμψῦξαι. τὸ μὲν οὖν γάλα τὸ ὄνειον καθαίρειν δύναται καὶ ἐπικεραννύναι, τὸ δὲ τοῦ λίνου σπέρμα ξηραίνειν τε καὶ ψύχειν· τὰ δ' ἐκ τῶν πυρῶν ἄλφιτα τὸ ἐπικεραστικὸν ἔχει· καλῶς δ' αὐτοῖς ἀναμέμικται καὶ τὰ κρίθινα, ξηραίνοντά τε καὶ ψύχοντα. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι κύαμοι μετρίως ψῦξαι δύνανται· τὰ δὲ ὠὰ καὶ ἡ σεμίδαλις καὶ ὁ χόνδρος παχύχυμα καὶ εὔχυμα καὶ ἐπικρατητικά· καὶ ξηραίνει δὲ ἱκανῶς ὡς ἐν ἐδίσμασιν ἡ κέγχρος, ὥσπερ γε καὶ ψύχει. ταῦτα δὲ πάντα δίδωσι ψυχρὰ, διὰ τὴν δριμύτητα καὶ θερμότητα τῶν τὸ πάθος ἐργαζομένων χυμῶν.

ϟϛʹ.

[177] *Τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν ἀῤῥωστήμασι καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς*

parant et feorfum exponunt, fcopusque his eft partim quidem cacochymiam expurgare, partim vero contemperare partimque reficcare et partim refrigerare. Lac ergo afininum expurgare poteft et contemperare. Lini femen tum ficcare tum refrigerare. Quae autem ex triticio conficiuntur polentae contemperant, quibus probe remifcentur hordeaceae, ut quae et ficcant et refrigerant. Fabae Aegyptiae mediocriter refrigerare poffunt. Ova autem et fimila et chondrus craffi funt fucci et boni et humorum acrimoniam infrenant. Siccat autem in edulio milium, quemadmodum et refrigerat. Haec autem omnia frigida exhibet, propter humorum affectum procreantium tum acrimoniam tum caliditatem.

XCVI.

Diaetetices maximum eft febrium tum intentiones, tum remiffiones ut in acutis, fic et longis morbis obfervare, ac cavere ut tempora quibus cibi offerendi non funt,

ἀνέσιος, ὥστε τοὺς καιροὺς διαφυλάττειν, ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν καὶ ἀσφαλέως, ὁκότε δέῃ προσενεγκεῖν εἰδέναι· ἔτι δὲ ὁκότε πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσεως.

Τῆς διαιτητικῆς τέχνης μέγιστον εἶναί φησι τὸ τὸν κατὰ μέρος καιρὸν γνῶναι τῆς τροφῆς· αὐτὸς οὖν ἕνα σκοπόν φησι πλεῖστον ἀπέχειν τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἐν ᾧ τὴν τροφὴν δεῖ διδόναι τῆς ἐπιτάσεως· εἴη δ' ἂν ἐπίτασιν λέγων τὴν ἀρχὴν τοῦ παροξυσμοῦ. τοῦτο δ' οὐ μόνον ἐπὶ τῶν χρονιζόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὀξέων ἀληθὲς εἶναι δοκεῖ· διὰ τί οὖν προσέθηκε τοῖς μακροῖς ἀῤῥωστήμασιν; ὅτι μᾶλλον ἐπὶ τούτων ἐναργὴς ὁ σκοπὸς ἢ τάχα καὶ μόνον. ἐπὶ γὰρ τῶν ὀξέων αὔταρκες ἦν γνώρισμα καιροῦ τροφῆς καταλαβεῖν τὴν θέρμην εἰς τοὺς πόδας, οὐ μὴν ἐπὶ τῶν χρονίων γε θρεπτέον οὕτως, ἀλλὰ περιμένειν προσήκει τὰ βέλτιστα τῆς ἀνέσεως· κατὰ γὰρ τὰς ὀξείας νόσους ἀναμένειν οὐκ ἐγχωρεῖ, φόβῳ τῆς μελλούσης διὰ ταχέων ἐπιτάσεως ἔσεσθαι. ἔνιοι δὲ τὴν λέξιν γράφουσιν οὕτω· τῆς διαιτητι-

ſerves et quando tuto offerendi ſint cognoſcas, atque etiam quando plurimum ab intentione abſuerint.

Artis diaeteticae maximum eſſe ait, particulare cibi exhibendi opportunum tempus noſſe. Ipſe igitur ſcopum unum ait, tempus illud, quo cibus exhiberi debet, quamplurimum ab intentione febris abeſſe, quam intentionem eſſe dicit acceſſionis principium. Id autem non in diuturnis ſolum, ſed et in acutis verum eſſe videtur. Sed quare longis in morbis adjecit? Quod in his magis et forſan ſolis evidens ſit ſcopus. In acutis enim *morbis* deprehenſus in pedibus calor cibi tempeſtive offerendi ſignum ſufficiens fuit, non tamen in longis ita nutrire oportet, ſed melior remiſſionis pars eſt expectanda, quod in acutis haudquaquam expectari poteſt, timore cito futurae intentionis. Nonnulli dictionem hanc ita ſcribunt:

κῆς ἐστι μέγιστον τὸ παρατηρεῖν καὶ παραφυλάσσειν ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσιν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς χρονίοις, τὸ ἐπίστασθαι ὁπηνίκα χρὴ τρέφειν. ἔνιοι δὲ τὴν τελευτὴν ταύτης τῆς ῥήσεως οὕτω γράφουσιν· ἔτι δὲ ὅταν πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσεως εἰδέναι· ὡς πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐπισκέψασθαι περὶ τὸν ἄῤῥωστον καὶ τοῦτο συμβουλεύοντος αὐτοῦ. φαίνεται δὲ, εἰ αὐτό τις ἐξετάζει τοῦτο, μὴ συνάπτων τῇ κατὰ μέρος εὑρέσει τοῦ καιροῦ τῆς τροφῆς ἄκαιρον τὸ περὶ τῆς τροφῆς παράγγελμα καὶ οὐδενὸς ἄξιον.

ϞΖ΄.

Εἰδέναι δὲ τοὺς κεφαλαλγικοὺς ἐκ γυμνασίων ἢ δρόμων ἢ πορειῶν ἢ κυνηγεσιῶν ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου ἢ ἐξ ἀφροδισίων· τοὺς ἀχρόους, τοὺς βραγχαλέους, τοὺς σπληνώδεας, τοὺς λειφαίμους, τοὺς πνευματώδεας καὶ ξηρὰ βήσσοντας καὶ διψώδεας, τοὺς φυσώδεας καὶ φλεβῶν ἀπολήψιας, ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ καὶ μετάφρενον καὶ τοὺς ἀποναρκωμένους καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας

Diaetetices maximum est ut in acutis, ita et in longis, obſervare et ſcire quando cibum dare oporteat. Alii finem dictionis ita ſcribunt: *Atque adhuc, quum plurimum a febris intentione aberunt, ſcire oportet*, ut praeter caetera, quae nos in aegro contemplari voluit et id admoneat. Quod ſi quis perquirat et non particulari tempeſtive cibandi inventioni copulet, id importunum eſſe de alimonia praeceptum atque re nulla dignum videtur.

XCVII.

At noſſe eos oportet, quibus caput dolet ob exercitationes aut curſus aut itinera aut venationem aut quemvis alium intempeſtivum laborem aut res venereas, decolores etiam, raucedinoſos, lienoſos, exangues, difficile ſpirantes, ſicca tuſſi laborantes, ſiticuloſos, flatulentos et venarum interceptiones et eos quibus intenta ſunt tum hypochondria, tum latera, tum dorſum, ac corpore detentos et ob-

καὶ οἷς ἦχοι τῶν οὐάτων ἐμπίπτουσι καὶ τὰς οὐρήθρας ἀκρατῶς διακειμένους, τοὺς ἰκτερώδεας καὶ ὧν αἱ κοιλίαι ὠμὰ ἐκβάλλουσιν, αἱμοῤῥαγέοντας ἐκ ῥινῶν ἢ καθ᾽ ἕδρην σφοδρῶς ἢ ἐν ἐμφυσήμασιν ἐόντας, ἢν πόνος αὐτοῖς ἐπιτρέχει σφοδρὸς καὶ μὴ ἐπικρατέωσι· τῶν τοιούτων μηδένα φαρμακεύειν· κίνδυνόν τε γὰρ ἕξεις καὶ οὐδὲν ὀνήσεις, τάς τε ἀπὸ ταυτομάτου ἀπαλλάξιας καὶ κρισιας ἀφαιρήσεις.

---

[178] (115) Ὅτι μὲν ἀτάκτως καὶ τρόπον ὑπομνήσεως παρασκευῆς ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ βιβλίον τοῦτο γέγραπται πρόδηλον οἶμαι παντί· πολλὰ δ᾽ οὖν, ὡς ἔφην, ἐν αὐτῷ καλῶς εἴρηται, δι᾽ ἃ καὶ τοῖς εἰρημένοις οὐκ ὀρθῶς ἐπείσθησαν ἔνιοι καὶ μᾶλλον ὅσοι συνῄδεσαν ἑαυτοῖς, ὡς οὐκ ἔχουσιν ἐπιστήμην κριτικὴν τῶν γεγραμμένων. τὰ δ᾽ οὖν ἐν τῇδε τῇ ῥήσει λεγόμενα κατάλογον ἔχει τῶν ἀνεπιτηδείων φαρμακεύεσθαι· τὸ καθαίρεσθαι δὲ τῷ φαρμακεύεσθαι συμβαίνει ἐς ταὐτὸν, ὥσπερ γε καὶ φαρμακεύειν ἐν τῷ καθαί-

ſcure videntes et eos quibus aurium tinnitus incidunt et qui urinas non continent, morbo regio laborantes, quorum alvi cruda dejiciunt, quibus ſanguis e naribus aut ſede vehementer erumpit aut inflationibus obſeſſos, ſi his vehemens dolor incurſet, neque ſuperiores exiſtant. Horum nullus medicamento purgandus eſt. Etenim periculum invehes nihilque juvabis ſpontaneasque tum liberationes, tum judicationes adimes.

Quod inordinate et praeparationis ad commentationem modo omnia hoc in libro ſcripta ſint cuivis patere arbitror. Multa ſane, ut dixi, in hoc probe dicta ſunt, ob quae et iis, quae dicta ſunt non recte, nonnulli fidem adhibuerunt magisque qui ſibi conſcii fuerunt, ut critica ſcriptorum ſcientia non praediti. Quae ergo hoc in textu dicuntur, catalogum habent eorum, qui ut purgentur idonei non ſunt. At purgari et medicari in idem concidunt, ut et medicamentum dare et purgare. Videamus ergo

ρειν. ἴδωμεν οὖν τίνας ἀπ' ἀρχῆς ἀπαγορεύει καθαίρειν· τοὺς κεφαλαλγικούς φησιν ἐκ γυμνασίων ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου· συντόμως οὖν ἀκούσας τοὺς ἐξ ἀκαίρων πόνων κεφαλαλγικοὺς γενομένους μὴ κάθαιρε· ἄκαιροι πόνοι πάντως εἰσὶν οὓς ἡ παροῦσα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον διάθεσις τοῦ σώματος οὐ δύναται φέρειν. ἀναμνήσω δέ σε νῦν εἰς πολλὰ χρησίμου πράγματος, οὗ διὰ παντὸς ἀξιῶ μεμνῆσθαι· τοῦ σώματος ἡμῶν παρασκευῆς μετέχοντος, ἐγγὺς τοῦ συμπληρωθῆναι, τῶν ἔξωθέν τι προσιὸν ἐξήλεγξε τὴν διάθεσιν αὐτοῦ, πυρετὸν ἀνάψαν ἢ κεφαλαλγίαν ἢ κατάῤῥουν ἢ βῆχα κινῆσαν, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο· κἄπειτα ἐκ τούτου κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπὶ τὴν παρασκευὴν τῆς νοσώδους διαθέσεως ἀσθενοῦσιν ἐπικινδύνως, οὔτε δρόμου τὴν νόσον γεννήσαντος ἢ ὅλως τῆς ἰσχυρᾶς κινήσεως, ὥσπερ οὐδὲ τῆς ἀκρασίας ἢ τῆς ψύξεως ἤ τινος ἄλλου τῶν τοιούτων. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἱκανόν ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀσθένειαν ἐργάζεσθαι σφοδρὰν, ἀλλ' εἴτε πυρετὸς ὑπό τινος αὐτῶν γένοιτο, τῶν ἐφημέρων ὀνομαζομένων ὁ τοιοῦτός ἐστι πυρετὸς, εἴτ'

quos ab initio purgare prohibet. Capite dolentes recenſet ob exercitationes aut alium quemvis intempeſtivum laborem, ſummatim eos intelligens qui ex intempeſtivis laboribus capite dolent, minime purgandos. Labores autem intempeſtivi omnino ſunt quos praeſens hoc tempore corporis affectio ferre non poteſt. Admonebo autem te nunc rei ad multa utilis, cujus ſemper te memorem eſſe velim. Corpore noſtro praeparationem *ad morbum* ineunte eamque integram prope ſubeunte, externum quid obveniens, ipſius affectionem manifeſtavit, febrem accendens vel capitis dolorem vel catarrhum vel tuſſim excitans vel aliud ejusmodi. Deinde ex eo continenter ad morboſae affectionis praeparationem periculoſe aegrotant, neque curſu morbum generante aut vehementi omnino motione, ut neque intemperantia aut refrigeratione aut alia quadam ſimili cauſa. Nihil etenim eorum ſuapte natura vehementem morbum generare poteſt. Nam ſi febris ab horum aliquo ſiat, haec ex diariarum nomina-

ἄλλο τι σύμπτωμα, ὀλιγοχρόνιον ἔσται πολλάκις· καὶ τοῦτό γε, ὡς ἔφην, διὰ τὴν τοῦ σώματος διάθεσιν ἕκαστον τῶν τοιούτων οὐκ αἴτιον τοῦ νοσήματος, ἀλλὰ πρόφασις γίγνεται. κυρίως γὰρ ἄν τις μάλιστα τὰς τοιαύτας αἰτίας ὀνομάζοι προφάσεις, οὐχ ἁπλῶς φανερὰς, ὡς πολλάκις εἰώθασιν αὐτοὶ καλεῖν, ὅταν ὑπό τινος τῶν φανερῶν αἰτίων βλάβη γένηται σαφὴς ἐν τῷ σώματι· μηδεμιᾶς γὰρ ἑτέρας διαθέσεως νοσώδους ὑποκειμένης οὔτε νόσος ἀξιόλογος ἀκολουθήσει καὶ τῆς γινομένης ἐν τῷ σώματι βλάβης τὸ ποιῆσαν αὐτὴν αἴτιόν ἐστι. ἴσθι τοίνυν αὐτῷ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις αἰτίοις γενόμενον, ἃ μὴ κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον βλάπτει τὸ σῶμα· κεφάλαιον δ' αὐτῶν ἐστιν ἓν μὲν καὶ πρῶτον οἱ πόνοι, πολυειδεῖς κατὰ μέρος ὄντες, δρόμοι καὶ πάλαι καὶ παγκράτια, ἀφροδίσια, τρίψεις, ἔγκαυσις, ψῦξις, ἀγρυπνία, θυμοὶ, λῦπαι, φόβοι. τῶν μὲν οὖν ἀφροδισίων ἐμνημόνευσε, τὰ δ' ἄλλα παρέλιπε, καίτοι τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχοντα· τὰ γὰρ, ὡς εἴρηται, τὸ πνεῦμα τα-

tarum genere erit, aut ſi ſymptoma aliquod aliud generetur, id ſaepius pauco durabit intervallo. Et id ſane ſaepius, ut retuli, propter corporis diſpoſitionem unumquodque horum non morbi cauſa, ſed occaſio redditur. Nam hujusmodi cauſas proprie quis appellaverit προφάσεις, non ſimpliciter evidentes, ut hi ſaepe vocare conſueverunt, quum ab aliqua manifeſtarum cauſarum noxa in corpore evidens fuerit. Si enim nulla alia corporis diſpoſitio morboſa affuerit, neque morbus effatu dignus ſubſequetur, ac ejus quae in corpore fit laeſionis, quod ipſam fecit, cauſa eſt. Sciveris itaque hoc in loco praeſentem ſermonem de his fieri cauſis, quae non ſua ratione corpus laedunt. Summa autem horum eſt una quidem et prima labores varii particulares, curſus, luctae, pancratia, venerea, frictiones, aeſtuatio, frigus, vigilia, ira, moeror, timor. Venereorum quidem meminit, verum caetera ſubticuit, quanquam facultate eadem praedita forent. Nam quae, ut dictum eſt, ſpiritum perturbant, ea

ράττοντα καθάρσεως οὐ δεῖται διὰ τὸ μηδ' ὑπὸ κακοχυμίας γεγονέναι τὴν νόσον ταύτην. μεταβὰς δὲ ἀπὸ τούτων τῶν γνωρισμάτων αὐτὸς ἐδήλωσεν οὓς πρότερον εἶπεν· ἰδίως δὲ καλοῦσιν ἀχρόους τοὺς λειφαίμους, ἔτι τε δι' ἄλλην διάθεσιν οὐ κατὰ τὴν φύσιν ἔχοντας τὸ σῶμα κακοχρόους ὀνομάζουσιν· οὗτοι τοίνυν οἱ ἄχροοι θερμαίνεσθαι δέονται διά τε γυμνασίων καὶ πόσεων οἴνου θερμοῦ τῇ δυνάμει καὶ σιτίων παραπλησίων. ἀλλὰ καὶ τοὺς βραγχαλέους φησί· καὶ γὰρ καὶ τούτων τὴν ὑγρότητα καὶ ψύξιν τοῦ κατασκήψαντος εἰς τὸν λάρυγγα ῥεύματος, ἰάσασθαι προσήκει τὴν κεφαλὴν ξηραίνοντας καὶ τὰ πεπονθότα μόρια [179] διὰ τῶν τοπικῶν βοηθημάτων. ἀλλὰ καὶ τοὺς σπληνώδεάς φησιν οὐ δεῖσθαι καθάρσεως· τοῦτό μοι δοκεῖ μὴ λέγειν ὀρθῶς, δέονται γὰρ, εἴπερ τινὲς ἄλλοι καὶ οὗτοι καθαίρεσθαι μέλανα. τούτοις ἐφεξῆς τῶν λειφαίμων μνημονεύει, τουτέστι τῶν ἐνδεὲς ἐχόντων αἷμα, κἂν μηδέπω σαφῶς ὦσιν ἄχροοι. μετ' αὐτοὺς δ' ἐμνημόνευσε τῶν πνευματωδῶν καὶ ξηρὰ βησσόντων καὶ διψωδῶν, ἀσαφῶς ἑρμηνεύσας, ὡς μὴ

purgatione non egent, quod morbus hujusmodi a cacochymia contractus non fit. Ab his autem digreffus indiciis quos prius dixit declaravit. Proprie autem decolores exangues vocant eosque praeterea qui propter aliam affectionem corpus non fecundum naturam affectum habent pravo colore infectos appellant. Hi ergo decolores calefieri expoftulant tum exercitationibus tum vini facultate calidi potu et cibis facultate fimilibus. Sed et raucedinofos enunciat. Etenim et horum humiditatem et frigiditatem ob delapfum ad guttur rheuma fanare convenit, exiccatis fcilicet topicorum auxiliorum ufu tum capite tum caeteris quae affectae funt partibus. Praeterea et lienofos purgatione haudquaquam egere inquit, quod non recte dictum arbitror. Nam his, fi aliis quibusdam, nigra purganda funt. Poft lienofos meminit exanguium, hoc eft eorum qui fanguinis inopiam habent, etfi nondum aperte fuerint decolores. Deinde mentionem de difficile fpirantibus facit, ficce tuffientibus et fiticulofis, obfcure

δηλῶσαι πότερον ἑκάστου κατὰ μόνας ἀκουστέον ἐστὶν ἢ τῶν τριῶν ἅμα γενομένων. ἔστι δ' οὐδὲ καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν λεγόμενον σαφὲς, ὡς καὶ πρόσθεν ἤδη λέλεκται· πνευματώδεις γὰρ ὡς πολὺ μόνον ὀνομάζουσι τοὺς κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἀέρος δεομένους, ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς ἐμπνευματουμένους· ἀλλ' ἑκάτερον αὐτῶν πολλὰς αἰτίας ἔχει, καὶ εἰ πάσας ἐπεξίω, μακρότερος ὁ λόγος ἔσται πρὸς τῷ καὶ φανῆναί τινας μὲν αὐτῶν φλεβοτομίας δεομένους, τινὰς δὲ καθάρσεως, τινὰς δ' ἄλλου βοηθήματος. οὕτω δὲ καὶ οἱ ξηρὰ βήσσοντες οὐ κατὰ μίαν γίγνονται διάθεσιν, οὐδ' οἱ διψώδεις αὐτῶν. οὕτως δὲ οὐδ' εἰ περὶ τῶν πυρεσσόντων διψωδῶν ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ, ἐπίστασθαι νῦν ἡμᾶς ἢ περὶ τῶν ἀπυρέτων ἢ ἀμφοτέρων· κἂν γὰρ ἑνὸς αὐτῶν μνημονεύσω κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένου, τὸ καθόλου διαβεβλήσεται· λέλεκται δὲ ἐν ἀφορισμοῖς ὧδε· ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμὸς καὶ σκοτόδινος καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρ-

ita loquutus, ut non conſtet utrumne ſinguli horum ſeorſum intelligendi veniant, an hi tres una comprehendendi. Neque adhuc in ſingulis horum ſeorſum intellectis perſpicuus eſt ſermo, ut et antea jam enunciatum eſt. Nam ſpirituoſos ſaepius eos duntaxat nominant, qui in inſpiratione aëris indigent, interdum vero et inflatos. Verum eorum utrique multas habent cauſas, quas omnes ſi percurrero, prolixior ſermo futurus eſt, praeter id quod eorum quidam venae ſectionem exigere videntur, alii purgationem et remedium aliud alii. Sic autem et ſicce tuſſientes non affectione una fiunt, neque inter eos ſiticuloſi. Sic neque etiam nunc certiores fieri poſſumus anne de febricitantibus ſiticuloſis ſermo ſit, an de non febricitantibus *ſiticuloſis*, an de utrisque. Si etenim unius horum, quae in aphoriſmis recenſentur, meminerimus, quod univerſale eſt tolletur. Dictum autem ita in aphoriſmis: *Non febricitanti cibi faſtidium, oris ventriculi morſus, tenebricoſa vertigo et oris amaror, purgatione per*

μακείης δεῖσθαι σημαίνει· ἐὰν δὲ ἐκπικροῦται τὸ στόμα, διψώδεις εἰσίν. οὕτως δὲ καὶ οἱ φυσώδεις πρῶτον μὲν οἵτινες ὑπ' αὐτοῦ λέγονται ἀγνοῶ, εἰ σὺν τῷ φλεβῶν ἀπολήψιας τοὺς γεγονότας φυσώδεις ἀκούωμεν, ἐνίων ἀναγιγνωσκόντων καθ' ἑαυτό· κἂν μεταβάλλειν εἶχον τῆς λέξεως ταύτης ἕκαστον, ἐδυνάμην ἂν ἅπαντα, ὅσα γιγνώσκειν χρήσιμόν ἐστι, διδάξαι μὴ πολλὰ πληρῶν βιβλία, καθάπερ καὶ περὶ τῶν ἑξῆς λεγομένων. φησὶ γὰρ ἐκτεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ καὶ μετάφρενον καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας καὶ οἷς ἦχοι τῶν ὤτων εἰσὶ καὶ ὅσοι τὰς οὐρήθρας ἀκρατῶς διάκεινται· καθ' ἕκαστον γὰρ τούτων τῶν παθημάτων αἰτίαι τε καὶ διαθέσεις εἰσὶ πολλαὶ καὶ θεραπειῶν διαφερουσῶν δεόμεναι· αὐτῶν γοῦν ἐσθ' ὅτε καὶ καθάρσεως δεηθήσονταί τινες τῆς διὰ χολαγωγοῦ φαρμάκου. περὶ πάντων οὖν τούτων, ἔτι τε τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων, οὐκ ἀποφάσεις ἀδιορίστους, ἀλλὰ διορισμούς τε καὶ σαφεῖς διδασκαλίας τῇ τε μακρᾷ πείρᾳ κεκριμένας ἐν ταῖς ἡμετέραις ἔχεις πραγματείαις, ἃς ἀναλεξάμενος ἱκανὸς ἔσῃ κρίνειν ἅπαντα τὰ

ſuperiora opus eſſe ſignificant. Si autem os amareſcat, ſiticuloſi ſunt. Ita vero et flatuoſi primum quinam ab ipſo dicantur ignoro, an cum venarum interceptione flatuoſi effecti intelligendi ſint, quum nonnulli per ſe legant. Atque adeo ſi ſingula dictionis hujus poſſem tranſmutare, poſſem omnia quae cognoſcere utile ſit, citra librorum multitudinem docere, veluti et de iis, quae deinceps dicuntur. Ait enim: *Et eos quibus extenta ſunt tum hypochondria, tum dorſum, tum latera, obſcure videntes, eos quibus aurium tinnitus ſunt et qui urinas non continent.* Nam in ſingulis his pathematis et cauſae et affectiones ſunt multae, variisque egentes curationibus, quarum profecto nonnullae eam quae per bilis eductorium medicamentum fiat, purgationem expoſtulabunt. De his ergo omnibus atque adhuc de iis quae deinceps dicuntur, non enunciationes indiſtinctas, ſed diſtinctiones doctrinasque tum claras tum longo rerum uſu probatas habes in noſtris tractationibus, quas ſi legeris, omnia quae ab auctore

τούτῳ λεγόμενα, μετὰ τοῦ μεμνῆσθαι τοῦ μέρους, ὃ γνήσιον ὡμολόγητο καὶ παρ' ἡμῶν, διδασκαλίας ἔχον ὠφελούσας· ἅπαντα γὰρ ἐν αὐτῷ γέγραπται σὺν ἀποδείξει τε καὶ σαφηνείᾳ καὶ διορισμοῖς τοῖς προσήκουσι. τὰ δ' οὕτως ἐσπαρμένα, καθάπερ ἡ νῦν ὑποκειμένη ῥῆσις, οὐδὲν ὀνίνησιν. ἐὰν μὲν γὰρ νῦν ἀκούῃ τις ἁπλῶς ἑκάστου τούτων ἄνευ τοῦ διορίσασθαι, πολλὰ κακῶς πράξει κατὰ τὴν τέχνην· ἐὰν δὲ ἕκαστον ὡς χρὴ διορίσηται, γνώσεται πρῶτον μὲν οὐδὲν ἐντεῦθεν εἰς τὴν εὕρεσιν αὐτῶν ὠφελούμενος, εἶτα πολλῶν βιβλίων δεόμενος εἰς τὴν περὶ τῶν προκειμένων σκέψιν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔστι πεῖσαι τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπέρχεσθαι μὲν τὰ σαφῆ τῶν γραμμάτων μόνα, καταλιπεῖν δὲ τοῖς γράψασι τὰ μὴ τοιαῦτα· καὶ γὰρ δίκαιόν ἐστιν, εἰ μηδεμίαν ἐκεῖνοι φροντίδα τοῦ γινώσκειν ἡμᾶς ἃ γεγράφασιν ἐποιήσαντο, μηδ' ἡμᾶς λιπαρῶς προσκεῖσθαι, ζητοῦντάς τε καὶ καταμαντευομένους ὧν λέγουσιν.

---

hoc recitantur, difcernere valebis, fi fimul partis memineris, quam et legitimam et commodae doctrinae plenam faffi fumus. In ea fiquidem parte cum demonftratione et perfpicuitate congruentibusque diftinctionibus fcripta funt omnia. Sed quae ita diffeminata funt, ut praefens oratio, nihil juvare poffunt. Nam fi quis nunc fingula horum fimpliciter et indiftincte audierit, is multa in arte perperam molietur. Quod fi fingula ut oportet diftinxerit, primum quidem nihil inde ad eorum inventionem juvari fe deprehendet, deinde ad eam, quae de praefentibus fit, contemplationem multis egere libris. Enimvero plerisque hominum fuaderi non poteft, ut aggrediantur quidem fola ea fcripta, quae manifefta funt, quae vero talia non funt, iis qui ea fcripferunt relinquant. Etenim fi nullam illi curam habuere, ut nos ea, quae fcripferunt, intelligeremus et nos haudquaquam diligenter adhaereamus, ea quae dicuntur tum quaerentes tum divinantes, par eft.

ϟη'.

[180] *Ἢν δὲ αἷμά τινι ξυμφέρῃ ἀφαιρέειν, στερεὴν πρότερον ποιέειν τὴν κοιλίην καὶ οὕτως ἀφαιρέειν· καὶ λιμοκτονέειν καὶ οἶνον ἀφαιρέειν αὐτῷ, ἔπειτα τῇ διαίτῃ τῇ προσηκούσῃ τὰ ἐπί- (116) λοιπα αὐτέων καὶ πυριήσιν ἐνίκμοισι θεράπευε.*

Μὴ ῥεούσης τῆς κοιλίης ἀφελεῖν τοῦ αἵματος· ἐὰν γὰρ ἐπιμένῃ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν ἀποῤῥέουσα, καταλύει τὴν δύναμιν. τό τε λιμοκτονεῖν ὧν ἀφέλῃς τοῦ αἵματος, οἴνου τε ἀπέχειν, ὀρθῶς εἴρηται, καθάπερ καὶ τὸ τῇ διαίτῃ τῇ προσηκούσῃ χρῆσθαι. τὸ δὲ καὶ ταῖς πυρίαις ταῖς ἐνίκμοις θεραπεύειν, εἰ μὲν ἐπὶ πάντων λέγοιτο τῶν ἀφαιρουμένων αἷμα, ψεῦδός ἐστιν· εἰ δ' ἐπί τινων, ἐχρῆν εἰπεῖν.

XCVIII.

At ſi cui ſanguinem detrahere conferat, firmam prius alvum ſacere oportet, atque ita detrahere et aegrum inedia macerare, eique vinum demere, poſtea congruenti victu et fotibus humidis reliquam curationem peragere.

Fluente alvo ſanguinem non detrahes. Nam ſi poſt detractionem perſeveret fluor, vires proſternit. Inedia autem eos macerare, quibus detractus fuerit ſanguis et vino abſtinere, recte dictum eſt, ut et congruenti uti victu. Sed fotibus humidis curare, ſi de omnibus quidem, quibus detractus fuerit ſanguis, dicatur, id falſum eſt; ſi vero de aliquibus, dicere oportuit.

ϟθ'.

Ἢν δέ σοι κατάπυκνος ἡ κοιλίη δοκῇ εἶναι, μαλθακῷ κλύσματι ὑπάκλυζε.

Οὐκ ἄξιον συγγράμματος τοῦτο, πρόδηλον γὰρ ἐστιν ἅπασιν.

ρ'.

Ἢν δὲ φαρμακεῦσαι δόξῃ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλέως ἄνω κάθαιρε, κάτω δὲ μηδενὶ τῶν τοιούτων.

Ὡς προειρηκὼς τὸ πάθος ἐφ' οὗ κελεύει ταῦτα πράττεσθαι τὸν λόγον ποιεῖται, καίτοι οὐδὲν προείρηκεν· ἢ οὖν ἀπόλωλέ τις ῥῆσις, ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐδηλοῦτο, ἢ ἐπιλή-

XCIX.

At si constricta alvus esse tibi videatur, eam molli clystere sublue.

Dignum conscriptione, quod omnibus pateat, hoc non est.

C.

Si vero purgandum esse visum fuerit, tuto per veratrum sursum purga, deorsum vero talium neminem.

Tanquam affectum praedixerit, in quo haec fieri jubet, sermonem facit, etiamsi nihil praedixerit. Vel ergo exempta est quaedam oratio, in qua ostendebatur affectus,

σμων ἦν ὁ ταῦτα γράψας καὶ τοιοῦτος οἷος ὁ νῦν ὀνομαζόμενος ὑπὸ τῶν πολλῶν μετέωρος.

ρα'.

Κράτιστον δὲ ἐς οὔρησιν καὶ ἐς ἱδρῶτας καὶ ἐς περιπάτους ἄγειν, καὶ τρίψει ἡσύχῳ χρέο, ἵνα μὴ πυκνώσῃς τὴν ἕξιν· ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, ἄλλοι τριβέτωσαν αὐτόν.

Καὶ ταῦθ' οὕτως, ὡς προειρηκὼς τὸ πάθος ἔγραψεν.

ρβ'.

[181] *Κἢν μὲν ἐν τῷ θώρακι ὑπὲρ τῶν φρενῶν λυπέῃ τὸ πάθος αὐτὸν, ἀνακαθίζειν ὡς πλειστάκις καὶ ὡς ἥκιστα*

vel obliviofus fuit, qui haec fcripfit, vel talis qualis nunc a multis fublimis appellatur.

CI.

Optimum autem eft, ad urinas, ad fudores et ad deambulationes adducere et leni frictione uti, ut ne habitum denfum efficias. Si vero in lecto decumbat, alii eum fricent.

Scripfit quoque et haec ita, tanquam affectum praenunciatum fcripferit.

CII.

Et fi in thorace quidem fupra feptum tranfverfum affectus laeferit, eum ut plurimum defidere convenit et

προσκλινέσθωσαν ἐς ὅτε δυνατοί εἰσι καὶ καθίζοντα ἀνατρίβειν μιν πολὺν χρόνον πολλῷ θερμῷ· ἢν δὲ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ ὑπὸ φρένας ἔχῃ τὰ ἀλγήματα, ἀνακέεσθαι ξυμφέρει καὶ μηδεμίαν κίνησιν κινέεσθαι τῷ τοιῷδε σώματι ξυμφέρει, ἔξω τῆς ἀνατρίψεως.

Ἐκ ταύτης τῆς ῥήσεως τεκμαίροιτ' ἄν τις ταῦτα καὶ τὰ πρὸ τούτων ἅπαντα περὶ ἀλγημάτων γεγράφθαι. τὰ οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως παραλέλειπται, ἁμαρτόντος τοῦ πρώτου βιβλιογράφου καὶ μετὰ ταῦτα μεινάσης τῆς ἁμαρτίας. ὥστ' οὐδ' ἐξετάζειν τὴν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀλήθειαν οἷόν τε, μή τινι κἂν τοῖς τοιούτοις ἐπὶ πλέον εἰκῇ κατατρίβεσθαι δόξωμεν.

ργ'.

Τὰ δ' ἐκ τῆς κάτω κοιλίης λυόμενα δι' οὔρων καὶ ἱδρώτων, ἢν ὀλισθῇ μετρίως, ὑπὸ αὐτοματισμοῦ λύεται τὰ σμικρά·

quam minimum reclinari, dum vires valeant ſedentemque longo tempore oleo multo calido perfricari. Si vero in inferiore alvo ſub ſepto tranſverſo dolores afficiant, decumbere confert nulloque motu moveri, praeterquam frictione, tali corpori conducit.

Ex hac oratione quis conjecerit tum haec, tum quae praecedunt omnia de doloribus ſcripta eſſe. Praetermiſſa igitur in principio dictionis ſunt haec, aberrante primo libri hujus ſcriptore et manente poſtea errore. Quamobrem fieri non poteſt ut aliquis in his veritatem perveſtiget, ne cui plus temporis temere in hujusmodi conterere videamur.

CIII.

Qui vero ex inferiore alvo ſolvuntur dolores, *per urinas et ſudores, ſi moderate delabantur qui parvi ſunt ſua*

τὰ σφοδρὰ δὲ πονηρόν· οἱ τοιοίδε γὰρ ἢ ἀπόλλυνται ἢ ἄνευ κακῶν ἄλλων οὐ γίνονται ὑγιέες, ἀλλ' ἀποστηρίζει καὶ τὰ τοιουτότροπα.

Καὶ διὰ ταύτης τῆς ῥήσεως ἔνεστι τεκμαίρεσθαι περὶ ἀλγημάτων θεραπείας ἅπαντα αὐτῷ τὰ προγεγραμμένα λελέχθαι.

ρδ'.

Πόμα ὑδρωπιῶντι. Κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης καὶ πόδας καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα· ὁκόταν δὲ πονέῃ ὁ πιὼν, θερμῷ βρεχέσθω, ὑπαλειφόμενος δὲ πρότερον, νῆστις δὲ πινέτω, ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος.

ſponte ſolvuntur. Vehementes autem pravi ſunt, his enim affecti aut intereunt aut aliorum malorum expertes ſani non evadunt, verum qui ejusmodi ſunt, decumbunt.

Per talem quoque dictionem conjicere licet, de dolorum curatione omnia ab ipſo praeſcripta dicta eſſe.

CIV.

Potio hydropi idonea. Cantharidas tres ablatis cujusque capite, pedibus et alis, earum nimirum corpora in tribus aquae cyathis trita exhibe, *atque quum exepoto medicamento laboraverit, calida perfundatur, ungatur prius, jejunus bibat et ex oleo panes calidos edat.*

Ταύτην τις ἀναγνοὺς τὴν ῥῆσιν ἰατρὸς τολμηρὸς ἀφελὼν τὰ προειρημένα μόρια τῶν κανθαρίδων ἔδωκεν ὑδρωπιῶντι· καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἀπόστημά τι σχὼν ὁ ἄνθρωπος εἰς τὴν γαστροκνημίαν, εἶτα μετὰ τρεῖς ἄλλας τμηθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ, πλείστου ῥυέντος ὕδατος, ἔδοξε τεθεραπεῦσθαι· προσεστάλη γὰρ ἐν τῷ παραντίκα τὸ πλεῖστον τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου· ἀλλ᾽ ὅμως ἀπέθανεν οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας. ἐπετίμησεν οὖν τις τῷ ἰατρῷ, κακῶς φάσκων δεδόσθαι τὰ σώματα τῶν κανθαρίδων· ἐχρῆν γὰρ ἀφελόντα τὰ σώματα δοῦναι πιεῖν τὴν κεφαλὴν [182] καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ πτερὰ καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸ κατὰ τὸ βιβλίον εἰρημένον. οὐκ ὀκνήσας οὖν ὁ εὔτολμος ἰατρὸς ἐπ᾽ ἄλλον πάλιν δέδωκεν οὕτως, εἶτ᾽ ἀποστήματος ὁμοίως κατὰ τὸν μηρὸν γενομένου καὶ τμηθέντος αὐτοῦ καὶ ῥυέντος ὁμοίως τοῦ ὑγροῦ παραχρῆμα, μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἀποθανεῖν συνέβη καὶ τοῦτον. ἔστι γε μὴν οὐρητικῷ φαρμάκῳ διὰ κανθαρίδων σκευαζομένῳ κεχρημένους τινὰς εὑρεῖν ἄνευ βλάβης τῶν πινόντων αὐτό.

Quum quidam hunc textum legiſſet audax medicus, praedictas partes cantharidum amputavit deditque hydero laboranti, qui poſtridie quendam abſceſſum in ſura conſequutus, poſt tres alios dies ab eo ſectus eſt effuſaque copioſa aqua curatus eſſe viſus eſt, quod pars tumoris praeter naturam plurima ſtatim ad moderationem redacta ſit, verumtamen non multis poſt diebus obiit. Quam ob cauſam medico quidam crimen ingeſſit, prave data eſſe cantharidum corpora inquiens, nam propinanda ablatis corporibus, tum caput, tum pedes, tum alas, idque eſſe quod in libro enunciaretur. Quare non cunctatus audax ille medicus hydropi alteri ita propinavit moxque facto ſimiliter in femore abſceſſu eoque ſecto atque fluente ſtatim ſimiliter humore multis poſt diebus hominem mori contigit. Quanquam diuretico medicamento ex cantharidibus confecto quidam citra bibentium laeſionem uſi ſunt.

ρέ.

Ἴσχαιμον. Ὀπὸν συκῆς ἐν εἰρίῳ προσθεῖναι ἔσω πρὸς τὴν φλέβα. ἢ πιτύην συστρέψαντα ἐμβῆσαι εἰς τὸν μυκτῆρα. ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ προσεπισπασάμενος πίεσον καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπίεζε ἑκατέρωθεν καὶ τὴν κοιλίην λῦσον ὄνου γάλακτι ἑφθῷ καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρῶν, ψυκτικὰ πρόσφερε, ἢν ὥρη θερμὴ γίγνηται. σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει, ἡ πόσις ἡμιόλιον δραχμῆς ὁ σταθμὸς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένον· ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖσιν ἐλλεβόροισιν καὶ ἧσσον πνίγει, τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος. τριχώσιος. ὑποθεὶς τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ βλεφάρου ἐς τὸ κάτω διακεντήσας, δίες καὶ ἄλλο ὑποκάτω τούτου· ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα ῥάψον καὶ κατάδει ἕως ἂν ὑποπέσῃ. κἢν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ· εἰ δὲ μὴ, ἢν ἐλλείπῃ, ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά. καὶ τὰς αἱμοῤῥοΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις τῇ βελόνῃ ὡς παχύτατον εἰρίου οἰσυπη-

CV.

Sanguinem fiftens medicamentum. Fici fuccum lana exceptum intus ad venam appone. Aut coagulum involutum in nares immitte Aut chalcitidem digito prius efformatam apprime et cartilagines utrinque foris comprime alvumque lacte afinae cocto folve et caput rade et refrigerantia, fi anni tempeftas calida fuerit, admove. Sefamoides furfum purgat, fefquidrachmae pondere ex aceto mulfo tritum et potui datum, commifcetur autem et veratris tertia potionis pars, ac minus fuffocat. Ad Trichiafin. Subjectum ubi acui foramen habenti filum in fumma fuperioris palpebrae margine deorfum verfus facta perpunctione tranfmiferis aliudque fub hoc inferne trajeceris, extenfa fila confue, ac colliga, quoad deciderit. Et fi fatis quidem habuerit, bene cedat, *fin minus, fi quid deficiat, rurfus eadem facienda. Haemorrhoidas quoque eodem modo impulfo per acum craffiffimo et quam maximo lanae fuccidae filo deliga-*

ροῦ φάρμακα καὶ ὡς μέγιστον ἀποδήσας, (ἀσφαλεστέρη γὰρ γίνεται ἡ θεραπείη) εἶτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ χρέο καὶ μὴ βρέχε πρὶν ἀποπέσῃ καὶ ἀεὶ μίαν καταλίμπανε· καὶ μετὰ ταῦτα ἀναλαβὼν ἐλλεβορίσαι, εἶτα γυμναζέσθω καὶ ἀφιδρούτω, γυμνασίου τε τρίψις πολλὴ ἀπὸ ὄρθρου· δρόμου δὲ ἀπεχέσθω καὶ μέθης καὶ (117) τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου. ἐμεέτω δὲ δι' ἑπτὰ ἡμερέων ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί· οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα τὸ σῶμα. οἶνον δὲ κιῤῥὸν, αὐστηρὸν, ὑδαρέα τε καὶ ὀλίγον πινέτω. τοῖσι δὲ ἐμπύοισι σκίλλης καταταμὼν κυκλίσκους ἑψεῖν ὕδατι καὶ ἀποζέσας εὖ μάλα ἀπόχεον καὶ ἐπιχέας ἄλλο ἕψει, ἕως ἂν ἁπτομένῳ δίεφθον καὶ μαλθακὸν φανῇ. εἶτα τρίψας λεῖον ξύμμισγε κύμινον πεφρυγμένον καὶ λευκὰ σήσαμα καὶ ἀμυγδάλας νέας τρίψας, ἐν μέλιτι ἐκλεικτὸν δίδου καὶ ἐπὶ τούτῳ οἶνον γλυκύν. ῥοφήματα δὲ, μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὁκόσον λεκίσκιον, ὕδατι διεὶς σητανίου πλύματι ἀλεύρου, ἑψήσας, μέλι ἐπιχέας, χλιηρὸν ἐπιῤῥοφέων, οὕτω διαγέτω τὴν ἡμέρην· εἶτα ἐς τὰ ἀπο-

bis, (securior enim evadit haec curatio) deinde iis compressis septico medicamento utere, neque priusquam deciderit perfunde unamque perpetuo relinque et postea refectis viribus, elleboro purgandum, deinde exerceatur et exudet, et ante exercitationem mane frictio multa fiat, cursu abstineat, ebrietate et acribus, excepto origano. Vomat septem diebus aut ter in mense. Sic enim optime corpus habuerit. Vinum fulvum bibat, austerum et aquosum et paucum. Purulentis dissectos scillae orbiculos ex aqua coquito, aquamque valde fervefactam effunde, alia effusa coquito, quoad tactui per cocti et molles apparuerint. Deinde laeviter tritis cuminum frixum commisce, alba sesama et amygdalas recentes tritas atque ex his melle exceptis eclegma facito datoque et postea vinum bibat dulce. Sorbitiones autem, papaveris subtriti parvum acetabulum, aqua loturae farinae setaniae maceratum melleque affuso coctum, tepidum sorbeat sicque diem transigat, deinde

βαίνοντα λογιζόμενος τὸ δεῖπνον δίδου. δυσεντερίης. κυάμων καθαρῶν τεταρτημόριον καὶ ἐρυθροδάνου δυοκαίδεκα κάρφεα λεῖα ξυμμίξαντα καὶ ἑψήσαντα λιπαρὰ διδόναι ἐκλείχειν. ὀφθαλμῶν. σποδὸς πεπλυμμένη, λιπαρῶς πεφυρημένη ὡς στέαρ, μὴ ὑγρὸν, λεῖον τρίψας, ὀμφακίῳ τῷ τῆς πικρῆς ὄμφακος ἀνυγρήνας, ἐν ἡλίῳ τε [183] ἀναξηράνας ὑγραίνειν ὡς ἐνάλειπτον· ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται, λείῳ τετριμμένῳ ξηρῷ ὑπάλειφε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ παράπασσε τοὺς κανθούς. Ὑγρῶν. Ἐβένου δραχμὴν, χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβολοὺς ἐπ' ἀκόνης τρίβων, κρόκου τριώβολον, ταῦτα τρίψας λεῖα, παράχεε οἴνου γλυκέος κοτύλην Ἀττικὴν, κἄπειτα ἐς τὸν ἥλιον θεὶς, κατακαλύψας, ὁκόταν συνεψηθῇ, τούτῳ χρέο. πρὸς τὰς περιωδυνίας. ἔστω χαλκίτιδος δραχμὴ, σταφυλῆς ὁκόταν δύο μέρεα λειφθῇ, ἐκπιέσας, σμύρναν καὶ κρόκον τρίψας, ξυμμίξας τὸ γλεῦκος, ἕψησον ἐν τῷ ἡλίῳ καὶ τούτῳ ἐπάλειφε τοὺς περιωδυνέοντας· ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ

quae contingunt expendens ratione coenam dato. Ad dysenteriam. Fabarum purarum quadrantem accipe *surculosque rubiae duodecim tritos commisceto et coquito, ac opime delingenda haec porrigito. Ad oculos. Spodium lotum, tanquam farinae massam probe subactum, non liquidum, laeviter teras, acerbo uvae immuturae et amarae succo humectatum et in sole resiccatum, ut illini queat humectato. Quum autem siccum evaserit, laeviter tritum siccum oculis illine eorumque angulis insperge. Ad eosdem humidos. Ebeni drachmam, aeris usti obolos novem, in cote terito croci obolos tres, his laeviter tritis, vini dulcis heminam Atticam affundito, deinde soli exponito et contegito, atque ubi cocta exaruerint, his utere. Ad vehementes eorum dolores. Chalcitidis drachmam, uvae expressae reliquas partes duas, myrrham crocumque terito, musto admixto, in sole coquito et eo vehementer dolentes* oculos *illinito, sit autem in vase aeneo. Earum quae ab*

ἀγγείῳ. ὑπὸ ὑστερικῶν πνιγομένων γνῶσις· πιέσαι τοῖσι δυσὶ δακτύλοισι καὶ ἢν αἴσθηται, τὰ ὑστερικά ἐστιν, ἢν δὲ μὴ, σπασμώδεα. τοῖσιν ὑδρωπιώδεσιν. μηκώνειον λεκίσκιον Ἀττικὸν στρογγύλον πόσις. λεπίδος μηλαὶ τρεῖς τῷ πλάτει καὶ ἀλεύρου σητανίου, κολλήσαντα ταῦτα, λεῖα τρίψας, καταποτὰ ξυστρέψας, δίδου· κάτω ὕδωρ καθαίρει καὶ κοιλίην ἐκκοπροῖ. ἐς ἰσχάδας, ὁπὸν τοῦ τιθυμάλλου ἀπόσταζε ὁκόσον ἑπτάκις ἐς ἑκάστην τῷ εἰρημένῳ, εἶτα ἐς καινὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι, δίδου τῷ εἰρημένῳ πρὸ τῶν σιτίων. τοῖς ὑδρωπικοῖς τὸ μὲν κώνιον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέας, δίδου ἐσθίειν καὶ ἐπιπίνειν. καὶ τὸ μηκώνειον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων καὶ διηθέων, ἄλευρον φύρων, ἴτριον ὀπτῶν, μέλι ἑφθὸν παραχέων, τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου, καὶ ἐπιπίνειν γλυκὺν ὑδαρέα, ἢ μελίκρητον ὑδαρές. τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνειον ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε.

---

utero ſuffocantur cognitio. Digitis duobus comprime, quod ſi ſenſerit, uteri ſtrangulatio eſt, ſi non, convulſio. Ad hydropicos. Meconii ſeu peplii rotundi acetabulum parvum Atticum rotundum potui dato. Catapotia. *Squamae aeris ſpecilla tria latitudine cum farina ſetania agglutinentur, haec laeviter trita in catapotia convolvantur denturque, deorſum aquam purgant et ex alvo ſtercus deturbant.* Aliud. *In caricas ſingulas ſucci tithymalli guttas ſeptem inſtilla, deinde in vas novum compoſitas reconde, atque ante cibum exhibe. Hydropicis cicutam tritam, aqua affuſa, dato edendam et ſuperbibendum.* Aliud. *Meconium peplum terito, aqua affuſa percolato et farina ſubactum in placentam coque, mel coctum affundens, hydropicis edendum exhibe, ac ſuperbibendum* vinum *dulce aquoſum, vel dilutam mulſam porrige. Quod autem ab excrementis meconium colligis, aſſerva et cura.*

Φανερῶς ἐκ τῶν τοιούτων δηλοῦται τοῦτο τὸ βιβλίον ὑπόμνημα συμμίκτων εἶναι θεωρημάτων, ἀτάκτως τῆς μεταβάσεως ἀπ' ἄλλων πρὸς ἄλλα γιγνομένης, ὥσπερ καὶ νῦν ἐπὶ τῆς ἐκ τῶν μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας γέγραπται βοηθήματα, τὰ μὲν αὐτῷ τῷ μέρει τῷ αἱμοῤῥαγοῦντι προσφερόμενα, τὰ δὲ ἀντισπαστικὰ, καθάπερ ἡ γαστὴρ λυομένη, τὰ δὲ τῆς κεφαλῆς πυκνωτικὰ καὶ στυπτικὰ, καθάπερ τὰ ψύχοντα. τὰ δ' ἐφεξῆς τούτων ἅπαντα φαρμάκων ἔχει γραφὰς καί τινα παραμεμιγμένα βοηθήματα. περὶ πρώτου μὲν οὖν τὸν λόγον ποιεῖται καλουμένου σησάμου, ἐφεξῆς δὲ τριχῶν ἐν τοῖς βλεφάροις χειρουργίαν ἔγραψεν, ἣν ὀνομάζουσιν ἀναβροχχισμόν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ὁμοίως αἱμοῤῥοΐδων καὶ τῆς ἄλλης ἰάσεως, εἶτ' ἐμπύων φάρμακά τε καὶ ῥοφήματα καὶ μετὰ ταῦτα σκευασίας φαρμάκων ὀφθαλμικῶν. εἶτα περὶ τῶν ὑστερικῶν γινομένων, εἶτα περὶ τοῦ μηκωνείου, εἶθ' ἑξῆς ὑδραγωγὸν φάρμακον, εἶτ' ἐκκοπρωτικὸν, εἶθ' ἑδρικοῖς, ὑδερικοῖς τε δίδωσι διὰ μηκωνείου καὶ

Hic liber ex his plane oftenditur commentarius effe commixtorum theorematum, quod in eo inordinate ab aliis in alia fiat tranfitus, quomodo et hic in ea, quae per nares fit, fanguinis profufione, fcripta funt auxilia. Nam alia quidem parti ipfi fanguinem profundenti conferentia, alia vero revellentia, ut alvi folutio, alia denique, quae caput addenfant aftringuntque ut refrigerantia. Quae deinceps funt omnia, medicamentorum fcriptiones habent et quaedam commixta auxilia. De appellato igitur fefamo fermonem in primis facit. Mox pilorum in palpebris manualem operationem fcribit, quam illaqueationem vocant. Poftea quoque rurfum pari modo haemorrhoidum alteriusque fanationis meminit. Poftea purulentorum, tum medicamenta tum forbitiones *fcripfit.* Atque ab his compofitiones eorum, quae ad oculos deputata funt, medicamentorum. Praeterea de fuffocationis uteri dignotione egit, mox et de meconio, poftea de aquae eductorio medicamento et fubinde faecis. Et denum hedricis et hydericis ex meconio et itriis exhibet. Sunt autem eorum,

ἰτρίων. ἔστιν οὖν ἐφεξῆς τῶν εἰρημένων τὰ μὲν πλεῖστα σαφῆ, παρέγκειται δέ τινα καὶ ἀσαφῆ, περὶ ὧν ἐφεξῆς ποιήσομαι τὸν λόγον.

quae ſerie continuata dicta ſunt, plurima quidem manifeſta, alia obſcura ſunt, de quibus deinceps faciam ſermonem.

LIPSIAE

LITERIS J. B. HIRSCHFELDI.

